COMMENTORVM HAYANORVM

AULÆ ECCLESIASTICÆ
& Horti Crusiani

AD

OPPVGNATÆ LEGITIMÆ
POTESTATIS ET INVASI NO-
minis propugnationem

Inter varias

DE DIVERSORVM MONACHORVM AC
Clericorum Regularium maximè Societatis
Iesu Institutis, differentijs, doctrinis,
moribus, &c.

Adversus

Fr. ROMANVM HAY, VVILHELMVM Hulsium, Ioannnem Georgium Dorscheum, Ioannem Leonhardum VVillichium sive Gratianum Leosthenem Salicetum, Roalem, Vargam, ac novissimum apostatam Barnabam, Ioachimum Schobert nuncupatum, aliosque similes,

Propositas Resolutiones Practicas
DISCVSSORVM
A

R. P. IOANNE CRVSIO Societatis Iesu,

TRACTATVS QVARTVS.

Cum facultate Superiorum

COLONIÆ,
Apud IODOCVM KALCOVIVM.
ANNO M. DC. LIII.





COMMENTORVM HAYANORVM DISCVSSORVM

TRACTATVS QVARTVS.

F. R. Romanus Societatis nostræ scripta contra se hactenus edita obelisco notaturus, *allegat.* 496. *Tit. Medium. nu.* 13. Summos Pontifices aliosq; Prælatos dilaudat, quod „ *nostræ Societatis scriptores intra debita doctrinæ cancellos* „ *contineant*, quæ verba Ioannes Georgius Dorscheus Prædicans Argentinensis, in Indicis (ut appellat) iniquitatis illatæ expostulatione in proœmio ***8 4. sarcastice, si non malevolè ambabus, ut aiunt, manibus, homo hæreticus scilicet à Catholico, & velut oportunissima sibi arma in Iesuitas torquenda sic arripit, quasi Nostri extra doctrinæ debitæ cancellos evagari soleant, cum orbe toto notissimum sit, nec inveniatur, nisi effrons vel adversarius, qui negare audeat, à Societatis nostræ scriptoribus veros & genuinos Sacrarum Scripturarum, Doctorum ac rationum flores in operibus suis Censorum legitimorum, & ipsius Ecclesiæ judicio excultis, asteriscoq; dignis & signatis ordinatè proponi solitos, contra ac F. Romanus, ipsiusq; asseclæ Dorscheus, Hulsius &c. non in hortis suis flores legere & ordinare, sed aranearum instar ex floribus venenum sugere, illudque cum araneis saburra onustis ac vento agitatis extra cancellos rationis & veritatis passim temerè divagando spargere, aliisque supponere satagunt, ut sic ordine perverso multa protulisse & respondisse videantur, quæ tamen vel nihil ad rem præsentem faciant, vel rationum oppositarum soliditatem minimè evertant, prout in Tractatu nostro 2. fuit demonstratum.

Quare tortuosis ejusmodi anfractibus declinatis, rectâ viâ ad reliqua F. Romani aliorumque ipsius assecIarum Commenta in hoc tractatu 4. discutienda progrediemur, ita ut prius Aulæ Hortique inscriptionem, atque eius Authoris conditionem & statum Monasticum prosequamur, posteaq; verò societatis nostræ Authorem, vitam, gesta, Institutum, ordinationes, doctrinam, mores &c. adversus F. Romanum Hay, Ioannem Georgium Dorscheum, Wilhelmum Hulsium, Ioannem Leonhardum Salicetum seu Willichium, Vargam, Roalem, ac novissimum apostatam Barnabam, Ioachimũ

Schobert nuncupatum, aliosque propugnemus, unde totus hic tractatus in *duos* secabitur *libros*, quorum *prior* F. Romani opus, conditionem, ordinem ac statum Monasticum, *posterior* Societatis nostræ Institutorem atq; institutum, ordinationes, doctrinam, mores hic explicabit.

LIBER I.

De F. Romani opere, conditione & statu Monastico.

HOc in libro varia proponuntur discutienda. Et quidem 1. utrum liber F. Romani rectè Aula & Hortus inscribatur. 2. Illiq; in Astro junctus fuerit Scioppius? 3 An Romanus rectè *Frater* appelletur, tum 4. an Monachus à Laymanno, Servo, atque 5. ab Eugenio Lavanda, *servo hæreditario* æquiparetur? Itidem 6. An Monachus per professionem suam cum Monasterio, in quo profitetur, matrimonium spirituale contrahat; Præterea 7. de Monachorum professione. 8. instituto, varietate atque inter se distinctione agetur 9. Num Monasteria fuerint scholæ literariæ, tum 10. utrum S. Gregorius M. fuerit Ordinis S. Benedicti, disquiretur.

CAPVT I.

Vtrum F. Romani liber rectè Aula Ecclesiastica & Hortus Crusianus inscribatur.

F. Romanus in *præfatione sua ad Lectorem nu.* 14. tradit, quod *aula* sibi » ipsi nomen acceperit à primis quatuor nominum totius rei argumen- » tum complectentium literis, nimirum, Asbesto, Volvolo, Ligata Liberta- » te & Anchora; horto verò occasionem dederint, quos Cardinali Barbe- » rino ego in Eclipseos Astri Dedicatoria obtuli flores, ac *n.* 8. inter alia, cur » ad istud opus scribendum accesserit, dicit, sibi in somnis pulcherrimæ Virginis specie apparuisse veritatem, quæ suæ defensionis neglectum ipsi seriò exprobrarit &c. Et meritò quidem F. Romano veritas exprobravit, quòd se neglecta vanas hæreticorum aliorumque calumniatorum fabulas ac graves calumnias magna dicendi libertate retexat, quibus integram societatis nostræ famam lacerare, plenisque plaustris omnia mala in societatis sacraria invehere satagat, ut rectissimè liber ipsius COLLVVIES ADVLTERATÆ VERITATIS LOCVSTIS AFFLVENS, vel à primis eorundem nominum totius Hayani libri argumentum complectentium literis CAVLA indigitetur, cui alienum F. Romanus præfixurus Titulum, ex volvolo suo præceps datus, atque in gyrum actus, secum primam ex meis, & mediam ex suis detraxit nominibus literam, ut non ex quinque, sed quatuor dun-

duntaxat,quemadmodum perperam afferebat, nominum ab ipso allatorũ literis primis,subtractâ unâ mediâ L. *Aula* crederetur variorum documentorum peripetasmatis cincta; *Hortusq;* Crusianarum ex jure allegationum floribus exornatus; cum ex quinque nominum ab ipso perversè adductorum literis primis retentis atq; L.in medio geminantibus *Aula* sive *Olla* fastigio imposita (qua Summi Pontificis potestas ac libertas veluti avicula fugari aut ad ludibrium in imagine sua ligari posset) revera ostentaretur, in qua intus mista & confusa omnia proponerentur,ac foris fucata sub- & obreptitiorum literariorum documentorum peripetasmata solis ac veritatis calorem non ferentia cernerentur expansa; *Hortusq;* non Crusianarum allegationum floribus excultus, sed Hajanarum corruptionum ac sinistrarum interpretationum urticis,lappaginibus horridus & squalidus, vepreto similior exhiberetur, prout ex totius libri Hayani decursu videre est, & ego ubique ferè in opere meo ostendi.

CAP. II.

Vtrum in Astro F. Romano rectè fuerit junctus Scioppius.

"F Romanus *sub alleg. 124. in horti floribus, tit. molossus n. 3. pag. 140. & in confinibus ab alleg. 379. usque ad alleg. 383, sub tit. spectrum. pag. 245. & seqq.* significat ęgre se ferre, quod ego cum Laymanno, P. Valentino Mangionio & Eugenio Lavanda *d. p. 245.* aliisque scriptoribus Societatis *pag. 140. nu. 3.* existimatint, *Gasparem Scioppium* ad lucubrationem *Astri inextincti* concurrisse, cum tamen ipse coram Domino & Christo iudice testificetur, Scioppium nulla in parte ipsi adiumento fuisse, se olim tantum didicisse,ut non opus habeat cooperatore Grammatico,præsertim in juris Canonici materia scribenda &c. Et errorem, qui in editione Sangeorgiana accidit, imperito Typographo imputari debere,unde non satis compertum se habere ait, quis Spiritus (veritati contrarius) dictaverit his quatuor scriptoribus has insanias falsas,nisi forsan illud spectrum, seu Spiritus, qui 3. *Reg.* 22. egressus stetit coram domino,& ait, *ego decipiam Achab Regē Israel, cui locutus est Dominus; In quo? & ille ait, egrediar & ero Spiritus mendax in ore omnium Prophetarum eius, & dixit Dominus decipies & pravalebis, &c.* Spiritus ergo qui decipere potuit quadringentos, nonne potuit & quatuor? Hæc ille parum religiosè.

Comment. F. Romani.

F. Romanus hic se ipsü collaudat.

Abutitur scripturis sacris.

Quis enim vir alioqui mediocriter prudens ac religiosus, dicet vel afferet, ex spiritu maligno & mendacii hoc aliquem accepisse, quod ex titulo trabalibus literis exarato aperte illud præ se ferēte & significante hausit? Deinde quis probabiliter conijciet, integrum alicuius libri titulum pluribus lineis & litteris ac foliis meditatis, consignatum, ex errore typographico.

Discussio.

profluxisse, quemadmodum hic nobis persuadere conatur F. Romanus; qui ad minimum in numero, littera, syllaba, &c. commissi typographici erroris apicem V.C. 2. pro 1. vel 3. pro 7. mox exclamat falsationem, exorbitantiam esse. Astro ex officina Sangeorgiana prodeunti hisce fuit trabalibus literis prætextus titulus

GASPARIS SCIOPPII
Cæsarei & Regij Consiliarij
ASTROLOGIA
ECCLESIASTICA
Hoc est
DISPVTATIO DE CHARITATE ET MVLtiplici virtute stellarum in Ecclesiæ firmamento fulgentium :/: omnium Monasticorum.
ACCESSIT
ASTRVM INEXTINCTVM.
Id est,
Causæ dictio ex divino humanoq; jure pro veterum ordinum honore ac patrimonijs, adversus famosum volumen Pauli Laymanni Iesuitæ in Monachos editum.
Cum perpetuo Sacræ Cæsareæ Maiestatis privilegio ex officina Sangeorgiana.
Anno M. DC. XXXIV.

Hunc titulum adeo longum & explicatum dicit F. Romanus ex errore Typographico manasse, illique adscribendum esse; secus autem sentit, quando in minimis nostris numeris error aliquis typographicus irrepsit, ut quando in *q. 2. sect. 3. c. 3. Eclips. n. 2.* erronee *l. 2. §. municipes* pro *l. 1. §. municipes ff. de acquir. posses.* impressa est, mox ipse *alleg.* 297. exclamat, legem istam esse à me falso allegatam, atque istius occasione, me suo toto fere libro falsitatum, seu falsarum allegationum & exorbitātiarum insimulat, uti videre est *ex d. alleg.* 297. *in aviario sub tit. tinnunculus. pag.* 210. Itane excolabit culicem, & Camelum glutiet. &c, de quo *Matt.* 23. 24.

Inspe-

Inspecto titulo tam amplo, quid aliud concludere bonaque fide statuere, debuimus, quam quod Astrum à Scioppio simul vel scriptum vel auctum fuerit, cum & plurima, quæ in Astro reperiuntur, etiam in *actione perduellionis à Scioppio*, teste F. Romano, intentata cōtineātur. Vt proinde non potuerimus nec debuerimus ullius falsitatis, vel suggestionis maligni spiritus ex scripturis sacris, malè huc applicatis à F. Romano insimulari, nedum redargui *arg. l. ultim. ff. de rebus eor.*

Consequenter quando F. Romanus eapropter hic falsas 6. allegationes enumerat, easque mihi imputat, illas ipse sibi computare habeat, argum. *tit. seu rubr. & ibi not. Dd. ff. quod quisq. iur. & d. alleg.* 297.

Cæterum quod F. Romanus *d. alleg.* 140. & 379. & *seq.* se totius Astri adeoque omnium calumniarum in Astro comprehensarum & ab aliis enumeratarum agnoscit authorem, valde doleo, maxime cum de ijs ipse non pæniteat nec ullius pœnitudinis exhibeat signum, quin potius sibi quasi à modestia commendata *præfat. num.* 7. *pag.* 10. *lin.* 14. applaudat, quod ægri valde animi nec facile curandi certissimum indicium est. Meliorem sanè ipsi mentem exopto, quâ ab ægritudine sua convalescat, sibi Deoque vivat cum aliorum Religiosorum novissimo cætu in Iesu reconciliatus. *F. Romanus se commendat.*

CAPVT III.

Vtrum Haius rectè appelletur F. Romanus.

F. Romanus *alleg.* 475. *n.* 5 *pag.* 332. *in horti confinibus sub titulo Fratres*, inquit, *videtur sane Crusius & alii sæpius contemptim fratris nomen in me,, sputare, & in indice quarto, lit. I.* confidenter ait, *Ioannes Crusius nomen FRA-,, TRIS sæpius in me contemptim sputat, alleg.* 475. *n.* 5. *pag.* 336. Sed aberrat hic F. Romanus & in numero *pag.* 336. *cum sit* 332. & in re ipsa, quam nec ulla verisimilitudine, nisi quam in somnis & suspiciosa ac melancholica sua impressione apprehendit, comprobare poterit. *Comment. Hajana.* *Discuss.*

Absit enim à me, ut ego Virum Religiosum contemptim *Fratrem* appellarim, imò ipse sibi contrarius *in horti confinibus, sub tit. fratres, n.* 3. *pag.* 331. fatetur, *quod ego nomen fratris tam affectuosè & frequenter erga se usurpem*, quomodo igitur contemptim illum *fratrem* appellassem? Quamvis autem non nemo per literam F. nomini Romani Hay præpositam non fratrem, sed falsatium designandum esse existimaret, quod meris in horto suo utatur falsitatibus; attamen non eum falsarii consignabo epitheto, quod medica suorum superiorum manu sperem illum ex errorum & falsitatum tenebris emersurum, mentemque suam veritate imbuturum. Decuit verò me, ut eum *Fratris* dignarer nomine & honore, quod novissem S. Benedictum *Regula* 63. ita constituisse, *In ipsa autem appellatione nominum nulli liceat alium puro appellare nomine, sed priores, juniores suos fratres nominent* *F. Romanus contraria allegat.*

nent juniores autem priores suos Nonnos *vocent, quo intelligitur paterna reverentia.* Hæc ibi, *Nonnus* enim Italis, quos inter educatus est S. Benedictus, idem est quod *avus, Nonna, avia*; Vel certè si ab Ægyptijs, apud quos olim *Monachi* floruerunt, nomenclatio accipiatur, Monachi vitæ sanctimonia præcellentes, dicebantur *Nonni*, *Monacha* verò & Virgines sacræ *Nonnæ*, uti author est Srengelius *in Oecon. Monast. lib. 1. c. 5. §. 10.* Quare ex d. Regula S. Benedicti duxi mihi non licere ipsum puro nomine *Romanum* vocare; sed quia in vototum Religiosorum nuncupatione supparem vel juniorem æstimavi, *fratrem* appellavi.

Quod si tamen intelligerem, ipsum me in votis Religiosis priorem ac seniorem, non detrecto *Nonnum* appellare, quamvis aliâ quoque ratione *frater* à me nuncupandus esset, videlicet quòd ipsomet teste *in Horti appendice n. 27. paradox. 17. pag. 464.* per professionem Monachus fiat FRATER congregationis Religiosæ, ut constabit ex ipsa professionis formula inferius adducenda. Quin etiam ex libro Ceremoniarum *Nigrorum Monachorum ordinis S. Benedicti, de observantia Bursfeldensi, distinctione 3. ca. 1.* con- " stat, quod quando *Abbas de consilio FRATRVM aliquem ad Novitiatum* " *suscipere vult, primum Novitius vestiatur in secreto iuxta modum ipsorum,* " *deinde veniat Novitius in capitulum superindutus superpellicio, illic mox se* " *prosternat in terram, ac interrogatus, quid quærat, respondeat, misericordiam Dei & vestram confraternitatem,* &c. hæc ibi. Vnde efficitur, quod admissus ad confraternitatem, *confrater* & *frater* fiat, adeoque rectè *frater* appelletur, quemadmodum & Ioann. And. *in c. Ioannes de Regul. Iur.* rectè monet, hinc quando ego Romanum ad confraternitatem Monasterij in ordine S. Benedicti admissum appello *fratrem*, nemo id mihi vitio tribuere poterit, quin imò ipse Frater Romanus confirmare debebit, prout reipsa confirmat *in horti append. n. 27 paradox. 17. pag. 464.* quando ex Navarr. *cons. 3. edit. 1. de regular.* tradit, Monachos tam in professione monastica, quam in translatione Canonica, si incorporetur monasterio, ex eo die recipi in *Fratres* congregationis religiosæ. Proinde cum Romanus Hay Ochsenhusij sit professus Monachus, neque illius Abbas, rectè ejusdem Ochsenhusanæ congregationis religiosæ FRATER appellabitur. Neque hoc nomen erubescat, si S. Bernardi Abbatis Claravallensis exemplum imitari voluerit, qui cum à Rainaldo Fusniacensi *Pater* & *Domnus* appellaretur, nomen & *patris* & *domni* detrectans, *fratris* se & conservi nomen intimè affectavit, ut ex *Epistola eiusdem S. Bernardi 72. ad Rainaldum Fusniacensem Abbatem* videre licet. Vtrum autem Monachus per professionem fiat duntaxat filius monasterij, vel etiam quodammodo servus, quæstionis est.

CAPVT IV.

Vtrum Monachus servo rectè à P. Laymanno comparetur.

F. Romanus *in horti appendice d. n. 27. paradox. 17. pag. 464.* ita ait, *censura*

12. §.

12. §. *est itaque* dicit Layman, quod *Monachus per Professionem fiat quasi possessio ac Servus monasterii*, mox. §. *seq.* monachus professionem facit, & quasi matrimonium spirituale contrahit erga hoc monasterium. An idem homo potest esse *servus* simul & *sponsus* uxoris suæ, sed & utraq; hæc sententia falsa est: Posteriorem rejecimus *supra allegat.* 64. prior nullo jure probari potest, & Abbas quidem *in c non est. de regular.* ait, solum conversos & oblatos Laicos effici quasi servos monasterii, non monachos universim, quos constat tam in professione monastica, quàm in translatione canonica, sic incorporari monasterio, ut ex eo die recipiãtur in fratres, Fratres *inquam* congregationis religiosæ, & filios Abbatis & monasterii, ut loquitur Navarr. *cons.* 3. *de regular. edit.* 1. citatus à Layman. *d. censur*, 12. §. *veniamus in fin.* ipseque Layman. *d.* §. *est itaque.* *berti append. num.* 27.

Quamobrem per ejusmodi professionem efficitur aliquis proprius eius monasterii *Filius*. Monachus itaque jam non est *servus* sed *filius*, quod si filius & hæres per Deum. Esto universim omnes regulares, etiam Jesuitæ, servis quo ad aliqua comparentur, ut supra dictum *sub alleg.* 496. *tit. medicus num.* 16. ubi *num.* 15. præmittit, monachos malè nominari Asinos quemadmodum ipsos nominavit Eugenius Lavanda, dicens, quia intumescit, cum per comparem se videt apprehendi, & respondet F Romanus ibidem, quænam hæc ædificatio fidelium aut infidelium, neque hæc verba reperiuntur *in l.* 1. §. *veteres ff. de acq. & amitt. possess.* Neq; lex neq; Ioannes Andreæ *ibi* loquuntur de monachis, sed de servis hæreditarijs. *Allegat 496. tit. Medicus.*

Pergit Fr. Romanus. E glossam *in d.* §. *veteres, sed quæ ratio est, quod per servum hæreditarium nihil quæritur, per istos alios sic?* Respondet *Ioannes, urgens disputatio: alij, ratio coæqualium, quia dedignatur res hæreditaria per comparem quæri. Nam asinus intumescit, si per comparem se videt comprehendi. Hoc non valet* (pergit glossa) *quia in legatis idem deberet esse, ut in cæteris. Tu dic, quod hæreditarius servus dicitur ante aditam hæreditatem, quo tempore nihil quærere potest. At post aditam, iam non est hæreditarius, sed proprius hæredis. Hoc ergo nomen hæreditarius, dominam scilicet hæreditatem significat, quam, non habet dominam, ea adita ab hærede.* *Hæreditarius servus quando dicatur.*

Num. 16. verò subjicit F. Romanus. *Et quid ista ad monachos, ut exinde asini nominentur, cum Ioannes Andreæ de Monachis ne somniaverit quidem, eiusque rationem glossa rejiciat.*

Dices, at Monachi *comparantur servis & servi Asinis.* Ergo. Respondet *monachos comparari servis in hoc, quod sicut servis est nullum arbitrium, ita nec monachis*, gloss. verb. pædius. 7. § fin. ff. de recept. qui arbit. *Comparantur et iam servis quoad hoc, ut ex Monachi stipulatione quæratur vel non quæratur Abbati seu monasterio suo*, ut in ff. tit. de stip. servor. *Nunquam autem comparatur monachus servo hæreditario. Servus enim hæreditarius habet dominam hæreditatem iacentem, quæ est in animam defuncti, ideoque nihil quærere potest;* Monachus verò, etiam unicus superstes in monasterio, habet juris fictione *Monachus dicitur non comparari servo hæreditario.*

Dominam Ecclesiam materialem vacantem, quæ etiam omnibus, de Colle-
» gijs mortuis & ne uno quidem superstite est in animam viuentis, quia Ec-
» clesia nunquam moritur. Rot. cit. *in aula n.* 22. unde Monachus talis, se non
» habet, ut servus hæreditarius, quia sic etiam acquirit monasterio viventi:
» Imo in tali casu, dimissa conditione servi incipit habere conditionem Do-
» mini, & penes eum remanet dominium omnium bonorum Monasterij, re-
» præsentat enim solus personam totius collegii; cum in eo conserventur om-
» nia iura collegii, potestque toto tempore, quo solus superest, acquirere suo
Ratio differentia inter servũ hæreditarium & Monachũ monasterio, id quod servus hæreditarius non potest. Adde quod servus hæ-
reditarius secundum Ioannem Andreæ, dicitur habere comparem, non aliũ
servum, sed rem incapacem acquisitionis passivæ hæreditariæ per servum
„ hæreditarium. Monachus autem in monasterio superstes non habet rem ul-
„ lam acquisitionis pro vacante monasterio incapacem, nedum ut per com-
„ parem intelligatur alius superstes alterius monasterii Monachus, adeoque
„ tametsi illa ratio (nam asinus intumescit &c. locũ haberet in servo hæredita-
„ rio, quod tamen glossa non approbat) saltem locum non habet in Monacho,
„ etiam in sententia ipsius Ioannis Andreæ, qui per comparem, ut dixi, non
Allegat. 134. & 135. intelligit alium servum, consequenter nec applicativè alium Monachum,
ut perperam allegaverat Lavanda. Vide etiam *allegat.* 134. *&* 135.

Discussio. Priusquam ad Laymanni & Lavandæ allegata respondeam:

Notandum est primò, inter jurisconsultos valde controversum esse, utrũ monachis stabilitatem loci professus fiat monasterii bonorum capacis, in quo professus est, filius, vel servus, vel an æquiparetur potius filio, vel servo, ut videre est apud Cævall. *in communib. contra communes. quæst.* 446. Pan. *in c. in præsentia n.* 76. *de probat.*

Haberi pro filio sententia Dd. Quod filio potius æquiparetur, tenent, Bart. *in l.* 1. §. *per servum n.* 14 *ff. de acq. poss.* & ibi Aret *n.* 67. Ant. de Butr. *in c. in præsentia col.* 10. *de probat.* & ita Canonistas communiter tenere contra Legistas tradit Baptist. de S. Blas. *in repet. Rubric. decret n.* 247. F. Romanus *Horti appen. n.* 27 *paradox.* 17. *nu.* 464.
Ratio. 1. Suar. *tom.* 3. *de religion. lib.* 6. *c.* 2. *n.* 20. quorum sententiam veriorem dicit Iason, *in d. l.* 1. §. *per servum n.* 14. & communiorem, licet Aretin, *ibid. n.* 64, veriorem asserat, sed contrariam Dd. communiorem, eo quod monachus nõ *ratione possessionis*, cum liber homo, cuiusmodi est monachus retinens *jura suitatis* &c. *l. pro nobis C. de Episcop & Cle.* proprie possideri nequeat, *sed ratione potestatis & obedientiæ* duntaxat Monasterio acquirat. Aretin. Iason. *d. loc.* Facit, quod ille, qui alias erat servus, per ingressum religionis efficiatur liber *c. si servus* 54. *dist. c. si quis incognitus* 17. *q.* 2. *Auth. de Monachis* § *sanctissimus* *&* § *si inter.* Cardin. *in Clem. un. de sequest. poss. & fruct.* unde cum ingressus in religionem factus per professionem ordinetur ad unum effectum *libertatis*, certe non operabitur contrarium, ex eo, quod quæ inducta & ordinata sunt ad unum finem, non debeant contrarium operari *l. quod favore C. de leg. §. & si ita. instit. de V. O. §. qui hoc anno. instit. de inutil. stipul.* Taceo alias rati-

one

ones,quas Cævall.*dict.loc.*prosequitur;Econtra,quod monachus stabilitatē loci in monasterio bonorum capaci professus, non filio, sed servo potius æquiparetur,sentiunt Bart.*in l cum fundū § servum tuum,& ibid.cæteri Dd.ff. si cert.pet.l.1.ff.de vulg.l.1.§ si usufructuarius & in l.3.§.quod servus,l.fin.§.fin.ff. de stipul.serv.*& alibi sibi contrarius Iacob.de Belviso & Angel.*§.si monachus Auth.de SS.Episc.*Spec.*in tit.de stat.mona.b.n.*3.Innoc.*in c.cum olim de privilegijs* Felin.*in c.in præsentia.n.57.de prob.*Ripa *in l cum proponas,n.*15.*C.de hæred.instit.*Fac.Abb. *in c.non est n.3.de regul.& in c.quod à te n.5.de cler.coniug.* ipse F.Romanus sibi contrarius *alleg.496.tit.medicus n.16.vers.dices in respōs.* Suar.*tom 3.de relig lib.6.c.2 n.8.* & hāc cōmunem dicunt Iaf.in *l.1.ff.de vulg. n.42.& in l.cum proponas n.21.C.de hæred.inst.* Ripa *n.151.* Coras. *in l.post aditam n.21.C.de impub.& ali.substit.*Gomez.*in §.actiones n.22.instit.de act.*Imo communiorem dicit Aret. *in l.1.§.per servum ff.de acquir.poss.n.67.per tex. in c.multos 54 dist.ibi.*vel ab humano servitio liber recedat, qui divino amore districtiorem appetit subire servitutem;Ratio est,quia servitus morti æquiparatur,*ut in l.servitutem ff.de R.I.* unde argumento à coniugatis ducto, cum monachus habeatur pro mortuo,*c.placuit 16 q.1. Auth de nuptiis §.sed occasionem collat.*4.habebitur etiam pro servo *per not.* Everh.*in loco ab Etym. n.15.16.*utpote cui convenit aliquid, huic etiam coniugatum seu derivatum poterit sociari.*l.1.§.pactum ff.de pact.iunct.c.pactum de V.S.l.vetus fuit ff.de usufr.*

Chra professo haberi sentiunt Dd.

1 Ratio est.

2 Accedit quod ille,cui non licet ab aliquo loco recedere, servus dicatur, eo quod à servitutis specie non differat,cui non datur facultas recedendi *l.2. ff.de liber.hom.exhib.* Atqui monacho non licet à loco monasterii sui sine licentia seu facultate Abbatis superioris sui recedere, imo monachus extra monasterium est tanquam piscis sine aqua, ut *in d.c.placuit,& in c. monachi, 16.quæst.1.* & Confirmatur, quia filius potest habere proprium , ut patet in bonis adventitijs , *l.fin.C.de bon.quæ lib.* in peculio Castrensi *vel quasi d. L. fin.* At monachus professus non potest habere proprium,cū propriū dicatur tam repugnare voto paupertatis religiosæ, quam actus matrimonialis voto castitatis. Vnde patet, quod non tantum conversi & oblati laici, sed etiam monachi universim censeantur servi esse, secus ac F.Romanus sentiebat *paradox.17.n.27.in horti append.*

Confirma.

refellitur F. Romani commentum

Ad argumentum contrarium respondetur,quod licet monachus tanquam liber homo propriè possideri non possit, tamen impropriè, quasi per possessionem monachationis possideri videatur,sicuti etiam filius quasi per possessionem filiationis possideri dicitur, Aret. & Iaf. *in l.1. §. per servum ff.de acquir.poss.*

Ad rat.contrariam responditur.

Alii certos casus colligunt, in quibus monachus supposita capacitate monasterii pro servo; & in quibus, pro filio habeatur. Eos apud Gomez. *in §.actionibus n.24 in meo vero exemplari.n.* 188, 189. *inst.de actionib.* recenset

Alij Dd. distinguunt per certos casus

M. Antonius Baverius *in repet. l. cum filio. bart. fin. n 79. ff. de legat. 1. ubi* Baverius tum Innocentium *in c. cum olim, de privil.* qui quicquid de Monachis asserit, illud ex legibus de servis tractantibus comprobat, tum Bartolum, *in l. cum fundus § servum tuum imprudens, & ibi cit. Dd. ff. si cert. pet.* secutus tradit monachum magis æquiparari servo quàm filio *in stipulationibus* juxta Bart. *in l. 1 ff. de stipul. servo & in l. 1. § si fructuarius & in l. si servus testamento & in l. quod servus ff. de stipulat. serv.* dummodo servus non consideretur, ut hæreditarius, quia huic non æquiparatur monachus monasterii cõstituti, eò quòd licet servus hæreditarius nõ posset stipulari usum fructum, *l. servus hæreditarius ff. de stipulat. serv.* Attamen monachus possit stipulari, cum æquiparetur servo viventis non mortui Bald. *in rub. C. de rescind. vend. n. 2.* Et Ecclesia non moriatur. Bald. *d. l.* Baverius *d. loc.*

Et æquiparant servo in casib. seqq.

Secundò quod monacho deponenti potest depositum restitui, licet actio non ipsi, sed monasterio sit quæsita, sicut & in servo statutum reperitur *in l. quod servus* & ibi Bart. qui legit illam legem coniunctam cum *l. in depositi. ff. deposit.*

Tertiò sicut Dominus non tenetur ad *observantiam promissorum*, servo factorum, quia inter illos nulla cadit obligatio, ita nec Abbas monacho Bald. *in l. interpositas C. de tr nsact. & in l. si liber captus. C. de condict. ob causs.*

Quarto sicut servus in iure quæsito non præiudicat domino *l. servus C. de pact. l. fin ff. de acquir. possess.* ita nec monachus monasterio Bald. *in d. l. servus.*

Quintò in acquisitionibus, intellige autem secundùm Iason. *in l. 1. §. per servum. ff. de acquir. poss.* quoad jus acquirendi, seu quoad ipsum acquisitionis effectum. Nam sicut servus quicquid acquirit, Domino acquirit *l. placet. ff. de acq. hæred.* ita monachus monasterio *c. cum ad monasterium. de stat. regular. c. cum olim et l. 2. de privil.* adeo ut nec minimum sibi possit retinere Bart. *in Auth. ingr ssi in 3. q. C. de SS. Eccl. 12. q. 1. c noto. & c. non dicatis*, licet aliquid connivente Abbate possit habere, sicut & servus. *l. 3. de manum.* Bal. *in l. 1. q. 7. C. de his quæ pæn. nom.* non tamen ut proprium, sicut habere potest filius peculium Castrense & quasi Castrense, imò & hodie in adventitiis proprietatem *l. fin. C. de bonis quæ lib.*

Sextò notandum tamen circa institutionem, quod sicut in casibus, in quibus servus institutus si alienetur, acquirit novo Domino hæreditatem vel legatum, ita in iisdem casibus si Monachus fuerit institutus vel ei aliquid relictum, transiretque ad aliud monasterium, novo monasterio acquiret Bart. *in l. 2. §. fin ff. de bon. poss. sec. tab.*

Septimò in relictis. Sicut servo alieno cum libertate relinquere non possum, & quidem ita, ut ipsi quæratur *l si alienum ff. de hær. instit.* Ita Monacho non potest relinqui, ut illud sibi & non monasterio quæratur. Bart. *in d. l. si alienum* declarando *ut sibi per eum.*

Octavo

Octavò in alimentis legatis, nam quemadmodum alimenta legata servo, censentur legata eius domino, qui ipsum alere tenetur *l. j hoc ff. de cond. & demonstrat.* ita alimenta relicta monacho, intelliguntur relicta monasterio. Bart. *in l. cum sic §. cum hi ff. de transact.* ubi etiam ex hoc infert unum notabile.

Nonò sicut dominus potest virtute dominicæ potestatis cogere servum ad adeundum *l. 36. de hæred. inst.* ita quoq; potest Abbas *cogere monachū* etiam adhibitis carceribus ad adeundam hæreditatem Bald. *in l. fin. in princ. C. de bon. qua lib.*

Decimò in aditione hæreditatis. Nam sicut servo decedente ante hæreditatem aditam, dominus adire non potest *l. inde Neratius §. 1. ad l. Aquil.* ita monacho decedente ante aditam hæreditatem Abbas eam adire nō poterit. Bart. *in l. si potest ff. de acquirend. hæred.* Vid. & Baldum *in l. 1. in 10. q. C. qui admitti ad poss. & in l. cum proponas C. de hæred. inst.* ubi tamen advertendum, quod istud intelligendum sit de hæreditate extranei, secus de hæreditate paterna, hanc enim etiam non aditam monachus filius tanquam suus potest transmittere ad monasterium, adeoque monasterium mortuo patre eam adire poterit.

Vndecimò sicut domino debet dari tempus ad deliberandum & non servo *l. 1. ff. de iure delib.* Ita similiter debet dari monasterio, non monacho eiusmodi tempus ad deliberandum Bart. *ibid.*

Duodecimò in *repudiatione hæreditatis* vel legati. Nam sicut dominus hæreditatem vel legatum delatum servo solus repudiat *l. legatum ff. de legat. 1. l. 1. §. per servum ff. de success. edict.* Ita solus Abbas repudiat hæreditatem aditam vel legatum delatum monacho Bart. *in l. tutor. ff. de bon. poss & per Canon. in c. in præsentia de probat.* (*adde* ibi Felin. *n.* 58.)

Decimotertiò sicut servo nemo succedit ab intestato *l. servus C. com. de success.* ita idem obtinet in monacho Bald. *ibid* subdens post Innoc. *in c. cum olim de priv.* quod omnia jura loquentia in servo, habeant locum in monacho, si illi applicari possint, quod intellige de successione hæredum non necessariorum, quia alias, si prius testamentum condidisset filius monachus, & patre vivo decederet, teneretur patri relinquere legitimam Dd. *apud Caval. pract. qq. q. 80. nu. 32. & n. 39. tom. 3.* vel etiam si extraneus institutus fuisset, monasterium tanquam filius tertiam partem sibi retineret per not. *apud Cavall. d. loc. n. 45.* aut si bona monachi fuissent fideicommisso subiecta, tunc enim redirent ad hæredes alios scriptos Cævall. *d. l. n. 32.*

Decimoquarto Addit Baverius, quod monachus delinquens si nimis acriter ab Abbate verberetur, possit sine licentia fugere de monasterio, sicut servus à domino *l. 1. §. dominorum ff. qui sint sui vel alien. iur.* Bald. *in c. ad audientiam. de appell.*

Contrà monachus comparatur *filio* non *servo* quo ad statum & con-

ditionem, quia sicut filiusfamilias dando se in adoptionem vel arrogationẽ. dicetur minimam capitis diminutionem pati, *§. minimam. instit. de cap. dimin.* ita & monachus secundum Bart. *in Auth. si qua mulier C. de SS. Eccles.* cuiusmodi tamen diminutio cũ sit virtuosa seu ex virtute proficiscatur, minimè ipsi officit, atque ita procedere existimat Baver. dictum Baldi in *l. Deo nobis C. de Epis. & Cler.* quod monachi capite non diminuantur; attamen alii rectius monachum ne minimam quidem capitis diminutionem pati inculcant, ut paulo post videbitur, servus vero maximam capitis diminutionem patiatur *in pr. instit. de cap. dimin.*

2. Quia sicut filius in potestate patris existens est liber, ita & monachus licet in potestate Abbatis existat. gl. *instit. de iur. pers.* ideo secundùm eum testis esse potest *§. cogitandum. Auth. de monach.* secus in servo, qui liber non dicitur nec regulariter testificatur. *l. servi ff. de testi.*

3. Sicut filius fam. non obstante vinculo patriæ potestatis nobilis est ex patris dignitate *l. 2. §. in filius. de decur.* ita monachus non obstante vinculo monasticæ potestatis nobilitatem generis conservat, sic Rot. *de st. 4. al. incip.* utrum nobilis. in nov. dicit ita fuisse decisum per dominos de Rota. quicquid secundum eum glossa *in c. 1. de purg. cano. in c. causa qua de st. tu regulari.* dixerit; secus est in servo, qui propter servitutem omnem amittit nobilitatem, nec dicitur habere cognationem *instit. de serv. cog. per tot. l. servus C. commun. de success.* illud tamen verum est, quod monachus amittit jus Ducatus & Comitatus glos. *ord. in c. scripserit 27. q. 3. & 20. q. 3. c. præsens.* Rot. *d. loc.* Bald. *in d. l. Deo nobis.*

4 Sicut filius fam. potest promoveri ad dignitates, *l. 1. ff. ad municipal. l. honores §. ad decurionatum ff. de de ur. l. 1. C. de filiis fam. & quemadm. pro his pater.* ita & Monachus potest promoveri ad dignitates Ecclesiasticas etiam seculares glos. *in c. officii & ibi not. de elect. secus est in servo,* in ipsum enim non cadit dignitas l. *Barbarius ff. de off præt. l. super servis C. qui mil. non poss. lib. 10. per tot. tit. c. si servus liber factus.*

5. Quia sicut filius non potest vendi, nisi in casu speciali *l. 1. C. de pat. qui filios distrax.* secus est in servo, qui ad domini placitum vendi potest, Baver. *d. loc.*

6. Sicut in filio fam. cadit suitas *§. sui. instit. de hared. qual. & differ. l. in suis ff. de lib. & posthum.* ita & in monacho. Bald. *in d. l. Deo nobis C. de Episc. & Cler.* inferens quod in ipso militabunt omnes effectus suitatis, ut transmittẽdo hæreditatem non aditam & sim. sed in servum non cadit suitas *in pr. inst. de hared. qual. & differ.* imo nec cognatio *ut sup. dictum fuit,*

7. Quia monasterium tenetur alere monachum *c. ex parte de accus. e.* sicut patet filium *l. si quis à liberis. l. si vel parens ff. de liber. agn.* licet non idem obtineat in servo, quem Dominus potest habere pro deserto Baver. *d. loc.*

8. Sic-

8. Sicut princeps potest donare filiofamil. ita ut usufructus patri non acquiratur *l. cum multa C. de bon. qua lib.* Ita Papa potest donare monacho ut non acquiratur monasterio, singulare illud notatum fuit Vicentini, quem refert Anton. *in c. cum ad monasterium. de statu Regular.* fac. not. Bart. *in l. si alienum ff. de hared. instit.*

Alii utramque opinionem ita conciliant, ut velint monachum æquiparari *servo*, quoad contractus; *filio* verò quoad ultimas voluntates. Ita Imol. Alexand. & Iason. *num. 42. in d. l. 1. ff. de Vulgar.* Idem Iason. *in l. cum fundus §. servum tuum, numer. 12. ff. si cert. pet.* Quos refutat Ripa. *in l. hæredes 1. ff. de vulgar. & pup ll. subst. n. 151.* *Alii Dd. aliter distinguunt. quos refutat Ripa.*

Secundò respondet Iason *in l. 1. §. per servum ff. de acquir. poss.* quod monachus in acquisitione seu jure acquirendi comparetur filio; servo verò quoad acquisitionis effectum, cùm ex ijs nihil tanquam proprium acquirere possit. Ioan. Fichard. *in communib. opinion. verb. monachus num. 118.* In hanc sententiam videtur inclinare Paris. *in c. in præsentia. num. 254. de probat.* *2. Iason.*

Tertiò Suarez, *Tom. 3. de Relig. tract. 7. lib. 6. cap. 2. num. 25.* ad quæstionem eam, *qualis sit subiectio Religiosi ad prælatum*, sub hac distinctione respondet, quod in ijs, quæ ad perfectionem & proprium bonum spectant, habeat subiectio religiosa maximam similitudinem cum subiectione paterna, ita ut per traditionem illam, quam includit professio, patria potestas, in prælatum religionis transferatur, quam ipse acceptando, suo modo adoptat seu accipit alium in filium, ipse vero filius se tradendo eam donat, neque enim repugnat, se donare in filium & non propriè in servum. Quatenus vero hæc traditio habet adiunctam paupertatem cum incapacitate habendi proprium, habet hæc subiectio maiorem similitudinem cum servitute, & quoad hoc solet jure religiosus magis æquiparari servo, quàm filio, ut supra adnotavi. *3 aliter Suarez distinguunt.*

Quartò: Alii hoc modo concordant, ut monachus comparetur filio vel servo, prout utilius fuerit monasterio vel utilitas monasterii exegerit Bal. *in l. 1 quæst ult. col. 15. C. qui admitt. Roman. in L. is qui hæres §. nec filius ff. de acquir. hæred.* Alex. *in d. l. servum tuum*, idem *Alex.* & Socin. *in l. 1. de vulgar.* Felin. *in c. in præsentia in fin. de probat.* Archid *in c. statutum* 18. q. 1. Bonacin. *de contract. disp. 3. q. 17. punct. 3. sub n. 7.* Cæval. *d. q. 446.* facit regula *in l. sunt personæ 43 ff. de Rel. & sumpt. fun. c. final. de re jud.* *4 alij dicunt vel filio vel servo comparari, prout monasterio est utilius.*

Et licet monachi *servis* æquiparentur quoad aliquos effectus, non tamen quo ad conditionem & statum, eò quod per monachatum nec maximam nec mediam, imò nec minimam capitis patiantur diminutionem, Sanch. *lib. 7 oper. moral. c. 3. n. 34.* nam ut pulchrè docet Iacobus Cuiacius *in Novell. 5. Iustin.* contra gloss. Accursii, monachismus nec libertatem, nec civitatem nec familiam adimit; cum monachi non efficiantur servi pœnæ nec *sunt Dei.* *5 Monachi servi*

nec hominis, sed Dei, cui in spiritu serviunt servi; adeoq; verè libertatem retineant, licet eam cum obedientia religiosa coniungant. Vnde dicuntur regnare, quod Deo servire sit regnare Anton. de Butrio *in d. c. in præsentia, de probat.* Bart. *in Auth. si qua mulier n 5. C. de SS. Eccles.* ubi Sichard. notat ex gloss. *in l. cum Hereditas. §. fin. ff de acquirend. poss.* Curt. *in d. Auth. si qua mulier n 7.* Suarez. *tom. 3. de Rel. lib. 6. c. 2. nu* 8. 10. *& seqq.*

Servitus Dei quid.

Neq; veræ libertati repugnat ista obedientia, sicuti nec libertati Christi repugnavit mandatum, quod ipse à Patre acceperat v. c. moriendi, quia adhuc liberè moriebatur & per mortem nobis merebatur. Huiusmodi autem libertas appatet ex eo, quod Christus hunc vel illum modum, hoc vel illud motivum, in opere mortis præscriptæ exercendum servare potuisset.

Monachi retinent iura civitatis, sanguinis & familiæ, tum etiam ad hæreditates.

Insuper quod monachi jura civitatis, domicilii, sanguinis & familiæ retineant, iam supra est demonstratum. Vnde & monachi jus ad legitimas hæreditates retinent *l. ult. §. hoc enim C. de Episc. & Cler.* nec ipsorum ingressu in religionem testamentum irritum fit, quod alias etiam minima capitis diminutione irritatur *d. Novell. 5. & 76.* Sanch. *lib. 4. moral. 3. n.* 34.

Resp. ad contrarium de capitis diminutione.

Ad hæc non omnis status mutatio, capitis minutio est, cum manumissio non sit capitis diminutio, Cuiacius d. loc. similiter nec monachismus, cum per eum status sæcularis in meliorem religiosum commutetur Anton. de Butrio, Bart. Suarez *d. d. locis.*

Monachus & servo rectè cōparatus & sponso.

Ex quibus relinquitur, quod monachus rectè à P. Laymano etiam servo fuerit comparatus, non obstante eo, quod in quibusdam etiam sponsi vices subeat, cum alias etiam servus cōnubium cum serva contrahens haud dubiè sponsus sit dicendus, atque ita cessat F. Romani allegata Cavillatio. Deinde fallaciter argumentatur F. Romanus, quando ex eo, quod monachus servo hæreditario non comparetur, contra P. Laymannum inferre vult, ergo monachus non rectè servo à P. Laymanno comparatur, nam à pari si quis ex eo, quod Aethiops non sit homo albus, inferre vellet, ergo Aethiops non est homo, haud dubie ab omnibus rideretur, utpote à sensu composito ad divisum argumentans, præterquam quod nec antecedens simpliciter sit verum, ut in seq. cap. videbitur, ubi etiam comparatio servi & asini examinabitur.

CAP. V.

Vtrum Monachus à Lavanda rectè cum servo hæreditario fuerit comparatus, ubi & de comparatione servi & asini disquiritur.

Quod Eugenium Lavandam attinet, utrum ipse monachum monasterii ab acatholicis & infidelibus occupati rectè cum hæreditario servo comparaverit, nunc porro videndum est.

Tra-

Tradiderat quidem F. Romanus *cit. loc.* monachum nunquam comparari servo hæreditario, sed sine textu & authoritate Dd. At illius contrarium quod monachus aliquando cum servo hæreditario comparetur cum Lavāda expressè docet Bart. *in l. quod servum n. 2. ff. de stipul serv. Pone*, inquiens, *quod est unum capitulum sine monasterio: quia eorum monasterium est occupatū à Saracenis vel à mari vel ab alia inundatione, quid erit de istis monachis? certe istos monachos æquiparabo SERVIS HÆREDITARIIS, quorum dominus est mortuus, & speratur, quod alius eorum locum assumat, ut sic acquirant monasterio & capitulo eorum futuro, quod succedit in locum primi*, Ita Bart. quem sequitur Angel. Aretin. *in §. servus n. 4. instit. de stipul. servo.* licet alii Dd. in ultimo Bartoli membro nonnihil varient, Bald. Angel. & Imol. *n. 2. in d. l. quod servus.* volunt, quod eiusmodi monachus non quidem alieno monasterio immediatè sed Papæ & Ecclesiæ Romanæ sit subiectus, ideoque quodcunque quærit, acquirat Ecclesiæ Romanæ; secus autem sit, *ut illi ibidem subijciunt & supponunt*, in servo habito pro derelicto, eo quod nemini sit subiectus. At Bart. monachum monasterii ab infidelibus occupati cum servo non habito pro derelicto, sed hæreditario comparat, qui vacante hæreditate alii conservo necest subiectus, nec illi quicquam acquirit, imo nec ipsimet hæredi; cum hic ante aditam hæreditatem in servum hæreditarium nihil potestatis habeat, licet post aditam hæreditatem retro à die obitus prædecessoris fingatur dominus fuisse. Ratio huius posterioris est, ne alioquin contra jura duæ circa eandem personam concurrant fictiones, nimirum ficta repræsentatio & quidem eadē ficti Domini. Quod si tamen titulo aliquo particulari v. c. donato, legato, servus hæreditarius hæredis factus fuisset, tunc ipse huic bene acquireret, prout doctissimè & latissimè, Iason. *in l. 1. §. veteres ff. de acquir. poss.* textum illum obscurum explicat. Ita à pari, si in monasterio aliquo bonorum capaci à Saracenis vel infidelibus vel hæreticis occupato, quod ab aliis est independens, vnus supersit monachus, qui stabilitatem loci vovit, ille alterius monasterii prælato vel conventui stabilitatem voventi, non suberit, nec illi quicquam acquiret.

Commu. Haj. Discutitur & refellitur. Ex Bart. & Angel. Aretin. Contra alios Dd. Bald. Angel. Peruf. Imol.

Dispar tamen servo hæreditario in eo est, quod hic hæredi futuro ante aditam hæreditatem nihil, ille verò ante recuperatum monasterium ab infidelibus occupatum, monasterio & Conventui futuro, uti asserit Bart. *d. loc.* vel Papæ & Ecclesiæ Romanæ, uti Bald. aliiq; Dd. asserunt, acquirat, de quo tamen alibi videbitur.

Quod autem vacante hæreditate servus hæreditarius alii conservo, nec sit subiectus, nec quicquam acquirat, illius hanc rationem affert Ioannes de Basiano antiquus glossator, malè vocatus Ioannes Andreæ, allegatus apud gloss. *in d. l. 1. §. veteres*, illumque secutus Lavand. *in not. ad pag. 254. §. quid vero diceret*, quod unus servus alteri in conditione servili sit æqualis, adeoque sicuti unus servus sibi nihil acquirere potest, ita nec alteri quicquā acquirere possit. *per d. l. 1. §. veteres.* Confirmat illud *ibidem* Ioannes dicendo

Ioannis antiqui glossatoris comparatio servi & asini explicatur.

quia scilicet asinus intumescit, cum per comparem se videt apprehendi. Quam rationem *Ioannis* quidem rejicit cum gloss. F. Romanus, sed frustra. Nec enim hic *gloss.* per omnia à *Dd.* approbata est, ut videre licet ex eo, quod unus servus Hæreditarius alii conservo in conditione sit æqualis; ex quo non bene infert *d. gl.* contra *Ioan.* quod sicuti hæres per servum hæreditarium nō acquirit alium etiam servum, ita nec per servum sibi donatum acquirere possit alium servum, secus ac in *d. l. 1. §. veteres*, est definitum; cum utriusque dispar sit ratio, ut per se patet. Siquidem ante aditam hæreditatem maxima differentia est inter servum purè hæreditarium, & servum donatum. Illius enim hæres quamdiu hæreditati se non immiscuit, vel eam non adivit, dominium solum fictè fictione juris acquisivisse dicitur. Iason *d. l.* Huius verò, per ipsam donationem, dominium verè & reipsa consecutus *l. 1. ff. de donat.* ut proinde servus donatus in ordine ad hæredem donatarium non sit eiusdem omnino conditionis, cuius est servus purè hæreditarius; cum donatus ex persona hæredis donatarii Domini veri possit acquirere alium servum, non item purè hæreditarius, ne alioquin ut dictum, duæ fictiones circa eandem personam Domini & ficti videlicet, & ficti per servum repræsentati concurrerent, quod juri contrariaretur *d. l. 12. §. 2. & ibi not. Dd. ff. mandat.*

Ioannis glossatoris doctrina malè à F. Romano applicatur.

Deinde ad rationis illius pro conditione æquali servorum Hæreditariorum à Ioanne *d. loc.* allatam atque ex eodem ab Eugenio Lavanda allegatam confirmationem &c. *ab asino intumescente, si à compari videat se apprehendi* petitam quod attinet, ex ea minimè colligi potest, prout tamē perperam vult colligere F. Romanus, quasi *Lavanda* monachos bonorum capaces ac stabilitatem loci voventes appellet atque asserat *asinos*.

Figmenta calumniosa Hulsii.

quemadmodum & ipsius astipulator Hulsius *in famoso suo & improbo libello* Loiolitische Schandflecken/*inscripto, pag. 3.* colligere videtur, inquiens, das Loiolitisch Gesindlein auch wol die alte Münch-Orden/die sie ins gemein (wie " auch obgemeldt Hay anzeigt) für Esel halten / mit solchen Titulen anfahren " dörffen/wie von einem andern Societäts Gesellen der Lavanda heisset/auch zu " hören/dem antwort aber Hay also. Quantò melius cum Sancto Francisco " dixisset, ego & asinus unum sumus. Das nehme R. P. Kedd oder ein ander " Societäts Esel auch für lieb/id est, *Lojolitica turba etiam antiquorum Ordinum* " *Monachos, quos communiter (quemadmodum præfatus Hay indic. t) asinos* " *censet, itáque appellare, vel hoc titulo afficere non verecundatur, prout à quodam* " *societatis Lav. nda nuncupato percipere est; cui Hayus ita respondet; quantò me-* " *lius cum S. Francisco dixisset. Ego & asinus unum sumus. Quod Pater Kedd vel* *alius Societatis asinus æqui boniq consulat.*

Redarguūtur falsitatum & mendaciorum

Ast non dicam, quod hic tot reperiantur improbi criminatoris mendacia, quot propositiones, sed ferè quot propositionū termini reperiuntur. Nam primò calumniosum mendacium est, quod Societas Iesu sit

ein Loiolitische gesindlein/Loiolitica turba. Cum ex eiusdem societatis Exam. *cap.2. Constitution.part.1.c.2.& 3 itidem ex parte 2.part.5.& part.10.* §. 7. pateat, quod turba & homines ad nostrum institutum inepti, ne ad probationē quidem admittantur; sed ex confirmationibus Apostolicis Pauli III. in Const. Regimini militantis Ecclesiæ, data.an.1540. V. Kal. octob. Iulii Papæ III. Exposcit debitum. dat.ann.1550. XII. Kal. Augusti &c. non nisi viri valde idonei ac diu multumque probati sint admittendi. Neque Rex Poloniæ Casimirus, Duces Lotharingiæ Carolus Episcopus Virdunensis; Gandiæ Frāciscus Borgias; Aquitaniæ Claudius Aquaviva, aliiq; Principes, Comites, Barones, nobiles, patricij eandem Societatem appetiissent, neq; alii nunc appeterent, si promiscuæ turbæ ac fæcis esset colluvies, uti hic calumniator Hulsius iniuriosè Societatem nostram insimulare haud veretur. Annon talis quis esse præsumitur, quales sunt hi, cum quibus cōversatur, iuxta Mynsin. *decad. 10. Resp.93.n.11. per c.4. de regul. & transeunt.* eo quod similis simili gaudeat &c. Hinc cum calumniator Hulsius Societatis religiosos velit esse promiscuæ turbæ, & fæcis homines, ipsi etiam Hulsio, Reges, Duces, Principes, Comites, &c. qui cum Societatis Religiosis conversati sunt aut simul vixerunt, aut etiamnum vivunt, præsumentur esse promiscuæ turbæ & fæcis homines, quod quàm calumniosum, quamque iniuriosum sit, nemo est, qui non videat.

Similem calumniam Ioannes Leonardus Willich, *in suo infami Elixiri Iesuitico.p.28. ex assertis ibidem conclusionibus Sorbonæ Parisinæ an.1554. 1. Decemb. Societati impingit; Societas, aiens, insolitam nominis Iesu appellationem peculiariter sibi vendicans, licenter & sine delectu quaslibet personas quantumlibet facinorosas, illegitimas & infames admittens; quam calumniam Hulsius in d. suo famoso scripto artis pelasgæ specimine tertio p.16. retexit.*

Verum eandem mox ipsemet Ioannes Leonardus VVillichius sibi contrarius in d. Elixiri, part.1. pag.65. & part.2. pag.195. refutat, posteriori loco ita canens; ***Ex Ioanne Leonhardo VVillichio.***

Qui nobiles, qui formosi,
Divites, ingeniosi
Sunt Iesuitis preciosi,
Istos sibi prædestinant.

Ex qua contrarietate apparet, *quod mentita sit iniquitas sibi Psalm.26.12.* prout etiam eadem calumnia falsitatis redarguitur, ex d. part.1. Constit. Soc. c.2. & 3. præterquam, quod nec verum sit, à Societate quæri prædivites, si cætera desint vel animi vel corporis, vel utriusq; dona. *d. part.1. Const. c.1. §.3. part.4. proœm. lit. A par.10. §.7.* Novi ego Comites etiamnū vivos, aliosq; præcipuæ nobilitatis viros prædivites, Societatis nostræ cupidissimos, nō fuisse admissos, quod vel valetudo, vel dominorum parentum consensus desideraretur, vel alia quædam occurrerent impedimenta. Non nemo ex ijs Comitibus I. M. C. D. L. Societati nostræ in ditione sua Collegium fundavit. Quod bene- ***C. M. & C. D. L.***

beneficium Societati nostræ præstitum Deus T.O.M. Illustrissimæ suæ Excellentiæ ejusque familiæ velit æternum remunerare.

Alterum Hulsii apertum mendacium est, quòd Societatis nostræ Religiosi antiquorum Ordinum Monachos communiter pro asinis habeant, iisque titulis afficiant, prout *& in tract, 2. & hic infra* discutietur.

3. Figmentum erit Hulsianum, si velit, quod Lavanda testetur, à Iesuitis Monachos communiter haberi asinos; Cum nuspiam id ipse doceat; sin verò, ab ipso veluti Iesuita Monachos appellari asinos, fraudulenta & fallax erit Hulsii propositio. Siquidem non probat, illius nominis dari Iesuitam, vel si id probaret; non tamen probare poterit, *à Lavanda Monachos appellari asinos*, ut paulò post videbitur, Et *esto* dixisset, uti non, tunc tamen unius illius dictum non probatur, nec probari potest, ex communicato totius Societatis consilio & consensu profectum esse. Proinde assertum unius dictum non nisi calumniosè contra Societatem nostram dicti illius ignaram, minimèque illi consentientem Hulsius allegat. Taceo, quod Hulsius pro hac sua propositione, quod Lavanda testetur, vel doceat, à Societate nostra Monachos haberi asinos ipse fraudulenter aliam & quidem prioris propositionis partem duntaxat assumat comprobandam, quam tamen non probat, uti jam deductum est.

4. Neque est, quod Hulsius in F. Romano se fundet; tum quia ipse Societatis est adversarius, qui contra illam non est idoneus testis; tum quia F. Romanus assertionem eam non probat, nec probare potest: ideoq; ipsi nudè asserenti & quidem adversario non est credendum, *per not. in l. 2. ff. de probat.* tum quia nec ipse illud indiscriminatim & generaliter asseruisse ostendi potest.

5 De S. Francisci dicto asserto R.

5. Insuper falsum est, quod S. Franciscus dixerit; *Ego & asinus unum sumus*, Solum ipse, teste S. Bonaventura *in vita eiusdem S. Francisci, c. 5. de Austeritate vitæ*, à carne tentatus corpus suum exemplo S. Apostoli Pauli 1. *Cor. 9. 27.* flagellis cæcidit; *Eia*, inquiens *frater asine, sic te decet manere, sic subire flagellum.* Nam ut paulo post ibidem subjicitur; *carnem suam rebellem laboribus fatigabat & disciplinis seu flagellis continuis edomabat. Vnde corpus suum asinum appellabat, quod onera supportaret molestiora, & crebris cædebatur flagellis.* Hæc verò quomodo instituto Prædicantis serviant, vel etiam à F. Romano ad præmissum dictum Ioannis antiqui glossatoris applicari, & contra Societatis Religiosos S. Apostoli, & S. Francisci strenuos imitatores torqueri possint, nemo est, qui videat. Quin potius contra Prædicantem militant, eò quòd ipse nunquam corpus suum flagellis cædat, sed illud delicatè tractet; malitque, ut non nemo conjicit, aliorum corium virgis conscribere.

6. Aperta porrò calumnia est, quòd Iesuitæ quoad doctrinam sint asini, prout *inst. lib. 2.* discutietur.

Cæte-

Cæterum ut ad F. Romanum revertamur, non hic probat ex Lavanda, quod ille Monachum asino æquiparet; Neque etiam illud ipsum ex citato loco Ioannis (non Andreæ, ut perperam F. Romanus citat, sed) antiqui glossatoris colligitur, nedum evincitur. Cum Lavanda Monachum non omnem, nec indefinitum, sed unicum superstitem Monasterii conventu destituti conferat cum servo hæreditario, prout supra ex Bart. est deductum.

Quod si F. Romanus ita velit argumentari, ***Lavanda Monachum superstitem Monasterii à Saracenis vel hæreticis occupati stabilitatem loci voventem comparat servo hæreditario; Ergo & comparat asino intumescenti &c.*** tunc fallaciter & captiosè argumentabitur, committendo inprimis fallaciam accidentis per not. Hotomanni *lib. 4. Dialect. c. 19. in princ.* eò quod quæcunque prædicantur & dicuntur de servo hæreditario, velit etiam attribuere & prædicare de Monacho superstite Monasterii bonorum capacis & à Saracenis vel hæreticis occupati stabilitatem loci vovente; qui tamen in aliquibus duntaxat accidentaliter cum servo hæreditario comparatur; deinde fallaciam *à dicto secundum quid ad dictum simpliciter, & ignorationis Elenchi*, admittendo, eò quòd Ioannes antiquus glossator, & eum secutus *Lavanda* servum hæreditarium istum non simpliciter cum asino, sed cum asino intumescente seu quasi indignante, & quidem eo casu, quo à compari apprehéditur, adeoque secundùm quid conferant. Qui casus si Monacho Monasterii conventu destituti superstiti applicetur, non ostendit aliud, quàm quòd is Monachus superstes, ejusq; Monasterium à Monacho alterius Monasterii sibi non superiori non possit occupari vel apprehendi, vel si apprehendatur, possit litem illi intentare, &c. Vnde patet, F. Romanum omissis illis circumstantiis restringentibus, perhibentem, ***à Ioanne & Lavanda Monachum cum servo hæreditario & hunc cum asino comparari***, fallaciter & captiosè agere.

Alia argumentatio contra Lavandam.

Solvitur.

Illud tamen hic observandum est, quòd Eugenius potuisset cum Alberico de Rosate *in l. cum hæredes §. item quæro. n. 3. ff. de acquir. poss.* Monachum cum asino (non tamen in vituperium, sed in commendationem abnegatæ voluntatis & libertatis propriæ) comparare. Istic enim Albericus tradit, ***quod monachus tanquam asinus possideatur***, sed hæc missa facio.

Alberici comparatio Monachi refertur contra F. Romanum.

Cæterà, quæ F. Romanus ex triplici suo mercurio de servo & asino pluribus contra Societatem nostram nugando fabulatur, ex præmissis refelluntur, prout infra *in lib. 2.* videbitur.

Doctrina Ioannis glossatoris societati etiam professa à F. Romano perperam applicatur.

CAP. VI.

Vtrum Monachus per professionem suam contrahat matrimonium spirituale.

F. Romanus in *Hort. append. n. 27. paradox. 17. p. 464.* asserit, falsam esse

 hanc

F. Romanus negat cum Dorscheo.

hanc sententiam, *quod monachus per professionem suam cum monasterio, in quo profitetur, contrahat matrimonium spirituale*, eamque allegat 63. 64. 121. redarguere conatur ex Pan. *in c. in præsentia de prob. n.* 48. inter *Monasterium*, " inquiente, *& Monachum non dicitur matrimonium spirituale. Cum solus Abbas* " *dicatur sponsus*. de elect. c. quia propter; Subdit F. Romanus. *& certe si singuli* " *Monachi contraherent matrimonium cum suo monasterio, sequeretur, quod u-* " *nica sponsa vel uxor haberet aliquando triginta, sexaginta, centum aut ducen-* " *tos sponsos: quod est impossibile & absurdum* c. sicut in unaquaque. 21. q. 1. " *cum Ecclesia sponsa duorum esse non possit*. eod. textu & Rota decis. 370. n. 4. & " 11. apud Oliver. Beltram.

Fr. Romanus hic errat, q. 2.

" F. Romano astipulatur *Ioan. Georgius Dorscheus* Prædicans Argenti- " nensis *indicu iniquitatis illatæ expostulatione, portione* 7. §. 81. ubi negat in vo- " tis Religionis esse nuptias spirituales. *Nam*, ut inquit ipse, *spiritualis de-* " *sponsatio non fit nisi per ordinaria salutis media, quæ scil. non tam necessitate præ-* " *cepti quàm necessitate medii obligant. Per ea enim media fit desponsatio cælestis* " *& spiritualis cum Christo, per quæ cum ipso vivificamur, & cum ipso collocamur in* " *cælestibus*. Ephes. 2. 5. 6. *Sic enim anima nostra transit in vitam & dignitatem* " *sponsi, per quam Christus fit caput animæ spirituale*, Ephes. 1. 22. c. 4. 1. 5. *per quæ* " *fideles fiunt caro de carne Christi, & os de ossibus eius iuxta coniugii corporalis* " *rationem*. Ephes 5. 30. *Atqui eiusmodi desponsatio fit per verbum aut baptis-* " *mum. Illud enim est regenerationis & desponsationis efficacissimum medium*, " 1. Petri. 1. 22. *per baptismum sibi purificat animam ut sibi sistat & despondeat* " *gloriosum*, Ephes. 5. 26. 27. *Deinde allegat* S. Paulum 2. Cor. 11. *quasi cla-* " *rissimè dicat, se velut œconomum mysteriorum divinorum & paranymphum ac* " *pronubum per ista ἁρμόζειν conciliare, despondere, connubio iungere, quoscun-* " *que ad Christianismum convertit. Hinc* Cornel. à Lap. Comm. 5. *Ecclesia* " *Corinthiorum & quævis anima est quasi virgo & sponsa Christi sponsi, cuius para-* " *nymphus est Paulus. Huiusmodi autem desponsationem spiritualem dicit rectius* " *fieri, per fidem, qua recipitur sponsus*. Ioan. 1. 12. *Et habitat in sponsæ* " *corde*. Ephes. 3. 17. *& fiduciam habet accedendi sponsum* Rom. 5. 2. Hebr. " 10. 19. 20. 21. 22. *Spem vero sequi ipsam desponsationem per fidem, & eam* " *habere pro fundamento sperandi*. Psal. 44. *Astitit regina à dextris tuis in vestitu* " *deaurato, circumdata varietate*.

" *Vnde* pag. 184. cit. §. 81. *ait falsum esse, desponsationem spiritualem* " *maximè fieri per charitatem seu per virtutem disponentem ad desponsationem*, " *Nam nulla charitas Christo grata est, nisi maritalis & fœderalis. Non* " *est hic aliqua præcedens charitas, ubi primum regeneratio fit & oritur vita* " *spiritualis & nova ita statim desponsatio fit cum Christo, extra & ante* " *desponsationem cum Christo non datur vita spiritualis. Et charitas* " *est sponsæ desponsatæ qualitas, non autem desponsationis mysticæ me-* *dium*.

Ac §. 82. pagin.185. *infert, desponsationem, de qua Paulus* 2. Corin. 11. *loquitur, non fieri perfectissime per vota religionis*, aiens. Imò *quod religio non sit desponsatio, nec constituat aliquas peculiares cum Christo nuptias spirituales & mysticas, sed illas ipsas iam in conversione, regeneratione & iustificatione constitutas aliquibus, si ita licet dicere, consilius adiuvabit, ineptum est quod dicitur, in eo nuptiarum novarum spiritualium imaginē esse, &c.* hæc Dorscheus, cuius alias rationes inf. referam.

Argumenta Dorschei in forma proponuntur.

Et ut prædicanticos discursus contraham, videtur ipse ita argumentari. *Si Christo anima quævis fidelis per baptismum & fidem est desponsata, & matrimonio spirituali coniuncta, ergo non poterit dici, quod per charitatem & per subsequentia vota religionis cum Christo novum ineat matrimonium spirituale; Cum enim Christus semel ipsius sit sponsus & maritus; ergo non potuit amplius ipsius fieri sponsus & maritus.* Nam *quod meum est semel, amplius meum fieri nequit.* 1.

Deinde cum *in matrimonio priori omnia communicentur bona, ideo nihil videtur amplius communicandum, adeoque cum Christus cuiusque animæ baptizatæ & fidelis sponsus sit & maritus*, 2. Corinth. 11. *etiam illi omnia bona sua communicarit, ut nihil videatur amplius reliquum communicandum.* Ita Dorsch. 2.

Tum ita videtur argumentari prædicans; *Si profitens religionem & emittens vota religionis, diceretur cum Christo inire matrimonium spirituale, igitur post illud non potuit unquam ad aliud matrimonium scil. carnale transire; quia foret adulterium, quod stante primo matrimonio ad aliud transiret, adeoque adulterium committeret. Atqui profitens religionem & emittens vota religionis potuit tempore S. Augustini & in primitiva Ecclesia transire ad aliud matrimonium, nimirū carnale iuxta* c.41.27.q.1. & alibi, *nec tamen committebat adulterium* d.c. 41. *Igitur profitens religionem & emittens vota religionis, non dicetur cum Christo contrahere matrimonium spirituale.* 3.

Commentitia Prædicantis resp. ad Optatū

Denique ad contrarium respondet, quod *Optatus contra Parmenianum dicat quidem; spirituale hoc genus nubendi esse*; In nuptiis, *inquiens*, sponsi jam venerant voluntate & professione sua, *at tunc impropriè & sine pravio sacrarum literarum ductu loquatur.* Ita Dorscheus *d. port.* 7. §. 81. *pag.* 179.

Discussio commentorū Prædicantis, eorūdem falsitas ostenditur.

Verùm ut à Prædicante incipiamus, multipliciter hic errat. Nam inprimis ea propositio & enunciatio exclusiva, *quod omnis & quæcunque desponsatio spiritualis non fiat, nisi per media salutis non tam necessitate præcepti, quàm necessitate medii obligantia*, nusquam in sacris literis, neque in locis ab ipso citatis comprobatur, imò nec ulla ratione probari potest. Cum sit falsissima.

Ad eas scripturas respondetur, ad rem nō facere.

Quando Ierusalem *Esai.* 51. 18. conqueritur de *filiis, quos genuit*, quod eā non sustentent, tunc certè non asserit, quod desponsatio spiritualis debeat

debeat fieri per media non tam necessitate præcepti, quàm medii obligantia. Cùm istic non *desponsationis*, sed *generationis* meminerit, nec quomodo desponsatio spiritualis fieri debeat, ullatenus definiat; ut ex eiusdem loci inspectione palam est.

Et quando S. Apostolus Paulus 1. *Cor.* 4. 15. dicit, *se per Evangelium genuisse Corinthios*, aut *Gal.* 4. *v.* 19. *filiolos suos iterum parturire, donec formetur Christus in ipsis*; tunc ipse non de spirituali *desponsatione*, sed *generatione* loquitur, quippe qui ante spiritualiter desponsatus erat Ecclesiæ Corinthiorum, Galatensium &c. neque ibidem definit, desponsationem spiritualem per media necessitate non tam præcepti, quàm medii obligantia fieri oportere.

Rursus quando Deus *Osea* 2. *v.* 19. 20. desponsavit sibi spiritualiter populum Israeliticum in iudicio, tunc certè desponsatio ibidem fiebat per medium non absoluta necessitate medii, sed præcepti duntaxat obligans.

Contraria hisce & aliis scripturis sacris insomnia Prædicantis nihili sunt facienda, sed contemnenda & damnanda.

Deinde ubi in scripturis sacris asseritur, quod *per verbum Dei fiat desponsatio spiritualis?* Invenio quod verbum Dei comparetur semini, *Matth.* 19. *Marc.* 4. *Luc.* 8. quodq; per verbum fiat generatio spiritualis sup. cit. locis; non verò, quod per illud fiat desponsatio, sed hanc ea præsupponit.

Desponsatio per baptismũ. Ubi simul ad 2 argumentum prædicantis respondetur.

Tertiò quod asserit Prædicans, *per baptismum fieri desponsationem spiritualem, ita ut utrinque omnia bona communicentur*, suas quoque patitur difficultates. Quid enim si effectus baptismi per obicem peccati mortalis impediatur, an tunc illi à Christo tanquam sponso Prædicans omnia bona cõmunicari sentiet? Quin nullo posito vel etiam remoto obice si baptizatus desponsetur Christo, non propterea omnis & sola desponsatio spiritualis per baptismum fiet. Nusquam ea propositio exclusiva in scripturis divinis invenietur aut demonstrari poterit, Ut proinde *prædicans sine scripturarum divinarum ductu* eam propositionem ex suo proprio fingat cerebello.

Refellitur prædicans ex seipso

Quid? quod hanc eandem propositionem exclusivam ipsemet prædicans falsitatis arguat, patet inde, quod animam hominis *per fidem* Christo spiritualiter *desponsari* concedit. Cuiusmodi *desponsatio per fidem* præcise sumpta non erit desponsatio per baptismum. Cum anima hominis adulti ante susceptionem baptismi auxilio Dei adiuta possit elicere actum fidei, ut constat ex illo *Marc.* 16. *v.* 16. *qui crediderit & baptizatus fuerit &c.* quæ anima licet credat Christo, non tamen se illi Christus credit, ut subtiliter discurrit & ostendit S. Augustinus *in cap.* 2. *& cap.* 3. *Evangelii S. Ioannis tract.* 11. neque omnia bona sua illi communicat.

Notanda pro arg. 1. & 2. Dorschii solutione.

Insuper nec verum est, quod quando Christus se homini fideli per actũ fidei desponsat, ei tunc omnia sua bona communicet. Cum fidelis quis possit Deo

sit Deo Christoque non gratus amicus se hinimicus esse, juxta illud Matth. 7.26. *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cœlis est*, Luc.6.46. *Quid autem vocatis me Domine Domine & non facitis quod dico.* 1.Cor.13.2. *Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum*, Iac.2.21. *fides sine operibus mortua est. Fide agnoscitur Christus Ioan.* 1. *Rom.* 1.& 10.*Coloss.*1.27.& 1.*Petr.* 1.21. ab eadem incipit desponsatio spiritualis, *Osea.*2.20. Spe v. desideratur Christus tanquam sibi bonus *Coloss.* 1.27. 1. *Tim.*1.1.*Psal.*13.*al.*14.6.1.*Petr.*1.21. & desponsatio spiritualis firmatur, *Rom. c.*5.5.& *c.*8.24.2.*Cor.*1.7. charitate v. Christum sponsum complectimur ac desponsatio spiritualis perficitur. 1. *Ioan.*4.12. *Si diligamus invicem, Deus manet in nobis & charitas eius in nobis perfecta est, qui manet in charitate, in Deo manet & Deus in eo.* Ierem.2.2. *Hæc dicit Dominus, recordatus sum tui miserans adolescentiam tuam & charitatem desponsationis tuæ. quando secuta es me in deserto.* Charitas autem cum non consistat in indivisibili sed suam habeat latitudinem variosque actus tam elicitos quàm imperatos exerceat, hinc fit, ut pro varia charitatis, quæ exercetur, ratione Dominus Deus ac imprimis persona secunda Deitatis animam fidelem variis modis sibi dicatur desponsare, ut patet ex *Osea.*2.19.20. Vbi Deus dicit, *& sponsabo te mihi in sempiternum & sponsabo te mihi in justitia & judicio & misericordia & in miserationibus & sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego Dominus*, vicissim 1.*Cor.* 10.2. Sanct. Paulus inquit, *despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo*, quod certe in iis, qui in Monasteriis per votum continentiæ suam Deo offerunt & consecrant castitatem, propriissime impletur, ut ita locus S. Apostoli Pauli iuxta *l. Labeo ff. de supell. leg. & l. non aliter ff. de leg.*1. in propria significatione si accipiatur de iis, qui in Monasteriis vivunt & voverunt, propriissime impleatur, an non hoc ipsum ex verbis ipsius Apostoli Pauli patet? an non hæc ipsa verba erunt attendenda? *omnino verba tanquam imagines voluntatis quærenda sunt*, inquit Prædicans, in sua iniquitatis expostulatione part.1. §.3. pag.5. *& quoties adsunt verba, nihil aliud" est quærendum. Bald.* l. fin. C. de fals. caus. adject. leg. l. *& ad recognoscendum"* C. de ingen. manum & cons. 101. col. 3. vol 3. *Coras.* de jure civil. in art. redig." c.7. col.4. *Vital de Cambal.* de Clausul. vers. sequitur col. 4. nu. 5. *Rol. à Vall.*" cons.59. n.42. vol.3. & cons.96. vol 2. &c. *& alii apud Manti. de coniect. ult. vol. l.*3. *c.*4. què Prædicans perperã citavit, & *apud eund. Mantic. de taci. & ambig.*" conven. lib. 2. tit. 4. n. 9. 10. ubi ait, *quod nullum sit maius mentis nostra testimo-" nium, quàm qualitas inspecta verborum*, ex Cassiodor. *quem refert Bald.* in l." generaliter n.1. in fin. ff. de non num. pec. *& verba obtineant principatum significandi ex S. Thom.* 2 2. q.77. art.5. *Socin. Iun.* in cons. 66. n.14. lib.2. Cum igitur ex verbis ipsis Apostoli appareat, quod despondeat eos Christo, qui se virgines castas exhibent Christo, quis præter Prædicantem dubitare poterit

Deus variis modis & gradibus animæ se communicat diligenti.

Redarguitur falsitatis Prædicans ex scripturis sacris.

terit, ex eorum proprietate etiam religiosos castitatem voventes intelligi.

Caveat autem Prædicans hanc meam propositionem affirmativam ut simpliciter convertat, cum hæc mea nequaquam sit mens, nec intentio; & ipse scire debeat, quod propositio affirmativa duntaxat per Accidens & non simpliciter ex Regulis Philosophorum convertatur. *Unde licet omnes, qui in monasteriis vivunt, vota nuncupent castitatis & continentiæ,* non tamen econtra, *omnes qui continentiam Christo vovent, etiam sunt in monasteriis*; Cum aliqui extra Monasteria degentes castitatem Christo consecrent, quos omnes sine differentia S. Apostolus despondet uni viro virginem castam exhibere Christo, 2. *Cor.* 11. & quod in Monasteriis voventes castitatem, Christo desponsentur ac cum eo nuptias ineant, testis est *Matth.* 22. *S.* Ambrosius *lib.* 1. *de virginib. c.* 3. *Cant.* 1. ubi ait, *propterea adolescentulæ dilexerunt te, & attraxerunt te, postremo non meum est illud, quoniam quæ non nubentur neque nubent, erunt sicut Angeli Dei in cœlis.* Nemo ergo miretur *si Angelis comparentur,* QVÆ ANGELORUM DOMINO COPVLANTVR.

Castitatẽ voventes desponsantur Christo

Exod. 15. Et infra, *Et Maria sumens tympanum pudore virgineo choros duxit, sed considerate, cuius illa speciem tunc gerebat. Nonne Ecclesiæ, quæ RELIGIOSOS populi COETVS, qui carmina divina concinerent, immaculato virgo spiritu copulavit.*

1. *Corinth.* 10. *Nam etiam templo Hierosolymis fuisse legimus virgines deputatas. Sed quid Apostolus dicit, hæc autem in figura contingebant illis, ut essent indicia futurorum.* Et capit. 7. *Primum est, quod nupturæ præ cæteris concupiscant, ut sponsi decore se iactent, eo necesse est impares satris se fateantur esse virginibus, quibus solis contingit dicere. Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis? Quis est iste sponsus? non vilibus addictus obsequiis, non caducis superbus divitiis, sed cuius sedes in sæculum sæculi, Filiæ Regum in honore eius. Astitit regina à dextris eius in vestitu deaurato, varietate circumamicta virtutum &c.* Et cap. 9. *De Placentino sacrandæ virgines veniunt, de Bononiensi veniunt, de Mauritania veniunt ut HIC VELENTVR &c. Nam si hominem amarent filiæ vestræ, per legem possent eligere quem vellent. Quibus igitur hominem eligere licet, Deum non licet? Contuemini quam dulcis pudicitiæ fructus sit, qui Barbaricis quoque inolevit affectibus. Ex ultimis infra ultraque Mauritaniæ partibus deducti virgines hic sacrari gestiunt. Et cum sunt omnes familiæ in vinculis, pudicitia tamen nescit esse captiva, profitetur regnum æternitatis, quæ meret iniuriam servitutis. Nam quid de Bononiensib. virginibus loquar, fœcundo pudoris agmine, quæ mundanis se deliciis abdicantes sacrariũ virginitatis incolunt, sine cõtubernali sexu, cõtubernali pudore provectæ ad vicenarium numerũ & centenarium fructũ, relictoque parentum hospitio tendunt in tabernaculis Christi, indefessæ milites castitatis. Nunc canticis spiritualibus personant, nunc victum operibus exercent. Libertatis quoque subsidium manu quærunt.* lib. 3. c. 1. *tempus est soror sancta, ea quæ*

NB

Laudes Virginitatis & castitatis in Monasteriis professæ.

quæ mecum conferre soles beatæ memoriæ Liberii præcepta revolvere, ut quo vir sanctior, eò sermo accedat gratior. Namque cum in Salvatoris natali ad Apostolum Petrum virginitatis Professionem vestis quoque mutatione signares (quo enim melius die, quam quo virgo posteritatem acquisivit) atque astantibus etiam puellis Dei compluribus, quæ certarent invicem de sua Societate Bonas inquit, fili, Nuptias desiderasti. Et eod.lib. 3. cap. 9. sub fin. *Et vere Deus factus est nobis, ex quo passus est Christus, quando, ut alia omittam, pro integritate servanda mori virgines sunt paratæ.* " " " "

Illud quoque obſervandum eſt, quod Deus plura bona virginibus conferat, quàm coniugatis. *Apoc.*14. ac perfectos plus diligat, quam imperfectos, *Apoc.*2. & 3. *Deus plura bona Virginibus quam coniugatis cõmunicat.*

Ex quibus apparet, quam variè Prædicans exerrarit, cum Deus ſponſus non omnibus fidelibus omnia ſua bona conferat, nec *ſpes* in Deum nuptias Agni tantum ſequatur, ſed & præcedat, tum etiam per *charitatem* deſponſario ſpiritualis perficiatur, perfectiorque, quam quæ per fidem fit, ac *perfectiſſima* fiat per vota caſtitatis & religionis, eò quod homo religioſus ſibi nihil amplius reſervet, ſed totum ſe Deo in holocauſtum verum ac perfectum conſecret. Cuiusmodi devotio & conſecratio haud dubiè perfectior eſt, quam in qua homo dominium ſui corporis vel facultatum aliquarum ſibi reſervat, ut per ſe patet. Vt proinde meritò Prædicans rubore ſuffundi debeat, qui hoc negare auſus fuit, & inſuper *port.* 9. §. 118. *pag.*256. aſſerere, S. Ambroſium non loqui de virginibus Monachis, nullaſque quæ in monaſterio vixerunt, commemorare tribus illis libris, niſi Bononienſes; Cum tamen Sanct. Ambroſius ſupra citatus etiam de cætu religioſo Virginum Mediolanenſium, in quo ſoror ipſius Marcella erat conſecrata, expreſſè agat & loquatur, ut patet ex contextu ipſius libri, & adverbio (hîc) quo utitur Sanct. Ambroſius. Illud enim adverbium præſentiam in loco, ubi ipſe Sanctus Ambroſius ſcribebat, denotat. *Concluditur contra Prædicantem. Perfectiſſima deſponſatio fit per vota caſtitatis & religionis.*

Ad alia Prædicantis argumenta ex Catholicis ſcriptoribus mutuata priuſquam reſpondeam, hæc illius obiectio proponenda eſt, qua ad inficiandum matrimonium ſpirituale Religioſi profeſſi ita argumentatur; *Vel per illud matrimonium priores nuptiæ per fidem &c. contractæ novabuntur, earumque obligatio perimetur; vel nova inibuntur, adeoque nulla priores anteceſſiſſe præſumentur. Vtrumque verò abſurdum.* Igitur haud quaquam poterit aſſeri, quod homines fideles & baptizati poſtmodum per vota religioſa ſolemnia, quibus ſe mutuò Religioſo Monaſterio vel Ordini obligant, novas cum eo contrahant nuptias, ſeu matrimonium ineant ſpirituale. *Alia Prædicantis obiectio*

Eiusdem solutio.

Nam ad illam obiectionem similiter prius respondendum est, quod huiusmodi Religiosi professi nuptię cum Christo dicantur novari & novatæ, ita tamen ut prior obligatio animæ fidelis ad Christum sponsum non perimatur; secus ac Prædicans existimat, sed ut priori permanenti obligationi nova addatur qualitas & perfectio accumuletur. per not. *addit. marg. Inst. quib. mod. toll. obligat.* gloss. *si enim. in addit. in l. fin. C. de Vsur. rei iud.* Daoyz. *in indice iuris civil. verb. novatio. sub nu.* 3. atque hoc ipso nuptiæ spirituales à carnalibus differunt, quòd carnale matrimonium uno quasi momento perficiatur; spirituale verò non; sed habeat tractum successivum, ut author est Anton. Rosell. *in repet. c. tua fraternitatis. sub n.* 58. *de sponsalib. per c. quia propter. de elect. in different.* 10. Fac. not. *Everard. in Top. loc. à matrimonio carnali ad spirituale sub num.* 10. *different.* 9. Vnde apparet, quòd hæ nuptiæ spirituales *novatæ* etiam *quodammodo nova* appellari queant, secus ac Prædicans existimat; Cum illæ posteriores sint, & ob novam aliquam perfectionem veteribus addendam ineantur, per not. gloss. 1. *in addit. rubr. de nov. oper. nunc.* Daoyz *in indice iuris civil. verb. novum.* Alber. de Rosat. *in diction. verb. novum. arg. l. prætor. § fin. ff. de damno infect. §. sed si ead. Inst. quib. mod. toll. obl.* licet alioquin *non propriè nova sint appellanda.* Cum vovens ante cum Christo sit, alio tamen modo, spiritualiter desponsatus, & nunc demum perfectiùs per vota illi desponsetur. *Novum* verò *propriè* appelletur id, quod simpliciter ante non fuit, nunc v. producitur vel existit Rebuff. *in l. sylva cædua* 30. §. *stipula illecta. ff. de* V. S. Alber. de Rosat. *in dictionar. verb. novum per l. in rebus novis ff. de constit. princ. l. quotiens duplici de R. I. c. ad audientiam* 1. *de Eccles. ædif. c. avaritia de Elect. in* 6. *& ibi Archid.*

Homonymia vocis novarũ enodatur.

Atque hinc patet, quomodo prædicans homonymia vocis *novarum*, quæ spiritualib. nuptiis per vota religionis initis in præmisso sensu additur, incautum lectorem decipere studeat; ut proinde quis sibi ab huiusmodi fallacibus pedicis & insidiis cavere habeat.

Ex supra deductis ad singula Prædicantis argumenta sine ulla difficultate ita in forma respondetur, & quidem

Argumenti primi supra propositi *maiorem* distinguendo, videl., quod fidelis per fidem & baptismum Christo spiritualiter desponsatus & copulatus, per subsequentia vota Religionis cum Christo non quidem *simpliciter novum* ineat matrimonium, *permittendo*; *negando* autem quoad perfectiones aliquas superadditas, quibus matrimonium spirituale novatur, ac quodammodo novum initur.

Ad maioris rationẽ fundamentalẽ resp. Quomodo meum non possit amplius fieri meum, explicatur.

Ad *maioris* rationem fundamentalem nim. *quod semel meum est, amplius meum fieri nequeat §. sed si rem Inst. de legat. l. si rem meam ff. de V. O. l.* 4. §. 1. *ff. de acquir. poss. l. sequitur §. lana. ff. de usucap.* Respondeo eam regulam tunc obtinere, quando *perfectè* meum est; tunc enim id amplius meum fieri non potest; secus autem, quando non *perfectè* meum est, uti quia mihi nec-

dum

dum perfectè traditum est. Barbos. *axiom*.149.*nu*.2. ex Tusch. *tom*.5 *lit. M. concl*.226.*nu*.4. post Abb. *cons*.3.*nu*. 1.*lib*. 2.

Ita res mea non est *perfectè* mea, quando donata est non secuta traditione; quia non sum adhuc perfectè dominus; potest enim adhuc mihi ex Testamento legari; vel mea fieri ex institutione, quâ dominium ex ultima voluntate ad me transeat. Vid. Dd. *in l.si rem meam*.31.*ff de V. O.* Deinde ea regula locum obtinet, quando *irrevocabiliter* aliquid meum est; secus si revocabiliter; tunc enim præscriptione rem illam adhuc irrevocabiliter acquirere possum *l.in bello*.§.*si quis servum ff. de captiv. & postl.reverf.* Tusch. *d.concl*.226.*n*.4. Andr.Knichen. *de sublim.territor.iure.c*.6.*interdict.quorum bonor.adipisc.nu*.190.191.*& ib. citat*.Peregrin. *cons*.102. *nu*. 60. *lib*.3. Socin. *in Regul.Dominus semel,amplius effici non potest*.136.*fallent*.1. 1 2

Tertio, eadem regula obtinet in eo, qui habet *plenum* alicuius rei *dominium*, secus si vel *utile* vel *directum* habeat, tunc enim alterutro habito, etiam alterum acquirere poterit. Socin. *in d.Reg*.136.*fallent*.3. per gloss. *in l*.1.*C.de don. quæ sub modo.vid.tamen* Cisn. post Petr. *in l.ea lege in fin.C.de cōdict.ob caus.& ibi* Bald. *in q*. vel etiam si dominium pro parte duntaxat aliqua haberet *per l.Iulianus* 17.*& ibi* gloss. 1.*de iudic.glos.de re mon. in l.damni* 30.*ff. de damn.infect*. tunc enim alteram partem comparare potero *l*.13 *ff.de donat. l*.17.*l*. 20.*ff. de acquir.rer.dom*. 3

Quarto illa regula obtinet in *vero* Domino, secus autem in *ficto*; Socin. *d.loc.fall*.4. Similiter *quinto* fallit in *quasi Domino* & consequenter in publiciana, quia *quasi Dominus* bene potest fieri magis quasi Dominus Socin. *d.lo.* ex Ias. *in* § *sic itaque Inst.de act.nu*.18.*&* 19. ubi tamen de ea limitatione ipse dubitat, &c. 4 5

Ex quibus patet, quod ea regula hoc in casu locum obtinere nequeat; cum homo fidelis ante votorum religiosorum nuncupationem seu in cætu religioso factam professionem, ex susceptione Baptismatis aliisque actibus spiritualibus, plenum & perfectum sui Dominium in Christum sponsum non transtulerit. Vnde postea dominium sui plenum &c. in Christum per vota religionis transferre potuit, itaque Christus Dominus illud ipsum dominium novo titulo ex voluntate fidelis plenius ac perfectius oblatum capere & acceptare poterit.

Ad alterum argumentum Dorschei de communicatione bonorum, jam supra abundè est responsum. *Ad 2. Respon.*

Ad tertium eiusdem argumentum, *seposito Ecclesiæ decreto, ex quo matrimonium carnale professionem religiosam subsequens irritatur*, Respondeo, *maiorem* illam, nim. quod si professus in religione diceretur matrimonium spirituale iniisse, tunc postea transiens ad matrimonium carnale commissurus esset adulterium, *non esse veram*, quia ut dicatur adulterium committi, necesse est, ut alterius coniugis, ius iustitiæ ex vero contractu matrimoniali *Ad 3. Respon.*

ortum violetur *ff. ad l. Iul. de adult.* Atqui professus in Religione, ubi non fit absoluta sui traditio, secluso Decreto irritante Ecclesiæ, si transeat ad matrimonium carnale, non violat ullum ius iustitiæ alterius coniugis ex vero contractu matrimoniali ortum, sed peccat duntaxat contra virtutem religionis, sicut extra statum religiosum voventes simpliciter castitatem, si transeant ad connubium carnale, violant quidem votum, non tamen committunt adulterium *can.* 41. 27. *q.* 1. ac proinde cum hic, ut ostensum est, sit diversa utriusque matrimonii spiritualis & carnalis ratio, argumentum ab uno ad aliud non valebit. Everard. *in loc. à matrim. spirit. ad carnal. n.* 3.

In matrimonio spirituali duo intercedunt, promissio & traditio sui Deo facta.

Pro cuius maiore declaratione notandum est, quod in Mattrimonio, Spirituali duo interveniant, alterum est *promissio* Deo ex virtute religionis, non autem Iustitiæ facta; deinde alterum est *traditio sui* cœtui religioso ex eodem motivo seu ex eadem virtute religionis similiter facta. Hurtado *de matrim. disp.* 15. *n.* 2. quam Pontius *de matrimonio lib.* 7. *c.* 5. *num.* 2. donationem (ut inde *ibidem c.* 6. immobilitatem status istius colligat) non adeo rectè nuncupat, eò quod donatio sit titulus, ex quo alicui verùm Ius strictum & justitiæ acquiritur *Instit. ff. & C. de donat, & eod. x.* quale ex voto in sua naturali vi & efficacitate considerato non oritur: Tum etiam quod quis à se alicui donatum & traditum, valide alteri donare nequeat, *per l.* 3. *C. de donat. & ibi* Bart. Salic. Sebast. Næv. At Pontius *d. lib.* 7. *cap.* 14. *& seqq.* tradit, professum in Religione secluso Ecclesiæ decreto irritante, posse se coniugi in Mattrimonio carnali subsequente validè donare, ut paulò post videbitur, Igitur &c.

Traditio sui duplici modo fieri potest, stabiliter & non stabiliter.

Deinde notandum est, quod hæc *traditio* duplici modo fieri possit, altero ut non *absolute* & quasi *stabiliter* nec in perpetuum fiat, sed ut persona professa possit vel in ædibus parentum privatim manere, vel etiam ad easdem vel eremum divertere, adeoque ut persona professa non maneat perpetuo inclusa, prout videre licet ex *Concilio Aurelianensi V. sub Vigilio ann.* 552. *canon.* 19. *celebrata.* Altero ut persona castitatem religiosam professa, cœtui religioso se tradat *perpetuo* & *stabiliter* mansura *ex d. Concil. Aurelianensi V. Canon.* 19. Vnde ad minorem, quod nimirum

Responsio ad minorem.

professus Virginitatem vel castitatem Religiosam in primitiva Ecclesia & tempore Sanct. Augustini potuerit matrimonium carnale contrahere: Respondeo; non potuisse *licitè* contrahere; quia votum seu promissio Deo facta personam sui juris deliberato animo voventem ad voti observantiam & impletionem obligat, ut agnoscit Bacchov. in Treutler. vol. 2. disput. 6. thesi 3. lit. E. & F. in fin. ex Sancto Augustino epist. 45. tom. 2. Cypriano ad Pomponium lib. 1. epist. 11. Ambrosio ad Virginem lapsam. cap. 5. tom. 1. per l. 1. & 2. & ibi Dd. ff. de pollicitat. maximè quando ex legitima causa procedit. Benincasius *de privileg. paupert. q.* 4. *num.* 27. quia scriptum est *Eccles.* 5. *si quid vovisti Deo, ne moreris reddere, displicet enim ei stulta & infi-*

delis

delis promissio, ideo quodcunque voveris, redde. & Deut. 23. cum votum voveris Domino Deo tuo, reddere ne tarderis. Levit. 27. *quod semel egressum est de labiis tuis, observabis & facies, sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate ex ore tuo locutus es.* Et Psalm. 57. *Vovete & reddite Domino DEO vestro omnes, qui in circuitu eius affertis munera*, adeoque si quis contra votum, promissionem, eiusque obligationem veniet, haud dubie non licite contraveniet, itaque peccabit Ioan. Andr. *in c. generali de elect. in 6.* Alberic. de Rosat. *in dict. verb. contrafaciens*, qui enim contra jura mercatur, bonam fidem habere non præsumitur. *l. quemadmodum C. de agric. & censit.* quemadmodum ipsemet Prædicans fatetur *in suo indice, iniquitatis. portion. 10. §. 121. pagin. 261. Neque nostra*, inquiens, *sententia est, nullum planè peccatum intervenire, si post emissum votum virginitatis aliqua ad nuptias se conferat.*

Quod verò idem asserit votum Religionis & continentiæ ad tempus obligare, sine ullo fundamento & ratione asseverat. Certè votum ad certum tempus aut actionē transeuntē, expresse non restrictum, non est temporariū sed perpetuum. *l. 2. in prin. & §. ult. ff. de pollicitat.* Restrictum verò ad tempus, ita ut tempus sit causa finiendæ obligationis, eo elapso vovens voto nō amplius erit obligatus *per l. eum qui 56. §. qui stipulatur. ff. de V. O.* cuiusmodi votum Religionis temporariū non datur. Nam si vovens solūmodo ad tempus obligaretur (quemadmodū affirmat Prædicans, nō autem probat, prout ipsi in quæstione facti incumberet probare. *l. in bello. § facti. ff. de capt. & postlim. revers. l. si emancipati C. de coll. l. quacunq; 6. ult. ff. de publ.*) tunc eo tempore elapso posset vovens castitatē, nubere, nec peccaret nubendo; eò quòd cessaret voti obligatio, & ipse suo jure uteretur. Vtens autem suo jure nemini faceret injuriā. *l. nullus videtur. 55. ff. de R. I.* Atqui vovens in Religione, ut concedit Prædicans, quandocunq; postea nubit, peccat nubendo; Igitur vovēs in Religione non erit solummodo ad tempus obligatus. Consequenter nec voventis in Religione votum erit duntaxat temporariū, sed perpetuum, cujus obligatio perpetuo duret. Hinc quando Prædicans affirmat, voventem duntaxat ad tempus obligari, & postea eundem nubendo peccare, tacitè & implicitè contradictoria asserit, nim. *quod vovens elapso tempore voti possit jure & legitimè nubere, & non possit; quia nubendo peccans constituitur, adeoque adhuc voto supponitur obligatus, qui suam obligationem nubēdo violet.* Qui autē cōtradictoria allegat, non est de jure audiendus. *l. 1. C. de furt.* Interim manet verū, quod vovens simpliciter castitatem in religione, voti obligationi non possit jure contravenire, adeoq; nec licitè nubere. Nam uti S. Basil. *in præfatione in Ascetica* testatur, *non te* inquiens, *ulla impediat, illiget q; de conjuge cupiditas, non de filiis sollicitudo, quando alienū hoc est penitus à cœlestis militia disciplina, vel, u* Græcus text. habet, μή σε δεσμεύση γυναικὸς ἐπιθυμία μή σε φροντὶς παιδός. ΑΔΥΝΑΤΟΝ γὰρ ἐν τῇ θείᾳ στρατείᾳ τοῦτο *Impossibile est, ut in militia cœlesti religiosorum eiusmodi cogitationes carnales admittantur.* Et confirmatur ex subsecu-

Votum religionis non obligat duntaxat ad tempus, sed in perpetuum.

secuta communi observantia, quæ & intentionis & obligationis est omnium optima interpres, *per l. sed & Julianus §. proinde §. interdum ff. ad Macedon. l. item quæritur §. exercitu. ff. locat. l. si servus plurium § fin. l. qui sub. in pr. ff. de leg. 1. tex. notab. in l. si de interpretatione ff. de LL.* Cravet. *consf. 216. n. 6. consf. 151. nu. 21. & seqq.* Paris. *consf. 3. n. 37. & consf. 43. nu. 51, & seqq. lib. 3.* Surd. *consf. 336. nu. 141 & consf. 441. n. 30. lib. 3.*

Atqui communis observantia religiosorum voventium ostendit, quod ipsi ex voto castitatis se perpetuum obligatos agnoscerent, atque etiamnum agnoscant, ut docent omnia orientis & occidentis Monasteria. Bacchov. sup. *cit. loc.* Igitur &c.

Vtrum verò vovens castitatem in religione, si postea de facto nubat, validè matrimonium contrahat, quæstio esse potest non de tempore hoc nostro nec de eo, quod Concilium Lateranense œcumenicum *Anno* 1139. subsecutum est, de hoc enim ex ipso Concilio constat, quod à vovente castitatem in religione propter decretum Ecclesiæ irritans ibidem adiectum *non* possit *validè* matrimonium contrahi; cum Ecclesia in Concilio præsentata effectui voti Religiosæ castitatis quoad matrimonium, addendo decretum irritans constituerit votum illud impedimentum matrimonii dirimens, prout constituere poterat, cum à iure nullo prohiberetur, quæ enim iure nullo prohibita reperiuntur, permissa censentur *per l. semper qui non prohibet. 61. l. ubi §. quæ tamen natura ff. de R. I. l. nec non. §. sed quod agit ff. ex quib. caus. maj. l. ab ea ff. de prob. l. 1. §. 1. ff. de testib. l. maritus. §. conqueritur ff. de procur. l. statuas C. de relig.*

Ecclesia potest statuere impedimentum dirimens matrimonii contrahendi.

Quod si potuit Magistratus Civilis inter adoptantem & adoptatum stante & manente adoptione introducere impedimentum matrimonii dirimens: Cur non poterit Magistratus Ecclesiasticus, vel etiam tota Ecclesia Catholica in Concilio generali repræsentata impedimentum eiusmodi dirimens voto religionis addere? foret id alias perquam absurdum.

Error Prædicantis redarguitur.

Vnde contra Prædicantem *in port. 7. §. 87.* sequitur, quod irritatio matrimonii votum Religiosum subsequentis non ex insolubilitate nuptiarum spiritualium, sed ex decreto Ecclesiæ irritante proficiscatur, quia in Societate nost. a obstricti voto simplici non possunt validè matrimonium cõtrahere; & tamen eorum votum simplex ex parte Societatis non est omnino insolubile; Cum Societas possit votis absolutos dimittere.

Neque insolubilitas vinculi spiritualis ex se ac natura sua est contraria vinculo matrimonii carnalis, quia seposito decreto irritante potest vovens castitatem, validè contrahere matrimonium, licet non licitè, ut mox ostendetur, & contrahens matrimonium cum persona vinculo spirituali ex voto simplici castitatis orto obstricta licitè utitur matrimonio, debitum petendo & exigendo, quod uxor vinculo spirituali illigata reddere potest, at non petere, ut sic vinculum spirituale non sit omnino contrarium vinculo matrimonii carnalis, sed ab eo diversum. Accedit, quod contrahentes ma-

tes matrimonium carnale, possint ante ejus consummationem adhuc contrahere vinculum spirituale, imo etiam post eiusdem consummationem, possint se mutuo consensu religioni per vota religiosa illigare, ut vel hinc appareat vincula illa matrimonii carnalis & spiritualis non sibi contraria esse sed diversa.

Vnde efficitur, quod perperam Prædicans impedimentum matrimonij dirimens ex voto religionis ortum per insolubilitatem nuptiarum spiritualium explicet. Sed hoc omisso ut ad quæstionem propositam revertamur, si de tempore Concilium istud Lateranense antecedente agatur, controversum est apud Theologos, *utrum religiosus post vota sua potuerit validè matrimoniū contrahere*, ut videre est apud Pontium Basilium *de matrimonio. lib. 7. à cap. 14. usq. ad cap. 23.* Ego duplicem hic invenio sententiam, alii enim affirmant, alii negant. Affirmantes allegantur à Pontio *d. lib. 7. c. 14. 15. 16. 17.* & Ioanne Capetio *in tract. de perpetua castitate Sacerdotum, postea inscripto de origine Canonicorum cap. 24.* Pro affirmantibus citatur 1. S. Cyprianus *epist. 11. lib. 1. qui* ibi de virginibus Deo dicatis agens, ait, "*si se ex fide Christo dicaverunt, pudicè & castè, sine ulla fabula perseverent, ita fortes & stabiles premium virginitatis expectent. Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius nubant, quam in ignem deliciis suis cadant, certè nullum fratribus aut Sororibus scandalum faciant.*" Verum ut optimè Caramuel. *in Theol. regular. disp. 20. num. 249.* advertit, S. Cyprianus non aliter locutus videtur, quam S. Paulus 1. *Timot. 5.* uti Author est Hosius & Turrianus, nempe quod occasione sumpta à quibusdam virginibus, post votum continentiæ minus honestè se gerentibus alias admoneat, horteturque, ut si firmum non habeant propositum perseverandi, non voveant, sed nubant, quod etiam significant illa verba, *si autem perseverare nolunt aut non possunt*, id est, dum de voto faciendo deliberant, si vereantur se non perseveraturas, melius fore ut nubant, quam in ignem delictis suis cadant, adeoque S. Cypriani verba non de virginibus professis, sed in probatione adhuc versantibus sunt accipienda, de his & non illis verba illa *si perseverare nolunt*, verificari possunt.

Affirmant.

Non S. Cyprianus.

2. S. Hieronymus *in epist. ad Demetriadem & Eustochium, quæ cum suis comitibus erant virgines velatæ.*

3. S. Epiphanius *lib. contra Apostolicorum hæresin.* 4. S. Augustinus *li. de Sancta Virginitate cap 34. & lib. 2. de bono viduitatis cap. 2. 9. 10. 11. relatis in c. nuptiarum bonum. 41. 27. q. 1. §. proinde qui di unt.*

Sed Hieronymus, Epiphanius, Augustinus, &c.

5. S. Innocentius I. *Anno 404. epist. 2 ad Victricium. c. 12.*

6. S. Gregorius M. *lib. 1. epist 33. & lib. 9. epist. 31. ubi de Venantio prius monacho deinde coniugato, Italiæque Cancellario agit.*

7. S. Bernardus *in lib. de precept. & dispensat. c. 21. circa fin.* qui istic fru-

ſtra pro ſeparatione eiuſmodi perſonarum authoritatem Eccleſiæ & Epiſcopi requireret, ſi ipſo jure ſeparandæ eſſent.

His accedunt varia Concilia Valentinum *Galliæ ſub Damaſo I. Gratiano Aug. III. & Equitio V. C. Coſſ. an. Chriſti* 374. *cano.* 2. *iunct. inſcriptione.* Arelatenſe II. *ſub Siricio Papa, Anno Chriſti,* 390. *can.* 33. *al. apud Sirmund. can.* 25. Toletanum I. *ſub Anaſtaſio Anno Domini* 400. *cap.* 16. in quibus Conciliis nomine *devotarum virginum* intelliguntur verè Religioſę & publicæ velatæ, ut patet ex communi modo loquendi Conciliorum (qui imprimis venit attendendus *l. Labeo. ff. de ſupell. leg. a. l. librorum, §. quid tamen Caſſius. ff. de legat.* 3.) ac nominatim ex Concilio Aurelianenſi V. *can.* 19. *ſub Vigilio. An.* 549. *indict.* 13. Vbi deciditur, quod per *conſecratas* vel *devotas virgines* intelligantur religionem profeſſæ.

Item pro affirmantibus faciunt Concilia Aurelianenſe *I. ſub Symmacho Papa circa Ann.* 511. *can.* 13. (Bin. 507) Ac Toletanum II. *ſub Bonifacio II. circa Ann.* 531. *can.* 1. Lucenſe. *circa Ann* 571. *can.* 30. 31. Ubi notat Martinus Bracarenſis *in collectione Orientalium Canonum in d. Conciliũ Lucenſe.* Toletanum IV. *ſub Honorio I. circa Ann.* 633. *capit.* 56. & Bavaricum *apud Dingolvingam ſub Adriano I. Ann.* 772. *decret.* 4.

Si mund. ſit. ea 1. 11. *Felice V. C. Conſule.*

Ratio affirmantium eſt. Rationem adducunt, quia voti ſimplicis & ſolemnis caſtitatis eadem eſt natura & vis, licet hoc ab illo accidentali ſolennitate differat. *capit. rurſus. qui cleric. vel vov.* quæ ſolennitas ſola Eccleſiæ conſtitutione eſt inducta, *c. votum. de vot. & vot. redempt. in* 6. Gregor. XIII. *in extrav. Aſcenden: e Domino. dat.*

Atqui voti ſimplicis ea eſt vis, ut impediat quidem matrimonium cõtrahendum, reipſa tamen contractum non dirimat; eò quod obligatio ex contractu matrimonii carnalis exſurgens ſit iuſtitiæ, & obligatio ex voto ſimplici nata non ſit iuſtitiæ; ſed religionis: Obligatio autem iuſtitiæ ex jure ſtricto nata ſeu obligatio iuſtitiæ commutativæ ſimpliciter conſiderata ſit fortior, quàm obligatio religionis ex jure excellentiæ profecta, ſeu prout religio eſt pars juſtitiæ potentialis ſeu ſecundum quid tantum conſiderata.

Igitur & voti ſolennis vis erit, ut impediat quidem matrimonium contrahendum, non autem ut contractum dirimat.

Confirmat. Et confirmatur ex eo, quod multa ab initio fieri prohibita, poſtea tamen facta teneant *l.* 1. §. *biduum, ff. quand. appellar. l. patre ff. de his qui ſui vel alieni. iur. ſunt l. circa ff. de inoff. teſtament. l. ſi quis, C. de Epiſc. & Cler. l. relegatorum* §. *ad tempus ff. de interdict.* prout hic de facto cõtracta poſt vota religionis matrimonia tenuerunt, donec Anno 1139. in generali Concilio Lateranenſi *ſub Innocentio II. cap.* 7. §. *ut autem lex. relato in c. ut lex.* 27. *q.* 1. voto adjiceretur decretum irritans matrimonium ſubſecutum, itaque vo-

tum

tum solenne castitatis in religione constitueretur impedimentum dirimés matrimonium subsecutum. Atque ita Pontius *cit. loc.* sentit. Hinc in ista sententia matrimonium post vota religionis contractum, secluso decreto irritante foret validum, nec vota ipsos contrahentes redderent inhabiles ad dominium corporis sui transferēdum; cum ex iis votis ac traditione subsecuta nasceretur duntaxat obligatio Religionis; at ex contractu matrimoniali surgeret obligatio justitiæ, quæ ob jus strictum tertio acquisitum contrahentes fortius obstrictos teneret, quam voventes & pollicitantes teneat obligatio Religionis, per not. Pontij *d.l.7.cap.17.n.9.& Hurtad. de matrim.disp.17.*

Econtra negantes afferuntur à præfatis Pontio *lib.7.c.18.19.20.21.* & Ioanne Capetio *cap.24.* ***Negant matrimonium à professo validè contrahi.***

S. Basilius M, *in epistola ad Amphilochium can. 6.* ubi nomine *Canonicorum* S. Basilius etiam Monachos, & nomine *Canonicarum* etiam virgines professas intelligit, quemadmodum ex eiusdem Basilii *animadversionibus ad Canonicos & Canonicas* videre est, *Epist. 2. can. 18.* Idem *in lib. de vita virginitate, pagin. (Pontio) 533. col.2. in princ.pag. 534. colum.1. & 2. pagin. 535 colum. 1. & in sermone de Institutionibus Monachorum col. 2. sentit.* ***S. Basilius M.***

2. Bachiarius, S. Augustini coætaneus *in Epistola sua ad Ianuarium col. 5.11.& 13. quæ extat tom.1. Bibliotheca SS. Patrum.* ***Bacchiarius.***

3. S. Gregorius M. *post annum 590. lib.1. ex Regesto. Epist. 40. ad Anthemium*; cum quibus consentiunt Concilia Turonense II. *Anno Christi 570. Sirmund, 567. sub Ioanne III, al. can. 16. al. can. 15. apud Sirm.* Matisconense II. *sub Pelagio II. Anno Christi 588. Sirm. 585. can. 16.* Toletanum IV. *Sub Honorio I. ann. 633. can. 56.* ibi. *hæ si ad nuptias transierunt, iuxta Apost. non sine damnatione erunt, quia se primum Deo voventes, postea castitatis propositum abiecerunt &c.* Romanum *sub Zacharia ann. Christi 743. cap. 5.* Triburiense *sub Formoso Papa anno Christi 895. celebratum, c.23.* ***S. Greg. M. &c***

Accedunt canones antiqui ante Innocentium II. *in c. hi ergo c. pervenit ad nos c. si quis sacro. c. si castos Religiosi habitus, c. si homo esset, c. si qua Monacharum. c. si quis rapuerit. c. omnes fœminæ, c. & quia. 27. q. 1.* quibus nubentes post vota Monastica *perpetuo* separantur, & ad Monasteria sua revocantur, ut ibi pœnitentiam agant.

Vnde *tale conficitur argumentum.* Quod omnino inutile redditur, in jure perinde habetur ac si nullum esset; quia in jure paria sunt, aliquid esse nullum vel inutile Ioan. Calder. *in repet. c. cum nostris. de concess. prab. n.45. per sententiat. c. inter corporalia, 2. §. sicut de translat. Episc.* gloss. *in l. fin. C. de plagiar. c. tua. de cler. non resid. l. fin ff de constit. pec. §. illud quoq, Auth. de dignit.* & parium eadē est natura *l. si Socer in fin. ff solut. matrim.* eadem potentia nec maior *l. 1. §. veteres ff de acquir. poss. l. si reus ff. de duob. reis,* videlicet in quibus parificantur, alias non. ***Argumentum pro negantiis sententiis.***

 Atqui

Atqui Religiosorum connubia re ipsa & de facto contracta per separationem perpetuam *iuxta d. Concil. & Canones* faciendam redduntur omnino inutilia. Igitur Religiosorum connubia de facto contracta de jure perinde habebuntur, ac si essent nulla.

2. Accedit, quod in voto Religiosorum *duo* interveniant, 1. *promissio* Deo facta, deinde *traditio suiipsius* in cœtum Religiosorum. Et licet ex promissione ista vovens obligetur, ut nimirum verax & fidelis inveniatur, nec possit pænitere; poterit tamen adhuc alteri, licet perfidè se valide tradere, ut patet in re alicui vendita, sed non tradita, quam si postea perfidè vendat alteri & tradat, hæc illi prævalebit venditio *l. quoties C. de rei vendic.* quod si intervenit simul traditio, non poterit alteri ullatenus validè vendere *l. 1. C. de rescin. vend.* ita & in voto, interveniente traditione non potest vovens alteri se amplius valide tradere. per *l. 2. & l. pactum. 3. §. si quisquam & ibi* Sebastian. Nævius. *ff. de pollicit, l. sicut.* ubi Cyn. ac Salic. *C. de act & obligat.*

Responsio ad contrariam affirmantium rationem. Atque hinc patet solutio ad rationem in contrarium allatam, quod nimirum in voto simplici interveniat quidem promissio, sed non traditio mutua, quæ in voto solēni Religionis simul intervenit. Vnde licet simpliciter vovens castitatem possit adhuc se validè, quāvis non licitè alteri tradere; attamen solenniter in Religione vovens & se tradens nec validè nec licitè possit se alteri amplius tradere.

Confirm. Huc facit, quod vovens & tradens se in religione debeat legitimè & cum effectu renuntiare sæculo ac nuptiis, priusquam ad professionem admittatur. *Novell. 5. §. si quis autem.* & ibi Iacob. de Belviso *Novell.* 123. quisquis autem legitimè & cum effectu renunciat sæculo ac nuptiis, non potest licitè nec validè illuc redire *per l. quaritur. § si venditor, & ibi addit. marg. ff. de evict. l. si maritus § si neg. verint ff. de adult. l. 2. C. de iur. & fact. ignor.* Vnde cum vovens & tradens se in Religione legitimè & cum effectu renunciaverit nuptiis, non poterit ad eas licite nec valide redire.

Anteoccupatio ob allegatā status mutationem. Nec potest dici, quod obligatio religionis, eamque comitata traditio ob superveniens matrimonium statum suum mutaverint, atque aliter se habeant, quàm ante, adeoque obligatio religionis & coniuncta traditio fuerint ob superveniens matrimonium mutatæ, eo quod omnis obligatio, &c. mutato ipsius statu mutetur. Anchar. *cons.* 84. *Domina. nu.* 4. Dec. *cons.* 334. *viso consilio nu.* 4. Socin *cons. 22. nu.* 18. *vol.* 4. Alex. *cons.* 25. *n.* 7. *vol.* 7. Paris. *cons.* 165. *n.* 26. *& seq. lib.* 4. *per l. quod Servius. ff. de condict. ob caus. c. in parochia.* 16. *q.* 1. Barbos. *inaxiom. disponere, dispositio. n.* 3.

Et responsio. Quia cum causa ipsius promissionis voti & traditio, ex qua profecta est obligatio; tum etiam ipsa obligatio permaneat, non potest dici ipsius obligationis status esse mutatus per not. Bart. *nu.* 4. Castr. *sub fin. in d. l. quod Servius ff. de condict. ob caus.* Causa verò promissionis & voti religionis, quam affert

affert S. Paulus 1. *Cor*. 7. ut homo religiosus sit cum Deo coniunctior, tum etiam obligatio ipsa voti intrinsecè manet, licet vovens contrahendo matrimonium extrinsecè intendat eam mutare, at quia intrinseca intentio contrahentis votum nec secundum se, nec secundum causam mutare potest, ideò neque voti statum & obligationem dicetur mutasse; consequenter asserendum est, quod promissio & obligatio voti suam vim omninò retinuerit ac retineat.

Neque obstat, quod religiosi contrahentes matrimonium carnale dicantur separandi esse. Vnde videri poterant validè contraxisse; quia cum matrimonium istiusmodi de facto sit contractum, ita quoque est separandum, atque ab Episcopo vel Ecclesia declarandum erit nullum, prout in aliis actibus nullitati subiacentibus seu nullis fieri solet. Inde igitur inferri non poterit, quod matrimonium voventium seseque religioni simpliciter tradentium non sit nullum. ***Ad instantiã.***

Ioannes Capetius existimat utramque sententiam conciliari, si dicatur affirmantes de voto generali, quod omnes in baptismo faciunt negantes autem de voto proprio & singulari cuiusque verè voventis Religionem intelligendos esse. ***Conciliatio Ioannis Capetii.***

Verum huiusmodi conciliatio nec verbis nec menti ac sensui Dd. congruit, præterquam quod nec verum sit, in baptismo promitti aut voveri castitatem, prout ea non tantum, ab illicito, sed & licito usu venereo, qualis in matrimonio reperitur, continentiam dicit ac involvit, quamvis in baptismo homo sæculo, carni & concupiscentiis eius illicitis & damnabilibus renunciet, ut iam non tanquam animalis homo secundùm carnem vivat, ac desideria carnis impleat; Sed velut spiritualis secundum spiritum vivat. Eiusmodi autem vitam spiritualem omnibus Christianis communem vivere aliquis potest, etiamsi nullo religionis voto sit obstrictus. Siquidem licitum rerum suarum, corporis ac voluntatis usum retinere potest, quo demum per vota religionis sese abdicat. Atq; de his votis Religionis & quidē speciatim de voto castitatis eiusque effectu S. Patres ac Concilia supra allata agunt, ut sic frustra Ioannes Capetius ad promissionem & renunciationē generalem in baptismo interponi solitam recurrat. ***Reiicitur.*** ***In baptismo qualis fiat renunciatio.***

Basilius Pontius *cit. lib.* 7. *c.* 19. 20. 21. existimat, *duplicem* SS. Patrum hac in re primis in sæculis concedendam esse sententiam, & quidem quod aliqui Episcopi *alteram negantem* amplexi suis in Episcopatibus matrimonia Religiosorum irritaverint, vel certè dicendum pro sententia negante citatos Authores non sentire, matrimonia Religiosorum esse irrita, sed docere, separanda esse, videlicet quo ad thorum, non quoad vinculum, ut ita matrimonia maneant rata, interim contrahentes Religiosi ad monasteria retrahantur. ***Basilii Pontii de utraq; opinione iudiciũ.***

At vereor, ut secunda hæc solutio subsistat, eò quod in dd. Canonib. non tantum nuda fiat separatio aliqua temporanea, sed perpetua, per quam evacuatur matrimonium & planè inutile redditur. Separatio autem conjugum quoad thorum ordinariè non soleat esse perpetua, nec in perpetuũ concipi, sed duntaxat ad tempus, usque dum partes concilientur; Ut proinde Patres & Concilia de perpetua separatione loquentia ad temporariam facti separationem minimè videantur applicanda esse.

Reiicitur.

Nihilominus si *affirmantes* de iis Religiosis, qui voverunt, & se religioso cætui non stabiliter tradiderunt, sed ita ut vel in domo paterna manere vel etiam istuc tedire, vel ut in eremum secedere possint; & *negantes* de iis, qui voverunt & se religioso cætui stabiliter vel simpliciter sine ulla expressa reservatione tradiderunt, juxta *supr. tradita* ex Concilio Aurelianensi V. *sub Vigilio ann.* 549 *can* 19. aliisque *Concil. supra cit.* intelligantur. Ego utramque sententiam optimè conciliari, eique distinctioni & verba Dd. & Conciliorum, si cum iis conferantur, applicari posse existimo; licet S. Bernardus *loc. sup. cit.* de Religioso, qui se cætui Religioso stabiliter tradidit, nonnihil dubitare videatur.

Alia conciliatio utriusq; sententia.

Probatur ex Concilio Aurelianensi.

Quod autem aliqui olim Monachi fuerint, qui in domo paterna manserint, vel non procul inde recesserint, retento rerum suarum dominio, ut eas inter pauperes dispertirentur, testis est F. Laurentius Landmeter *lib. 2. de vetere Clerico monacho part. 2. cap. 1. ex* S. Hieronymi *epistolis ad Heliodorum, Rusticum & Paulinum, qui omnes monachi erant: sed apud matrem aut sororem degentes.* Idem ex S. Athanasio *in vita S. Antonii* atque ex Concilio Elibertino *c.* 27. & Carthaginensi III. *c.* 33. de Virginibus Deo dicatis, quæ à parentibus custodiebantur, constat. Hi Monachi si post professionem cõtraherent matrimonium, validè contrahebant, ex affirmantium SS. Patrum sententia &c, secus, ubi ipsi viri & virgines se per Religiosa vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ, Deo & sponso suo Christo obligarunt, se seq; in cætum Religiosũ *absolutè & simpliciter* tradiderunt; tunc enim nec ullatenus resilire, nec matrimonium carnale validè inire potuerunt, juxta *negantium* SS. Patrum sententiam. Hinc, ut uno verbo insinuem, ego non capio, quonam ausu non ita pridem homines profani sæculares, laici, à fide alieni virgines moniales professas, ac simpliciter in cætus Monasteriorum Veteris, Novi ac Zeven traditas, votis suis liberas pronunciare, sacratas execrare, ac profanare, vel ut ipsi loquuntur, sæcularizare præsumpserunt, idq; contra jus divinũ *Ps.* 75. ubi dicitur, *vovete & reddite Domino Deo vestro.* 2. *Cor.* 11. 2. contra jus Canonicũ *in tit. de stat. Monach. qui cler. vel vovent.* civile *Auth. de monachis*, tum etiam contra Recessum Imperii *Augustæ* 1530. habitum. Num hodiè in Ecclesia Dei fiet descensus de virtute & non potius ascensus de virtute in virtutem? Num quæ sunt juris divini homo profanus sibi arrogabit? Si Oza, quod arcam Dei homo profanus attigisset, non impunè tulit; num qui arcam

Et confirm.

Quorundam laicorum sententia exploditur.

cam Dei vivam & templum Dei vivum attingere & temerare non reformidat, impunè id laturum existimabimus?

[illegible]

Deniq; quod vult Prædicans *Optatum Milevitanū*, qui per vota continentiæ in Religione, matrimoniū spirituale iniri tradit, impropriè accipiendum eumq; sine ductu sacrarum scripturarum ita locutum esse, illius contrariū jam *sup. ex 2. Cor. 11. 2.* ostensum est; istic enim S. Apostolus dicit; *Despondi vos uni viro virginem castam exhibere Christo*, quæ sententia in propriissima verborū significatione maximè Religiosis voventibus cōvenit, uti ex terminis ipsis est evidens; Vt proinde hic Prædicans cū suis perversis & alienis interpretationib. veniat merito exsibilādus & econtra veritas Catholica retinēda.

Vbi tamen illud notandum occurrit, quod Religiosi voventes non solū cum Christo tanquam sponso principali, sed etiam cum Prælato tanquam sponso ministeriali; imo etiam cum cœtu ipso Religioso, in quo & cui vovent, dicātur matrimonium spirituale contrahere. Nec enim matrimonium spirituale cum uno initum impedit, quo minus etiam cum alio & pluribus ejusmodi matrimonium iniri possit, per quod à matrimonio carnali differt: Ant. de Rosell. *in c. tuæ fraternitatis different. 1. n. 57. de sponsal.* Everard. *in loc. à matrim. carnal. ad matrim spiritual. sub n. 10. different. 1.* quemadmodum etiā infr. contra F. Romanum latè est demonstratum, ubi proinde videri poterit.

Sed misso Prædicante, ut ad F. Romanum redeamus, ipse in sua propositione & assertione contraria vehementer fallitur; quia ego *q. 2. Astri Eclips. Sect 3. c. 3. n. 6.* teste ipsomet F. Romano *in sup. d. allegat. 63. 64.* & P. Laymannus non dicimus monachum quemcunque, sed stabilitatem loci voventem per professionem suam, cum monasterio, in quo profitetur, contrahere matrimonium spirituale, prout est communis Dd. *in Auth. nisi rogati C. ad S. c. Trebell. & ibid.* Cyn. *n. 2.* Bald. *n. 1.* Castr. *n. 1. & seq.* Iacob de Belvis & Angel. *in Auth. de sanctiss. Episcop. §. sed hoc. al. si quis sub conditione* 37. Iason. *in Auth. si qua mulier. num. 9. & seq. C. de SS. Eccles.* Alberic. de Rosat. *in l. 1. num. 28. C. de rei uxor. act.* Bald. Novell. *de dote. part. 1. num. 8. in fin. & num. 9.* Everard. *in top. loc. à matrim. carnal. ad matrimon. spiritual num. 4. 5. 6. 8. 9.* Ioan. Crot. *in repetit. §. Dum severus. l. filiusfamil. ff. de legat. 1. num. 62. 63.* ubi dicit hanc probabiliorem esse opinionem, Ioan. Andr. *in c. in præsentia. sub fin. de probat. &* ibi Host. *§. verum syndicus. in fin.* Paris. *cons. 62. n. 6. lib. 3. cons. 65 num. 15. lib. 2.* Ancharan. *cons.* 107. *num. 2.* Natta *cons. 296.* Tamburin. *tom. 3 de iure Abbat. disput. 6, q. 3. n. 5.* Molin. Rebell. Huc faciunt illa 1. *Timo: h. 5. vidua si luxuriatæ fuerint, in Christo nubere volunt & 2. Cor. 11. v. 2. Despondi vos uni viro virginē castam exhibere Christo.*

Panormitanus pro me contra F. Romanum facit.

Ratio autem ex Panormit. *in c. non est. numer. 3. de regular.* (à me rectè & non perperam prout Frater Romanus existimat) citato, est, quod Monachus ingrediens monasterium vel professus & vovens stabili-

ſtabilitatem loci, ſe ſuumque corpus tradat monaſterio, ita ut ſine ſpeciali licentia vel facultate ſuperioris vel Abbatis ad aliam Eccleſiam nequeat cõvolare, gloſſ. *in 27.q.1.c.ut lex continentiæ*, & viciſſim Monaſterium quo ad perſonam ſuam ſit ipſi obligatum per not. Bayer. *in l.cum filio n.189.de legat.* 1. Collectar. *in c.in præſentia nu.2.de probat* Suarez *tom.4.de rel.tract.9.lib.3, c.4.nu.1.*

Confirm.1. Accedit, quod dos ijs duntaxat dicatur dari, qui contrahunt aut contracturi ſunt matrimonium *l.3.ff.de iure dot.* Card.Tuſch. *lit.M.concl.135.n.3.* Alex. *conſ.121.n.6.verſ.quarto probat.lib.2,*

Atqui ingredientibus monaſteria bonorum capacia, dos ſolet dari, quales proprie ſunt ingredientes, quando faciunt profeſſionem, non verò ante; ſiquidem ante profeſſionem dicuntur animo experiendi, non autem abſolutè remanendi ingredi, Bart. *in Auth ſi qua mulier.n.20.C.de SS.Eccleſ.* Sanch. & Ancharan. *d.conſ.107.* Pariſ. *d.conſ.62 n.6.vol.2.* Natta *d.conſ.296. n.2,* Gregor.XV. *deciſ.Rot.63.* Ioan.Crot. *in repet.§.Divi l.filiuſfam. n. 61. ff. de legat.1.*

Confirm.2. Quod idem etiam patet ex ſubſequentibus quæſtionibus à Dd. formari ſolitis, 1. *An Pater filium filiamve ingredientem monaſterium teneatur dotare?* quam affirmat Ancharan. *d.conſ.107.num.2.* Gregor.XV. *deciſ.63. nu.17.18.* Cui ſubſcribit Everard. *in d.loc.à matrim.carnal.nu.34.* quia ſicut filia contrahens matrimonium carnale debet dotari à Patre *l.qui liberos ff. de ritu nupt.* etiamſi aliunde habeat, unde ſe dotet *text.ſingul.in l.fin. C.de dot. promiſſ.* ita à pari filia ingrediens monaſterium, à Patre eſt dotanda Bald. *in d.l.fin.* Everard. *d.lo.*

Filius filiave ingrediens monaſterium eſt à patre dotãda

An filia profeſſa in uno monaſterio tranſitura ad aliud, ſecum dotem transferat.

Secunda *an filia ingreſſa monaſterium, ſi tranſeat ad aliud monaſterium, dotem quam ſecum ad primum monaſterium attulit, huic relinquere teneatur, vel etiam ad ſecundum transferre poſſit,* ad quam quæſtionem cum variæ occurrant Dd. reſponſiones, quas longum foret referre, ideo hic prætermittimus, tum etiam ne alieno loco videamur cum F.Romano alias & alias quæſtiones tractare velle.

Concluditur contra F. Romanum. Saltem exinde patet, quod iſti Dd. de dote agentes ſupponant, aliquod matrimonium interveniſſe, quod in ingredientibus monaſterium nõ poteſt eſſe nec intelligi, niſi ſpirituale, ut per ſe evidens eſt. Atque alias oſtendit Collectarius. *in c.inſinuante. qui cler.vel vovent.* ex ſpirituali votorum vinculo, quo monachus & monaſterium ſibi mutuo interveniente traditione & accedente Eccleſiæ conſtitutione ad indiſſolubilitatem vitæ copulantur per not. *d gloſſ.in 27.q.1.ut lex continentiæ.*

Ad Pan.in cõtrarium à Fr. Romano citatum Reſp. Neque his obſtat, quod F.Romanus ex Pan. *in d c.in præſentia.ſub nu. 28.36.de probat.* affert, quod *ſolus Prælatus ſit ſponſus, dicaturque cum Eccleſia ſua matrimonium ſpirituale contrahere*; quia inde non ſequitur, quod etiã profitens religionem in certo loco, non contrahat cum ipſo matrimonium ſpiri-

ſpirituale, ſaltem veluti *ſponſa*, ſicuti à pari nec ſequitur, *vir ſolus* dicitur *ſponſus*, itaque contrahere matrimonium carnale. Ergo *Anna* non dicitur contrahere matrimonium. Eſt ea fallacia à dicto ſecundum quid negato, ad negandũ aliquid ſimpliciter &c. vel à ſenſu compoſito ad ſenſum diviſũ vel etiam à diverſis procedens &c. deinde licet *ſtrictè* vel *largè* loquẽdo, *ſolus prælatus* dicatur ſponſus eſſe Eccleſiæ; attamen *largiſſimè* accipiendo, etiam quilibet Clericus &c. poteſt dici Eccleſiæ ſponſus, ut docet Pan. *in c. dudum, il. 2. ſeu 54. num. 33. de elect.* ubi ait, *ſecundo nota ex hac gloſſ. quod quilibet Clericus poteſt dici maritus Eccleſiæ ſuæ, & ſic contrahitur matrimonium ſpirituale inter Clericum & Eccleſiam inferiorem, &c. Et pro hoc allego bon. text.* in c. ſicut in unaquaque 21. q. 2. *Dic tamen, quod ſtrictè ſolus Epiſcopus dicitur contrahere hoc matrimonium cum Eccleſia*, ut in c. 2. de translat. Epiſc. *dixi poſt Ioan. Andr.* in c. Clerici, de vit. & honeſt. cler. *Largè verò dicuntur contrahere hoc matrimonium ABBATES & alii Prælati habentes generalem iurisdictionem in loco, ut in* c. ne pro defectu. & in c. quia propter. ſupr. eod. de Elect. *& ibi gloſſ. Largiſſimè vero quilibet Clericus inferior dicitur hoc matrimonium contrahere cum Eccleſia ſua, ut in* d. c. ſicut in unaquaque, *quod ſic debet intelligi, Ita Pan.*

Obiectioni Fr. Romani reſp.

Neque his obſtat Ratio F. Romani, qua dicitur una perſona uni duntaxat copulari, in contrarium allata; quia reſpondetur, quoad hoc diſparem eſſe rationem matrimonii carnalis & ſpiritualis. Everard. *in loc. à matrim. carnal. ad ſpiritual. num.* 10. Anton. Roſell. *in c. tua fraternitatis nu.* 58. *de ſponſal.* Nam licet matrimonium carnale non poſſit contrahi, niſi cum una eodem tempore *c. gaudemus. de divort. §. affinitatis. §. ſocrum Inſt. de nuptiis.* ſecus tamen eſt in matrimonio ſpirituali, quod poteſt cum pluribus contrahi. Everard. & Roſell. *d. loc.*

Animæ plures Chriſto ſpiritualiter copulantur.

Annon Chriſtus ſpirituale cum pluribus contrahit matrimonium & tot habet ſponſas, quot ſunt animæ caſtæ. 2. *Cor.* 11. *v.* 2. *Oſea.* 2. *v.* 2. 19. 20. Annon plures dantur unius juſti matres ſpirituales, *Matth.* 12. *v.* 49. 50. *Marc.* 3. *v.* 34. 35. *Luc.* 8. *v.* 21. Annon ad plura quis poteſt beneficia eodem tempore intitulari. *tex. cum glo. in c. gratia de reſcript. in 6.* idque ex diſpenſatione Papæ. *c. de multa, cum ibi not. de præbend. d. c. dudum il. 2. de elect.* Everard. *d. loc.* Anton. de Butr. *in c. tua, §. nos igitur. in verb. unus de ſponſal.*

Concluſio generalis.

Ex quibus ſupr. deductis relinquitur, quod per profeſſionem religioſam alicuius religioſi ſtabilitatem loci promittentis inter ipſum & monaſterium contrahatur matrimonium ſpirituale.

CAP. VII.

De Monachi in Ordine S. Benedicti &c. professione, an & loci stabilitatem voveat?

Respond. affirmando.
Formula professionis.

DOcueram ego in Astri Eclipf. *q.2.sect.3.n.6.* quod qui in Ordine S. Benedicti profitentur, etiam stabilitatem loci promittant, idque ex Speculatore à me allato *lib.4. de regular. & transeunt. n. 1.* ipsomet Fr. Romano *in hort. paradox. 6. n. 13. & seqq.* fatente ostenderam, relatâ eum in finem professionis monasticæ formulâ, prout ea à Speculatore *d. loc.* concepta erat, quæ sic habebat. *Ego N promitto Deo & sanctis eius & vobis Domno Abba-„ti vel Priori coram vobis & conventu vestro, me perpetuam continentiam ser-„vaturum in hac domo vel monasterio, quantum Deus fragilitati meæ permiserit, „& renuntio propriis, & vobis debitam secundum regulam talis Ordinis obedientiã „& reverentiam ac stabilitatem & conversionem morum meorum pro-„mitto.*

Contraria F. Romani commenta.

Contrà F. Romanus *horti paradox. 6. nu. 13. & seqq.* ita tradit, per me ex *Speculatore, quem præcipuè loqui de Benedictinis docent sequentia eodem li.* 4. & tit. *hanc allatam formulam, undecunque acceperit, videri per Germaniam nec in usu, nec in precio esse. Cum enim obligatio votorum „ex voventis intentione pendeat; Quid si stante prædicta tota formula, vo-„vens haberet intentionem promittendi perpetuam continentiam duntaxat in „hac domo vel monasterio, non autem extra Monasterium, aut si cum tem-„pore ad aliud Monasterium eum transferri contingeret? Nam illa verba, in „hac domo vel Monasterio, referuntur ad promissionem continentiæ, non „ad stabilitatem, quæ in fine formulæ seorsim ponitur. Deinde appendix al-„tera, quantum DEVS fragilitati meæ permiserit, videtur esse exceptiva „voti, ita ut si vovens, ex humana fragilitate laberetur, vi huius formulæ „non peccaret contra votum. Et quotusquisque in hoc genere casus est, cui „non suffragetur fragilitas humana? Sane talis professio non faceret monachum, nec in* d.c. vidua 20. q 1. *nec aliis à Speculatore citatis, hac ipsa formula professionis approbatur.*

Eandem conclusionem & formulam videtur impugnare etiam Domnus Caramuel. *in Commentar. in Regulam Sancti Benedicti & in Theolog. regular. disput. 42. num. 515. 518.* ubi tradit, in Hispania olim Monachos & Fratres laicos in Ordine Cistertiensi in professionis solennis formula expressè similiter addidisse, *promitto obedientiam vobis Domno N. Abbati*, eamque formulam oppugnat ex eo, quod relatorum verborum vi, nemo sit futurus, qui non judicet illam promissionem fieri ipsi Abbati, quod

quod foret absurdum, cum illud à communi Ordinis ritu & communibus rubricis ab eodem Ordine præscriptis & usu exorbitet, adeoque quantum abinde exorbitat, tantum à ratione deviet & veritate, maximè cum vota, utpote actus virtutis Religionis, fieri debeant uni Deo, non homini. Vnde remaneat Hispana formula corrigenda, prout & in variis Monasteriis ibidem est reformata. *Ratio Caramuelis.*

Denique si Monachus etiam stabilitatem loci promitteret directè " DEO & non hominibus, jam non tria duntaxat Religionis, scilicet " paupertatis, Castitatis & obedientiæ, sed quatuor omninò *junctâ stabilitate loci*, vota nuncuparet. Hoc verò in Ordine sancti Benedicti in- " auditum est, & videtur Regulæ S. Benedicti repugnare. Ita Caramuel. Igitur. &c.

Quare Card. Turrecrem, *tract.127.in Regulam Sancti Benedicti c.58.* hanc tradit Professionis formulam; *Ego Domnus N. promitto stabilitatem & conversionem morum meorum & obedientiam coram Deo & Sanctis eius secundum Regulam Sancti Benedicti in Monasterio tali in præsentia talis Abbatis & aliorum fratrum, &c.* In qua professionis formula Caramuel. *in Theolog. regular. disput. 42. num.* 516. hoc carpit, quod Religiosus respe- " ctu sui nec sit maior, nec minor; Vnde nec se Nonum nec Domnum nec " fratrem nominare, sed nudum nomen proferre debeat, dicens; *Ego N.* " *vel si velit nomen aliquod addere, potius se vocet fratrem quam Domnum.* " Idcirco Tambur. *tom. 1. de jure Abbat. in formulario Abbat. formula.* " 1. huiusmodi professionem Novitiorum Ordinis Sancti Benedicti affert. *Formula apud Turrecremata impugnatur.*

In nomine Domini nostri IESV Christi Amen. Anno *à Nativitate eiusdem Domini nostri N. die mensis* N. *de tali loco & Diœcesi promitto stabilitatem meam & conversionem morum meorum, obedientiam secundum Regulam S. Benedicti coram Deo & omnibus Sanctis, quorum reliquiæ habentur in hoc Monasterio N. Diœcesis N. in præsentia N. Abbatis eiusdem Monasterii sub Congregatione sanctæ Iustinæ. Ad cuius rei fidem hanc petitionem manu propria scripsi die qua supra. Habetur in fine Regulæ Sancti P. Benedicti à PP. Vallisoletanis Salmanticæ impressa. Anno* 1569. Vid. & Bibliothecam SS.Patrum *tom.6.part.priori pag.(mihi)* 437.& 438. ubi ead. recitatur; Illi ibidem alia subiicitur formula Novitiorum congregationis Vallis Umbrosæ.

Ego Frater N. promitto stabilitatem meam & conversionem morum meorum & obedientiam & castitatem perpetuam, & sine proprio vivere secundum Regulam Sancti Benedicti Abbatis & institutum sanctiss. P. nostri Ioannis Gualberti coram DEO & Sanctis eius in hoc monasterio, quod est constructum ad honorem DEI & Beatæ Mariæ semper virginis

& B. N. & omnium Sanctorum & Sanctarum eius sub obedientia Reverendiss. in Christo P. ac Domni Domni N. Vallis Vmbrosæ Abbatis Generalis dignissimi in præsentia &c.

Habetur *in fine Missalis monastici secundum consuetudinem eiusdem Ordinis Vallis Vmbrosæ Venetiis impressi Anno* 1503.

Prima formula desumpta est ex *c.* 58. *Regulæ S Benedicti*, ut testatur Caramuel *in eiusdem Commentario & Theologia regulari lib.* 7. *disp.* 42. *nu.* 512. ubi per vocem, *petitionem*, quæ *in d. formula* continetur, intelligi dicit publicum instrumentum in scriptis factum.

Eandem formulam testatur Laurentius Landmeter *Ord. Præmonstrat. de veteri Clerico Monacho lib.* 2. *part.* 2. *cap.* 5. *pag.* (*mihi*) 370. *colum.* 1. hucusque iisdem verbis aut æquivalentibus ex supra *d. regul. cap.* 58. in usu esse.

In Ordine Cistertiensi secundum Regulam S. Benedicti hac extra Hispaniam per universum Ordinem utuntur formula. *Ego Frater N. (Sacer-*
" *dos, Diaconus, Subdiaconus, Acolytus, Clericus vel Laicus) promitto stabilita-*
" *tem meam & conversionem morum meorum & obedientiam secundum Regu-*
" *lam S. Benedicti Abbatis coram Deo & omnibus Sanctis eius, quorum reliquiæ*
" *hic habentur in hoc vel illo loco, qui vocatur N. Cistertiensis Ordinis constructo*
" *in honorem beatissimæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ nec non Beati N.*
" *in præsentia Domni N. Abbatis.* Vid. Caramuel. *in d. Commentario in Regul. S. Benedicti & Theol. regular. lib.* 7. *disp.* 42. *n.* 513.

Defenditur formula professionis ex Speculatore allata

His ista formula ex Spec. *lib.* 4. *de regular. & transeunt. n.* 1. allegata non contrariatur, sed consentanea est, ut ex collatione earundem apparet; quamvis dum eam tanquam paradoxam F. Romanus impugnat, ipsemet paradoxa inferat, quæ perperam mihi adscribit. Nam principio sciendum est, quod Speculator *d. loc.* non *de ipso actu formali voventis, sed de conceptu obiectivo seu* de formula aliqua communi voti Religiosi nuncupandi præscripta agat, cuius verba simpliciter prolata debent intelligi civiliter, non judaicè, nec prout sonant, spreto eorum communi sensu vel intellectu. Everard. *in loco à rat. legis, n.* 3. *in fin. l. si cui in pr. ff. de servit.* quippe verba non calumniari, sed civiliter intelligere oportet. *d. l. si cui. ff. de servitut. l. penult. ff. ad exhibend.* seu urbane & non captatorie sunt intelligenda. Paris, *cons.* 78. *num.* 21. *lib.* 3. Mantic. *tom.* 1 *de tac. & Ambig. convent. lib* 2. *tit.* 4. *n.* 79. Alber. de Rosat. *in dictionar. dict. verba.* & quidem secundum subiectam materiam *l si uno in pr. ff. locat. l. sed etsi possessori* §. *sed si rerum ff. de iureiur. l. Imp. de in diem addict.* Mantic. *tom.* 2. *de tac. & ambig. convent. lib.* 22. *tit.* 25. *nu.* 3. 15. Suar. *tom.* 2. *de relig lib.* 4. *c.* 7. *n.* 6. & secundum jus commune. *l quæro* § *interlocutorem ff. locat. per* not. Mantic. *tom.* 1. *d. tract. lib.* 3. *tit.* 7. *n.* 12. Iidem nomina & verba non ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu exaudiri debent text. *in l. labeo & ibi* Bart, & Alber. *de supellect. legat.* Suar. *dd.*

locis

locis. Pan. in cap. ex parte num. 3. & 4. de censib. fac. not. in c. ex literis. de sponsal. & in l. si servus plurium. ff. de legat. 1. Iuxta subiectam verò materiam professionis Monasticæ in Ordine S. Benedicti & iuxta ius commune Monachus dicitur rectè promittere Deo continentiam in hac domo; quia monachus Ordinis S. Benedicti promittit stabilitatem in loco, adeoque prout tradit Alberic. de Rosat. in dictionar. verb. monachus. secundum Regulam B. Benedicti in claustro morari iubetur. 16. q. 1. iuxta Chalcedonense; ne alias sicut piscis sine aqua caret vita; sic monachus sine Claustro pereat. ead. caus. & q. c. placuit coram, not. per Archid. extra de stat. Regular. in pr glo. & Dd. potissime. Quod si tamen ex causa Claustro exiret, ad illud rediturus; secundum benignam juris interpretationem & intellectum non dicetur à Claustro abesse, sed illi præsens adesse, adeoque in Claustro suo seu in hac domo esse. *Dupliciter* enim quis in Claustro existere dicitur, primo *formaliter* per realem præsentiam, 2. *fictione iuris*, qua moraliter adhuc præsens censetur, qui corporaliter ad tempus abest. Vt videre est apud Suar. tom 3. de relig. tract. lib. 5. cap. 14. n. 13. 14. atque ipsummet Fr. Romanum hic paradox. 6. ex Pan. in c. ex rescripto. de iureiur. n. 3 & seqq. & not. Felin. in c. quoniam frequenter; n. 10. ut lite non contest. Bald in Auth. habita, ibi, quid de scholari, C. ne filius pro pat. tex. in l. quasi num in pr. ff de legat. 3. & ibi Bart. text. in l. testamento ff. de aliment. & cibar. legat. *Dupliciter quis in claustro existere dicitur.*

Non obstat, quod corporaliter absens & moraliter præsens propriè & strictè loquendo absens sit l. absentem. ff. de verb. signif. & ibi Dd. Felin. d. loc. quia hic non ita strictè loquimur, ut iam ostensum est. Inde etiam Monachus licet domo absit; quia tamen ex promissione stabilitatis loci ad Claustrum est rediturus, censetur etiam foris existens, perinde, ac si domi esset, ideo etiam foris existens æque continentiam servare tenetur. Ita juxta subjectam materiam, secundum jus commune & communem usum loquendi, verba ista (*in hac domo*) quibus illa formula voti apud *Speculat.* utitur, in executione & observatione voti Religiosi, non accipientur *strictè & materialiter* duntaxat pro loco physico, nec ad eum restringentur, quò evitetur contrarietas per not. Barbos. de dictionibus usu frequentibus, dict. (in) nu. 17. in l. si statua & ibi glo. verb. monumentum, ubi dicit nu. 2. ff. de inur. glo. verb. domum in Clement. causam de elect. Alex. & Iason. in l. Gallus. §. ille c fus. ff. de liber. & posthum. Cassan. in Constit. Burgun. Rub. 1. §. 8. verb. lour. n. 19. pagin. 328. *Ad instantiā Resp.*

Quin imò iuxta tradita à Caramuele in theolog. regular. disp. 44. sub nu. 528. vers. consulto illud directè posui, dicendum videtur, quod posito actu formali obligationis, vovens in illo Ordine directò continentiam, per indirectum etiam clausuram (eò quod sit medium ad continentiam ac peregrinorum colloquia ac congressus periculosos præcludat) promisisse censeatur, tantam nimirum, & talem, quæ sufficiat isti fini. Vnde tamen non ita

clausuram promisisse creditur, ut non possit omnino ex monasterio egredi, aut exterños etiam admittere, accedente Abbatis aut præcepto aut licentia &c. quam clausuram in Ordine Sancti Benedicti haud dubiè monachus promittit respectu alicuius certæ domus, ex qua nolit sine venia Superioris egredi, sed in ea perseverare, quod vel inde patet, quod monachi in Ordine isto ex nomine loci, in quo ipsi professi sunt, soleant se appellare; quemadmodum ipse Frater Romanus facto ipso ostendit, quando in frontispicio libri appellat se Ordinis Sancti Benedicti Imperialis Monasterii Ochsenhusani in Suevia presbyterum, ut ita sint nomina convenientia & conformia rebus, *iuxta* §. 3. *in pr de don.*

Consequenter quando Frater Romanus d. verba (*in hac domo*) physicè & *materialiter*, non verò *moraliter* nec *civiliter* nec *formaliter* intelligit, capriosè ea, *contra c. insinuante, qui cler. vel vovent*, accipit. Vt proinde huc rectè applicetur, quod Cicero *lib. 1. Officiorum* inculcat, *Existunt*, inquiens, *etiam sæpe iniuria calumnia quadam, & nimis callida,* » *sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud, summum ius, summa iniuria,* » *factum est, iam tritum sermone proverbium. Quo in genere etiam in Rep.* » *multa peccantur, ut ille, qui, cum centum triginta dierum essent cum hoste in-* » *duciæ pactæ, noctu populabatur agros, quod dierum essent pactæ, non noctium* » *induciæ, quemadmodum illud de Cleomene Lacedæmonio Plutarchus tradidit posteritati.*

Quod si Frater Romanus hanc formulam consideret, ut ea formaliter proficiscitur & nuncupatur à vovente & profitente, tunc licet ponatur vovens intentionem habuisse tantum continentiam *in hac domo*, & non foris servandi, itaque verba ista, *in hac domo*, accepisse *materialiter & physicè* pro loco physico; attamen eiusmodi limitatio, utpote professionis substantiæ & formæ contraria, esset rejicienda, manente professione valida *ex c. fin: qui cler. vel vovent. Fac. c. ult. de condit. appos.* gloss. *in Authent ingressi. C. de SS. Eccles. verb. dedicant. & auth. de Monach. collat. 1. §. illud quoque verb. voluerit. c. solet. vers. nolint. in fin. 32. q. 2. & ibi* Archid. & Bellam. *cap. allegat.* 127. *num.* 17. *& ibi* Mandos. *lit. Z. & alii* Dd. probabiliter id tradentes apud Sanch. *lib. 5. oper. mor. cap. 4. num.* 91. ubi ipse tamen *nu.*

Sanchez negat 92. contrariam tenet sententiam, nimirum, *quod eiusmodi professio foret irrita*, idque à pari ex eo, quod conditio contraria substantiæ matrimonii carnalis, reddat ipsum irritum, *c. fin. de condit. appos.* ergo idem in matrimonio spirituali per professionem inito obtinebit. Nihilominus quod

Suar. distinguit. si hanc intentionem in ipso voto Religionis non manifestasset vovens, tunc à monasterio cogi posset ad continentiam servandam, ubi ubi demum locorum esset. Suar. *tom. 2. de Religion lib. 4. cap. 7. & tomo. 3. lib. 6. cap.* 12. *num.* 14. 20. *lib. 7. cap. 2. num.* 2. 5. 6. 7. 15. 16. Fac: tradita per Bonac. *circa secundum decalogi præceptum, disput. 4. quæst. 2. punct. 1. num.* 8. 12. eo quod

pro-

propositum in mente retentum nihil operetur. *l. si repetendi. de cond ob caus. l. cum in plures ff. loca. l. quidquid astringendæ ff. de V Obl. l. stipulatio, ista. §. alteri. ff. eod. l. veteribus ff. de pact.* Astesan. *in summa sua. lib. 6. tit. 47. ad 9. col. 2.*

Quid? quod si ad aliam Religionem transiret, similiter ad continentiam ibi servandam teneretur; eò quod solemne votum Religionis, cuiusmodi nuncupant monachi ex Ordine Sancti Benedicti, sit perpetuum, non verò temporale, per not. S.Thomæ *2. 2. q.* 88. *art. 7. ad 2. & 3.* Suarez. *tom. 3. de relig. lib. 2. c. 13. num. 22. & rationem supra allegatam,* Adeoque sola mutatio loci non alteraret obligationem principalem voti religiosi perpetuo primitus nuncupati, per not. Felin. *in d. c. quoniam frequenter n. 20. Vt lit. non contest.* Pan. *in d. c. ex rescripto, de iureiur. num. 3. & sequent.* sicut nec eiectio ex monasterio propter incorrigibilitatem eam alteraret, Bonac. *circa secundum decalogi precep. disput. 4. q. 2. punct. 5. n. 25. & seqq. quamvis ut in tract. 2. deductum est*, transiens ad aliud monasterium vel Ordinem debeat de novo, prælato loci, ad quem transit, obedientiam promittere; cum eam non illius, sed prioris loci prælato promiserit, &c.

Porrò quod Frater Romanus per illa verba, *in hac domo*, asserit, *in Eclips. q. 2. sect. 3. cap. 3. num. 6.* astrui stabilitatem in loco, commentum est.

Nec obstat, quod d. verba, maiusculis ibidem sint notata, quia etiam istic, verba *Domno Abbati, & talis Ordinis* maiusculis notantur, nec tamen quis inde stabilitatem loci ostendi existimabit; sed ea promittitur istic expressè per illa verba, ibidem *ex Spec.* allata, & vobis debitam secundum regulam talis Ordinis obedientiam, & reverentiam ac *stabilitatem* &c. promitto, in ordine tamen ad hanc domum, prout ex Caramuele in sua Theologia Regulari pluribus deduxi. *Stabilitas loci promissa unde colligatur.*

Ad alterum argumentum, quod Frater Romanus ex ista clausula, qua Speculator utitur, nimirum, *quantum DEVS fragilitati meæ permiserit*, desumit, ac contra Speculatorem ex suo privato sensu retorquere conatur, *quasi ea clausula videretur appendix exceptiva voti, ita ut si vovens ex humana fragilitate laberetur, vi istius formula non peccaturus esset contra votum.* *Resp. argumento 2. F. Romani.*

Ad illud inquam argumentum brevibus *respondetur*, quòd illud forsitan obtenturum esset locum, si Speculator eiusmodi formula fuisset usus, *quantum seu quoad fragilitas nostra id permiserit*; Cum verò non huiusmodi clausulam, sed aliam omninò, & quidem hanc attulerit, *quantum Deus fragilitati meæ permiserit*, quæ toto cælo

cœlo à priori propositione & clausula est distincta; ut patet. Hinc non nisi fallaciter ista clausula pro hac à F. Romano substituitur.

Explicatur hac clausula, quantũ Deus fragilitati meæ permiserit.

Hæc autem clausula rectissimè à Speculatore ex principiis Theologorum *in* 1.2. voto continentiæ, seu castitatis additur, ut homo suis viribus diffisus Deo confidat, eiusque donum & gratiam agnoscat, esse continentiam, juxta illud *Sapient. 8. v. 21. Et ut scivi, quoniam aliter non possem esse cõtinens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset donum*, deinde ut confidat & agnoscat, se cum Deo, seu gratia divina posse, atque etiam de cætero continentiam servaturum, juxta illud *Philip. 1. v. 6. confidens hoc ipsum, quia qui capit in vobis bonum opus, perficiet usque in diem Christi Iesu.* Accedit, quod *unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, Eph. 4. v. 6.* quodque *Deus humili, & homini timenti concedat abundantes divitias gratiæ superabundantis*, Iacob. 4. v. 6. 1. Petr. 5. 5. *iunct.* Eph. 1. v. 7. & c. 2. v. 8. *ut possit bonum operari.* 1. Cor. 15. 10. 1. Petr. 4. 10. de huiusmodi igitur gratia confisus Religiosus monachus, quando promittit, & vovet Deo continentiam, ipse se obligat, quod gratia Dei adiutus. *1. Cor. 15. v. 20.* nolit *negligere gratiam, quæ est in ipso, 1. Tim. 4. 14.* Velit autem cum gratia agere, seu cooporari gratiæ, ut *gratia Dei in ipso vacua non sit*, juxta illud, *1. Cor. 15. v. 10.* Quando igitur Religiosus vovens continentiam, *quantum Deus humanæ fragilitati permittit*, videtur per illam clausulam, indigitare totam mensuram, & latitudinem gratiæ, quod secundum eam velit cum divino auxilio cooperari, & continentiam servare, per not. *2. Cor. 20. v. 13. Eph. 4. v. 16.* ut ita vox, *quantum*, non accipiatur *restrictivè* seu *exceptivè*, quemadmodum Fr. Romanus existimabat, sed *relativè* ad gratiam Dei per not. Rebuff. *in l. inter hac verba. ff. de V. S.*

Et ne ulterior F. Romano tergiversandi locus relinquatur, attexo ex *libro Cæremoniarum Nigrorum Monachorum Ordinis S. Benedicti de observantia Bursfeldensi* formulam professionis, *quæ distinctione 3. c. 2.* his verbis traditur: *Stans scilicet Novitius, in eodem loco legat alta voce per accentum professionem suam sub hac forma. Ego F. N. promitto stabilitatem & conversionem morum meorum, ac obedientiam secundum Regulam scriptam P. Benedicti, coram Deo & sanctis eius, & in hoc monasterio, quod constructum est in honorem sancti, vel sanctorum N. N. in præsentia Domni N. Abbatis &c.* Hæc ibi, quæ cum supra deducta formula convenit.

Resp. ad argumentum Caramuelis.

Ad argumentum Caramnelis, *quo impugnat formulam professionis in Hispania usurpari solitam*, Respondet Bonacina *in secundo decalog. præcept. disp. 4. q. 2. punct. 2. n. 12.* quod licet vota fiant soli Deo, Cum votum sit actus religionis, quæ respicit Deum, & cultum Dei, tamen illi soli fieri potest vel *mediatè* vel *immediatè*, tacitè vel expressè: mediatè & tacitè per sanctos suos, unde vota quæ fiunt sanctis, dicuntur ipsis fieri, tum quatenus in ipsis Deus honoratur; tum quatenus fiunt coram ipsis tanquam testibus, ad maio-

maiorem reverentiam, aut tanquam intercessoribus ad consequendum id, propter quod vota emittuntur, vel etiam dici potest, vota fieri sanctis, quia fiunt Deo in sanctis, hoc est, vovemus Deo, nos facturos illud, quod sanctis promittimus. Idem dic de voto facto Episcopo aut alteri Prælato. Ita S.Thom. 2.2.*q*.88.*art*.5.*ad* 3. Suar.*lib*.1.*de voto*.*c*.16. *n*.5. Valent.*Tom*. 3. *disp*. 3.*q*.6.*punct*.3. Navar.*in manual*.*c*.12.*n*.25. Clavis Regia *lib*.6.*c*.1.*nu*.11. Laym. *n*.6. Sanch. *in oper. moral*.*lib*.4.*c*.1.*n*.41. Filiuc.*n*.100.& alii.

Et licet nonnulli voventes hunc modum in votis sanctorum non intelligant, neque intendant; eorum tamen intentio piè explicanda est, prout videlicet S. Ecclesia docet & intendit. Ita Clavis Regia & alii.

Hinc sequitur, votum ab eo non emitti, qui homini dicit, *promitto tibi, me non amplius accessurum ad domum meretricis, seu me non amplius lusurum*, quia hæc promissio non fit Deo sed homini, ut bene Sanch.*lib*.4.*num*. 42.& Navarr. *in manual*.*c*.12. *nu*.25. *not*.

Addo idem valere in eo, qui aliquid *promittit alicui sancto, animo se obligandi soli sancto, non autem Deo*. Hæc enim non est promissio facta Deo sed homini sancto; consequenter non est actus Religionis divinæ, sed singularis observantiæ, ut bene Sanch.*lib*.4 *c*.1.*nu*.43, Gregor. Valent.2.2.*disp*.6.*q*. 11.*puncto* 5.*vers*. *quod si quis*. Hactenus Bonacin.

Cui suffragatur Hieron. Torr. *tom*.1.*de Religion*.*in* 2.2.*q*.88.*art*.5. *disp*. 3 *per tot*. ubi tradit, *quod PP. Dominicani, & ferè omnes Religiones antiquæ antiquum morem profitendi servent, voventes* Deo *& Sanctis*; *Deo per proprium votum, quod est latriæ actus; sanctis per vota, quæ non sunt latriæ actus, sed duliæ; atq; ita duæ respectu sanctorum interveniant promissiones, quarum una est, quæ proximè & directè fiat sancto, de hoc vel illo opere faciendo in eius obsequiū. Altera verò quæ fiat Deo de adimplendo priorem promissionem sancto factam*; ita ut hæc posterior promissio sit votum; non autem prior nisi *materialiter* & quasi *denominativè*, eò quod sit obiectum voti Deo nuncupati. S. Thom. *d*.*q*.88.*art*.5.*ad* 3. Vel etiam unica duntaxat intercedat promissio, quia nimirum votum fit Sanctis & Prælatis, qua ratione participativè Dei sunt, seu quatenus Deus in sanctis colitur, & in Prælatis per dignitatis participationē, & potestatem, quam habet, est; ac Prælati Dei vices gerunt. & isto modo facta vota, quia eorum promissio tendit in Deum, sunt actus latriæ. Torr. *d. loc.* Sanch. *d. libr*. 4. *cap*.1.*num*. 41. Azor. *lib*. 11. *institut. moral*. *cap*. 13. *in fin*.

Geminam illam promissionem Suar.*Tom*.3.*de Religione lib*.2. *c*.4.*n*. 5. *& lib*.6.*c*.2. in professione religiosa inveniri docet, quarum *altera fiat Deo* per tria substantialia Religionis *vota, paupertatis, castitatis & obedientiæ* in ipsa professione emissa, per quæ aliquis ad firmitatem status, removendi communia perfectionis impedimenta, nimirum *concupiscentiam oculorum, carnis & superbiam vitæ*, & econtra obtinendi perfectionem illigetur. Aste- *Gemina promissio in votis Religiosorum intervenit.*

tanus *in sum. lib. 6. tit. 47. in quæst. Vtrum dicatur convenienter & sufficienter, quod perfectio Religionis consistat in his tribus votis.* *Altera verò* fiat immediatè Prælato aut in eius manibus in ordine tamen ad Deum; itaque promissio illa, per quam professus seipsum ac sui corporis dominium actualiter offert & tradit alicui Religioni, aut Deo in tali Religione, non est merè humana, sed religiosa & sacra, quâ acceptatâ Prælatus per se ipsum aut substitutum suum, (qui habet potestatem delegatam ipsum profitentem Religioni incorporandi) ipsum Professum Religioni ad maiorem Dei gloriam & cultum, nec non ad utilitatem & servitium Religiosi Monasterii aut Ordinis incorporat. S. Thom. *in 4. dist. 38. q. 1. artic. 2. q. 3. & ibi* Bonavent. *art. 2. q. 1.* Richard. *art. 7. q. 2 & 3. Sot. q. 2. art. 2. & lib. 7. de iust. q. 2. art. 5.* Durand. *quæst. 1. art. 2.* Carthus. *q. 2.* Panorm *in c. insinuante, qui cleri. vel vovent. num. 2.* Archidiac. *in c. vidua. 20. q. 1. n. 2. & ibi* Ioan. de Turrecremata. Præposit. *in c. rursus sub nu. 13. 20. qui cleri. vel vovent*, ex Innocent. III. *in c. ad Apostolicam de Regular. & ibi* Panorm. *n. 4.* Gregor. Mag. *lib. 4. Registri. c. 88. Epist. 44. relat. in c. multos 54. distinct.* Innoc. *in c. porrectum. n. 1. 3. 4. de Regular. & ibi* Barbos. *n. 3.* Anchar. *in c. meminimus. n. 1. de Regular.*

Atque ut illud hic addam, hæc traditio sui ipsius fit in ordine ad congregationem religiosam, quæ unum corpus morale efficit; Alias in statu planè Eremitico tria illa vota Religionis privatim emitti possunt, nec tamen per ea absque actuali traditione suiipsius in manus Superioris, quis constituetur in statu Religioso Cænobitico, aut in congregatione aliqua Religiosa approbata; Unde ut professus in congregatione aliqua Religiosa approbata seu in statu Religioso Cænobitico constituatur, necesse est, ut actualis traditio sui ipsius ac corporis dominii in manu Superioris fiat, adeoque actualis illa traditio sui ipsius sit quasi forma ipsam professionem in congregatione aliqua Religiosa ultimò complens. Consequenter ex tribus hisce votis substantialibus & traditione, aliàs secundum se & *formaliter* diversis (eo quod vota essentialiter dicant promissionem, quæ adiunctam quidem habere potest traditionem, non tamen est ipsa formaliter traditio) coalescit professio religiosa quoad substantiam suam per modum unius moralis contractus perfecti, & consummati, quæ diversos tamen parit effectus quasi formales: nam ista *traditio* dat alteri potestatem dominativam, quam *votum* per se non confert, & econtrario *votum* obligat ex speciali fidelitate ad Deũ, respectu verò hominis non inducit specialem obligationem: at *traditio* specialiter obligat respectu hominis ex justitia propter proprium ius, quod is ex traditione acquisivit: quinetiam ex vi traditionis, quam includit professio, tenetur religiosus servare regulas sui Ordinis secundum gradum & modum, quo propositæ sunt, & facere ministeria, quæ ei præcipiuntur, etiamsi non proponantur, ut præcisa materia voti obedientiæ.

Hæc

Hæc *Suar:* qui, licet aliunde fusè probet, quod congregationis alicuius religiosæ professus se illi tradat, non tamen ostendit, per quid aut quomodo ea *traditio sui ipsius* fiat, an per promissionem Prælato in professione factam, vel per ipsam professionē religiosam &c. Videtur enim per promissionem aut professionem illam non fieri ipsa traditio; Cum per promissionē aut professionem videatur tantum induci obligatio ad tradendum; non verò ipsa traditio per *l.12.l.22.ff.de donat.& ibi not.* Dd. & P. Suarez superius concedit.

Forsitan quis dicet, Ecclesias & Religiosas congregationes, sicut & civitates citra traditionem ex sola conventione dominium professi acquirere iuxta tradita Dd. *in l.ut inter 23.§.1.C.de SS.Eccles.per illum text.* ubi id, quod Ecclesiæ &c. legatum, relictum, venditū, aut donatū, vel promissum est, dicitur actione reali peti vel vindicari.

De traditione sui ipsius Opinio 1.

Attamen respondendum est, quod eo posito, non sufficienter intelligeretur, quomodo se Superiori Religionis reipsa traderet; Cum tamen hoc in casu tam per promissionem Superiori, aut ei, qui potestatem aut facultatem Religiosæ Congregationi incorporandi habet, factam, quàm per ipsam professionem inducatur ipsa actualis & realis sui ipsius professi traditio; quod ut ostendatur, notandum est, ex Bacchov. *vol.2.in Treutler.disp.20 Thes.4. lit.D.verb.traditio;* Traditionem, eiusq; correlativam *apprehensionem* vel *veram esse & propriam*, (quæ secundum Hotom. *in Comm.inst.de rer.divis.§.abalienatio quoq; vel s.eo ipso quod patitur*, est naturalis datio rei præsentis, id est, de manu in manum translatio *l.8.ff.de pecul.*) vel *fictam & impropriam, civilē & intellectualem*, iuxta Sichard. *in l.1.nu.3.C.de donat.* cuius introducendæ ratio fuit partim *necessitas* propter qualitatem rerum, quæ propriam traditionem non admittunt, veluti sunt res incorporales & immobiles: partim *commoditas*, ut expeditius & pluribus modis res transferrentur, unde rerum incorporalium & immobilium traditio fieri intelligitur ex *inductione* in possessionem fundi domus; ex *patientia* & usu rei incorporalis, si quis patiatur alium eiusmodi rebus uti, &c. *l.1 §.ult de servit.rustic.prad.l.3.in princ.de usufr.l.14.§.1.de peric.& comm. rei vend.* aut permittat, ut quis per se rem capiat, aut in possessionem soli rei veniat. *l.5.l.34.ff.de acquir.poss.l.2.C.eod.* aut ex clavium traditione *iuxta §.item 45.instit.de rerum divis.l. clavibus 74. de de contr.ah.empt.* instrumenti traditione *l.1.C.de donat. & ibi* Sichard, *n.3.& seqq.* custodis appositione *l.quarundam.51.de acquir.poss.* rei demonstratione. *l.18.§.3.de acquir.poss.* aut rei præsentis in conspectu positione, quæ quasi *longa manu* (id est, adhibitio circuitu traditur, *ut in l.pecuniam. 79.& ibi Gotofred.de solut.* Hotom. *d.loc.* alias vitato circuitu dicitur *manu brevi* tradi. *l. 43. §. 1. de iure delib.* Gotofred. *d. loc.* vel Constituto, ut si quis alieno nomine possidere constituat, *d.l.18. in princ. ff. de acquir. possess.*

Pro opinione 2. vera. Not.

g 2 Huius

Huius exemplum est *in l.quidam 77. de rei vindicat.* aut nuda voluntate, sine naturali traditione, *brevis manu. fictione*, ut quando aliquis rem, cuius possessio vel etiam nuda detentio penes alium est, patitur ex superveniente causa & titulo ad transferendum dominium habili apud illum alterum esse, aut manere; tunc enim eo ipso, quod patitur illius alterius esse, statim illi acquiritur illius dominium, perinde ac si eo nomine tradita fuisset §. *interdum* 44 *instit.de aequir.rer.dom l.9.§.5.ff.eod. l.si rem 62 princ. de evict.* ita rei ante traditae, aut penes aliquem existentis ex superveniente titulo ad transferendum dominium habili, nova tacitè intelligitur facta illi traditio, sive praeviae naturalis traditionis sine ullo alio circuitu quasi brevi manu redintegratio, ut de causa donationis dicitur *in l.3.§.ult.ff.de don.inter.vir.& ux.l.licet.43 §.1.de iure dot.* Hotom.& Bacchov.dd.loc.

Traditio brevi & longa manu, quae.

Hinc colligitur 1. quòd traditio Religiosa fieri intelligatur, quando Novitius se congregationi alicui Religiosae naturaliter tradendo, in eaque corporaliter exsistendo, & post expletum probationis debitae tempus, in professione sua promissionem superiori aut ei, qui potestatem religiosae congregationi incorporandi habet, facit, per quam tanquam *supervenientem titulum* ad sui corporis dominium transferendum *habilem*, seipsum brevis manus fictione eidem congregationi Religiosae tradit, aut ex illa naturaliter vel corporaliter se tradidisse fingitur; ut proinde non praecisè ex sola promissione, sed ex superveniente promissione, prout per eam praesupposita naturalis ipsius personae in d. Religiosa congregatione exsistentia & praesentia, brevi quasi manu repetita, itaque ipsius traditio facta esse *superiori* censeatur, qui in Ordine S. Benedicti est Domnus Abbas, per *supr. not.* Dixi *domnus Abbas & non dominus*, ut nonnihil digrediar, & obiter hic notē, qui in Regula S.Benedicti impressa *c.63.* malè dicitur, *dominus*, eò quòd nomen *domini* integrum vel à Christianis Deo soli reservaretur, ut asserit *adversus gentiles* Tertullianus *Apol.c.34.*

NB.

Vnde Vulgatus ille est versus:

Caelestem Dominum, terrestrem dicito Domnum

Differentia inter Dominum & Domnum.

vel etiam quod aetate Ivonis, *saecularibus*, teste Francisco Iureto, *in not. ad Ivon.Epist.*28. domni verò nomen Ecclesiasticis tribueretur. Vnde in Epitaphio S. Anathalonis à S.Mirocle ante mille & amplius annos conscripto legitur.

Petri hospes, sanctéq; Anatalon, Domne probate.

In antiquis Litaniis man.script. reperitur, quod Pontifex vocetur domnus Apostolicus: In officio Ecclesiastico Cantor, quotiescunque à Sacerdote, qui choro per hebdomadem praesidet, juxta gloss. *in c. denique 21. dist. & in c.placuit distinct.*27. in Ordine sancti Benedicti lecturus lectionem, postulat Benedictionem, dicitq; *Iube Domne benedicere.* Vnde Hugo *in d. c. deniq;* atque ex eo Guilhel. *in rationali* quaerunt, quare in principio dicatur diminutivè

nutivè, *Iube Domne benedicere* & in fine integrè dicatur, *Tu autem Domine miserere nostri.* Respondet Guilhel. atque ex eo Ioan. de Turrecrem. *in d c.denique.nu.*10. eius rei esse duplicem rationem, quarum prior est, quod in principio imperfectè, & syncopato vocabulo *Domni* pronunciato agnoscatur, presbyterum, vel Episcopum non à se benedictionem largiri, sed eam discretè à Deo postulare, ut detur, atque ita initio ad imperfectum hominem sermo dirigatur, juxta illud Prophetæ, *Imperfectum meum viderunt oculi tui*, quod etiam monachi communiter observant, dicentes *Domnus Abbas*: in fine verò perfectè & completè pronuncietur *Dominus*, quia tunc sermo ad eum dirigitur, qui Deus est, & verè Dominus. Idem probant Archid. *in d.c.denique.nu.*5. & Card. Alexand. *ibid* quod in principio ab homine benedictio, in fine autem à Deo misericordia postuletur. Caramuel. *in Theol.regular.disp.*82. *n.*1145. in principio eximi literam docet, ut significetur hominem non habere plenum & perfectum dominium, quod est divinę naturæ proprium. quæ ideo etiam perfectè dicatur *Dominus*: reliqui autem homines *domni* vel *domnæ*, ut in monasteriis Virginum Archidiæcesis Bremensis &c. Antistitæ, seu Abbatissæ vocantur *Domnæ*. Imitantur Latini nostri *Syros*, qui Deum vocant tetragrammato מריא *morio* dominum; at hominem מרא *more* domnum; vel *Græcos*, qui de illo Κύριος, de hoc etiam Κύρος usurpant. Hinc corrigendus Perez, qui *in Comment. regul. S. Benedicti* putat ubique dominum legendum, alterum verò scriptoris vicio irrepsisse, sed fallitur & redarguitur ex illo Oppiani Psal.130.v.15.

Καὶ μεγάλη μεγάλῳ φυτήσατο Δόμνα Σεβήρῳ.

Et grandis grandi genuerat Domna severo.

Vid. Iacob. Horst, Merlon. *in adnotat. epist. S. Bernardi* 72. Sed de hoc fortè alibi agendi locus erit, atque ut ad lineam redeamus.

Colligitur 2. quod etiam traditio Religiosa facta esse intelligatur, quando profitens ipsum suæ Religiosæ professionis instrumentum aut documentum scriptum (prout in scriptis redigendum est, juxta *c.vidua.* 20. *q.* 1. *c.Gonsaldus.* 17. *q.*2. *c.omnes.* 27. *q.*1. Renat. Choppin. *lib.*1. *Monasticon. Tit.*3. *nu.*4. ex Pan. *in c.cum causam. de elect.* Præpol. *in c.rursus.sub n.* 8. *qui cler.vel vovent.*) Religiosæ Congregationis Superiori, vel ei, qui potestatem delegatam isti congregationi incorporandi habet, uti in quibusdam Religiosis Ordinibus & Societate nostra fieri solet, in manus tradit; vel certè, uti fit in Ordine S. Benedicti, ex ejusdem Regula *c.consuluit.qui cler. vel vov.* manu sua altari imponit, sed acceptante eo, qui potestatem habet admittendi ad Religionem. Barbos. *in c.porrectum.n.*5. *de Regular. & ibi cit.* Innoc. *n* 5. Ioan. Andr. *n.*4. Host. *n.*13. Abb. *n.*10. Tunc enim seipsum Religiosæ congregationi per illud tanquam signum aliquod tradere censendus est. *per d.c.Gonsaldus.*17.*q.*2. *& d.l.*1. *C.de donat. & ibi* Sichard. Ioan. Andr. *in princ.* Card. *in fin.in c.insinuante*, ibidemque Anton. de Butr. Anchar. qui

cl r. vel vov ibidem. Host. *in § ipsa vero, § sanè. seq. & in c. meminimus, eod.* Ioan. de Turrecrem. *in d c. vidua, 20. q. 1* Præpos. *in c. rursus. sub n. 8. qui cler. vel vov. per d. c. Gonsaldus. 17. q 2* ubi id latè deducit.

Solennitas alia extrinseca, alia intrinseca

Notandum nihilominus, 1. quod scriptura illa sit quidem de solennitate extrinseca & probatoria professionis; non tamen de solennitate illius intrinseca eiusque professionis substantia; ideoque eâ omissâ professio nō vicietur. *per d. c. porrectum, de Regular.* in foro scilicet poli, sive conscientiæ; licet in foro fori & externo Ecclesiæ, si aliundè non probaretur professus esse, ipse ad Religionem arctari & cogi non posset.

Vota solennia quænam sint.

2. Notandum, quod ubi ejusmodi scriptura & solennitas extrinseca ad vota accedit, non statim ea vota censenda sint intrinsecè solennia, ut patet in votis publicis Coadiutorum tam spiritualium, quàm temporaliū formatorum Societatis. Cum ea ut intrinsecè solennia à Constitutionibus Apostolicis & Societatis non approbentur. Nam ut ea vota habeantur intrinsecè solennia, necesse est, ut promissio & traditio sui ipsius Deo in Religione utrimq; *irrevocabiliter & fiat & acceptetur* juxta peculiarem iuris dispositionem; sicuti in Societate nostra, iuxta peculiares Constitutiones Apostolicas, atque ipsiusmet Societatis, ita ut vovens in plenum quasi dominiū Religionis transeat, hæcq; vicissim illi maneat obligata; vel ut P. Valentinus Mangionius. *in tract. de Religiosa paupertate rerum dominium non excludente, parte. 2. n. 23.* rectè explicat, ut nimirum d. vota ex Constitutionibus eam efficaciā obtineant, qua professus ex promissionis acceptatæ nexu irrevocabili mutuā cum Religione cōtrahat obligationem, & quia se Religioni acceptanti in mancipium & dominium plenum tradidit, reddatur incapax dominii, matrimonii & contrahendi aliquam obligationem civilem absq; Superiorum consensu, & insuper perpetuo & irrevocabiliter maneat obsequio Dei & Religionis mancipatus, ita ut nec professus possit se hoc arctissimo nexu & mācipio seu dominio expedire, nec Religio aut Religionis Prælatus eum liberare; sicuti voto simplici privato aut publico obligatum ex causis liberare potest: atque ita distinguuntur, *solennia* à simplicibus privatis aut publicis votis. Sed de his videantur Suar. *tom. 4. de Relig.* & P. Valentinus *in d. tract.* aliiq; Dd. De solennitate verò intrinseca & extrinseca consulatur Beroj. *in c. 1. n. 54. de iudic.*

2. Argumento Caramuelis de voto stabilitatis in loco satisfit.

Alterum Caramuelis argumentum petit duntaxat, utrum promissio stabilitatis in loco acceptata, sit singulare votum à tribus Religiosis votis distinctum, vel contractus aliquis humanus, vel demum quid sit?

Caramuel. *in d Commentario suo ad Reg. 3. S. Benedicti & in Theologia Regulari disp. 43. n. 541 & disp. 44. n. 527. ac seq.* notat, *stabilitatem loci* ex mente D Benedicti *bis*, & quidem *prius* in Novitiatus limine; *posterius* in ipsa professione promittendam esse; Antequam verò Novitius *Stabilitatem promittat*, ait, *quod tres gradus ipse iubeatur probationis facere*,

pri-

Novitius in Ordine S. Benedicti quomodo probetur.

primum ad portam monasterii quatuor aut quinq; diebus, illatas sibi iniurias perferendo, postea secundum *in cella hospitum remanendo, ibidemq; quasi quindecim diebus, interim videat omnia, quæ fiunt in communitate, ne quid remaneat incognitum. Post quindecim aut plures dies committatur Magistro Novitiorum, ducaturq; in cellulam Novitiorum, ut ibi meditetur, manducet, & dormiat. Ita* »
apud Magistrum tertium *ineat probationis gradum, & quasi octo diebus experiatur Ordinis difficultates, ad matutinas horas eundo, casuum lectionem, acroasin musices, & reliquos actus communitatis, ad quos admittuntur Novitii*, frequentando, *tum post duos menses legatur ipsi regula, utrum eam servare possit; si annuat, reducatur in supra dictam cellam Novitiorum, & iterum per sex menses probetur in omni patientia. Evolutis sex mensibus relegatur ipsi regula, ac demũ post quatuor menses eadem ipsi repetatur lex, ne laboret eiusdem ignorantiâ. His praviis duodecim mensib. completis, si ingressurus Ordinem, maneat constans, priusquam ad Novitiatũ seu annum probationis in congregatione admittatur, promittat stabilitatem, seu ut loquitur S. Benedictus, c.58. de stabilitate sua perseverantiam,* quàm hisce concipit verbis Caramuel *d disp.43.n.522.* »

Ego N. promitto stabilitatem, prudentemq; perseverantiam protestans, me non esse egressurum ex monasterio sine causa legitima, & occasione prudentum sententiâ sufficiente. Cuiusmodi promissio inducat obligationem quandam moralem, nõ absolutam, ad perseverandum in statu inchoato, & profitendo in illo, per not. Suar. *tom.3. de Relig. lib.5.c.11.n.2. & seq. ex c. statuimus de regular. ibi* Innoc. Pan. & alii. Angel. *v. rb. Novitius n.9.* Sylvest. *verb Religio.5.q.8. sed conditionatam si velit in Ordinem admitti, atq; ex suppositione scilicet, quamdiu Novitius in Novitiatu voluerit perseverare. per not,* Suar *supr. d. loc. n.7. & seq. arg. c. consuluit de Regular.* »

F. Romani error redarguitur.

Vt proinde F. Romanus *in aula suo voluolo sub n.73.pag.76.col.1.* à Regula S. Benedicti, quam tamen ipse omnium optimè callere deberet, plurimum aberret, quando existimat, quasi Novitii post aliquot experimenta nullam omninò habeant obligationem perseverantiæ in loco; cum tamen eam, licet conditionatam, habeant, adeòq; conditionatè sponsalia cum monasterio contrahere censeantur. *Hac promissione emissâ datur Novitio habitus Novitiorum, & admittitur ad annum probationis in congregatione.* Vide præter »
Caramuel. Nigron. nostrum *in regul.27. Commu. Societ. sub n.3. & ibi cit.* Turrecrem. *Quo anno expleto, demum nuncupat tria vota Religionis substantialia,* »
atque in ipsa professione sua promittit alteram stabilitatem, *quæ* duplex *est*, Ordinis & Monasterii. *Tenetur enim professus Benedictinus iuxta S. Benedicti* »
prologum in Ordine & Monasterio *perseverare, & promittendo* stabilitatem »
in monasterio, *promittit etiam stabilitatem in Ordine, cum hæc in illa includatur. Ita verò promissio illa stabilitatis expressè concipienda esset: Ego N. promitto vobis me incorporantibus stabilitatem in Ordine & in* monasterio *secundum Regulam S. Benedicti Abbatis coram Deo, & sanctis, &c.* »

Cuius-

An & quomodo promissio stabilitatis sit votum.

Opinio Caramuelis.

Cuiusmodi stabilitatis promissio, ut tradit Caramuel. *d. tract. disp. 44. n.* 528. *ex argumento superius moto*, directè, propriè ac formaliter *non est votum*, sed conventio & pactum quoddam, *quod professus cum patribus, & antistite seu cum incorporantibus eum congregationi (qui an solus sit Abbas vel Abbas simul & communitas, non satis liquet, licet hoc ultimum hoc ævo sit probabilius) init, ut ibidem ex mellifluo doctore conatur ostendere*, *qui* lib. de præcept. c. 20. *in il-*
" *legitimè migrantem ex Monasterio invectus asserit, eum esse molestum fratribus,*
" *inobedientem seniori (hoc est Antistiti) stabilitatis insuper prævaricantem pactū,*
" *& primam irritam facientem fidem, & quia hæc* stabilitatis promissio directè
" *sit homini, sed* coram Deo, *adeoq; ipsi Deo in testem vocato ideo vim habere vi-*
" *detur juramenti* juxta Caramuel. d. disp. 44. n. 529.

Opinio Servatii Lairveltz.

At Servatius Lairveltz *in Catechismo Novitiorum in tract. de stabilitate in loco. lectione* 112. *documento secundo & seqq.* promissionem illam *appellat* votum stabilitatis in loco, *illudque definit nihil aliud esse, quam votum perseverantiæ in loco professionis, quamdiu perseverantia illa conversioni morum vel perfectioni vitæ non obest, vel obedientiæ non repugnat, quæ videlicet secundum cuiusque Ordinis Regulam præstanda & servanda est.*

De utraq; iudicium.

Vtraque opinio defendi poterit, si nimirum illa *Caramuelis* accipiatur de eo casu, quando stabilitas promittitur *directò* per ac propter se, aut, ut finis, vel etiam prout formaliter per se promissa consideratur. Ita enim videtur Superiori & Conventui immediate facta esse; adeoq; non esse formaliter votum; *Lairveltz* verò opinio accipiatur, quando nimirum stabilitas interposito vel mediante voto obedientiæ, non per aut propter se, sed ut medium, vel ut consequens votum obedientiæ, vel etiam obiectum obedientiæ consideratur, atque ita *votum stabilitatis* intelligendum erit *materialiter & denominativè*; vel etiam *terminativè* quia in Ordine S. Benedicti, vel Præmonstratensi votum obedientiæ expressè terminatur ad stabilitatem in Monasterio, illiq; hæc consequens est, sicut in Societate nostra *votum obedientiæ* in votis publicis Coadiutorum spiritualium, vel solenniter professorum terminatur etiam expressè ad promissionem pueros in Christiana Doctrina erudiendi *iuxta* Suarez. *tom. 2. de Relig. tract. 6. lib. 1. c. 16. n. 3. 9. 10. 11. ex* S. Thom. *2. 2. quæst. 88. art. 5. ad 3. & tom. 4. de Relig. tract. 5. lib. 6. c. 3.* §. 5. Hieron. de Torres. *in 2. 2. de Relig. lib. 1. q. 88. art. 5. disp. 3.* cui conciliationi etiam ipse Caramuel. *d. loco* subscribit. licet *definitionem promissionis directè & indirectè factæ* non usquequaque perfectam tradiderit.

Ex his relinquitur 1. formulam professionis à Speculat. allatam, frustra à F. Romano, *paradox. 6.* tanquam paradoxam impugnari. Cum votum stabilitatis intelligatur votum materialiter esse, ad quod inter alia votum obedientiæ terminetur.

2. Monachos Benedictinos posse dici nuncupare votum stabilitatis in loco, si votum ex Suarez, *tomo 2. de religion. tract. 6. lib. 1. c. 16, nu. 11.* lato

modo

modo accipiatur, prout significat promissionem alicui factam, sed in Ordine ad Deum, coram quo fiat, per modum cultus alicuius Religiosi: secus si votum ex eodem Suarez *d.loc.n.*10. accipiatur strictè in principali sua significatione, prout significat promissionem factam alteri immediatè in recognitionem supremæ excellentiæ; vel in signum gratitudinis debitæ primo ac supremo benefactori: Sic enim constat, promissionem stabilitatis in Ordine Sanct: Benedicti non fieri. At Fr. Romanus *in horti appendice; paradox.*22. *n.*32.33. in contrarium movet, *quod ex constitutione Dn. Nicolai de Chusa S. R. E. presbyteri Card. titul. S. Petri ad vincula, sedis Apostolicæ Legati de latere. anno* 1541. *possint Visitatores, & Præsides capituli provincialis, personis desiderantibus transire ad alind monasterium etiam diversæ diæcesis, concedere facultatem, se ad aliud illud monasterium transferendi.* Nam ita inquit, *Vobis igitur Visitatoribus ac Præsidentibus Capituli Provincialis, & cuilibet vestrum utriusq; sexus personis, quæ hoc desiderant, de nondum reformatis monasteriis ad monasteria reformata eiusdem ordinis vestri, etiam prælatorum suorum petita, licet non obtenta licentia, transferendi, tenore præsentium concedimus facultatem, ubi de Episcopo etiam diversæ diæcesis nulla mentio.* Et datur transitus de uno monasterio in aliud. Commentum F. Romani.

Eidem alter Religiosus in actione Ordinis Cistertiensis, *par.* 1. *c.* 3. §. *potissima controversia*, & seqq. subscribit, deducens quod non obstante voto stabilitatis loci posfint personæ voluntariè à superioribus ad alia monasteria reformata, vel reformanda, vel etiam erigenda mitti & transferri.

Verum neuter Religiosus in scopum præfixum collimat; quia non est hic quæstio, *utrum quis promissa superiori stabilitate loci possit cum eiusdem voluntate ad alium locum reformatum voluntariè transire.* Quod haud dubiè per sacros Canones licet, ut quis videlicet in virtute proficiat; Sed, *an promissa stabilitate loci invitus loco moveri & aliò transferri possit.* Et hoc negatur; quia nemo invitus jure suo acquisito est privandus, ut in *tractatu* 2. est ostẽsum. Eoque faciunt tradita Bartholomæi à S. Fausto *Monachi Congregationis B. Mariæ Fuliensis Ordinis Cistertiensis & Prioris in monasterio S. Ioan. Bapt. in Augusta civitate Perusina, in thesauro Religiosorum. lib.* 6. *quæst.* 97. contra Lopez & Rodericium, ubi definit, quod *nim.* prælatus non possit compellere Religiosos, ut Parochorum munus exerceant. Et *qu.* 98. ubi decidit, quod superior non possit cogere sibi subditos ad suscipiendum beneficium Regulare, alterius monasterii seu Ordinis; quia id prohibitum est, *c. cum singula* §. *prohibemus. de præb. in* 6. tum quia superior, tantum potest cogere ad pertinentia ad suum monasterium; quale non est hoc. Navarr. *com.* 4. *de reg. n.* 23. Layman. *censur.* 43. §. 4. Quæ ratio quoque in Ordine S. Benedicti apud Monachos Nigros militat. Quare etiam S *Rembertus* Archiepiscopus Bremensis *in vita S. Ancharii Antetecessoris* sui huic difficultati, quæ à non nemine contra S. Anschatium proficiscentem in Daniam mo- Diluitur.

" veri poterat, quod S. Anscharius voto stabilitatis Corbeiensi Monasterio " Ordinis S. Benedicti illigatus, inde recessisset, occurrit; *Nobis autem*, inquiens, *c.4. vitæ S. Anscharii, ea, quæ apud nos gesta sunt, narrare cupientibus, primo indagandum videtur propter eos, qui huius rei fortè minus conscii sunt, qua occasione à loco stabilitatis suæ huc secesserit, & cum apud nos* (Corbeiæ) *Deo oblatus sit, ibiq; obedientiam promiserit, quo instinctu ad has partes emigraverit, atq; ad Episcopatus officium apud nos sublimatus sit.* atq; *cap. 6.* dictæ vitæ respondet, *flagitante Herioldo Danorum Rege, atque intercedente Ludovico Romanorum Rege Sanct. Anscharium Monachum Corbeiensem se Abbati suo VValoni ad id sponte obtulisse, & cum eiusdem consensu Herioldo Danorum Regi adjunxisse; minimè autem à VValone Domno Abbate sibi* invito *illud iniunctum fuisse, nec initio iniungendum, sicuti nec S. Anscharii socio Audberto eiusdem monasterii monacho iniunctum id fuit.* Rationem addit in præfato cap. 6. *sub finem S. Rembertus, quia abominabile*, inquiens, *eo tempore & INIVSTVM videbatur, ut quis invitus inter paganos conversari cogeretur*: Hæc ibi.

Cardinalis de Chusa nec loquitur expresse de diversa diœcesi nec etiam Episcopos excludit, neque etiam in terminis nostræ. *qu.* 8. *tractat.* 2. loquitur, ut ita nec ad rem, nec contra nos quidquam definiat. Videantur Concil. Venetic. *can.* 5.6. sub Hilario Papa. ann. 465. celebratum, & quæ in resolut. *d. q.* 8. tradita sunt.

Aliud Commentum Fr. Romani ex Bulla Benedictina. Quod Fr. Romanus *in appendice, paradoxo.* 22. *num.* 32. contra movet, dicens, *hanc assertionem P. Laymanni, quantum ad alia monasteria eiusdem Ordinis, in Ordine Sancti Benedicti contrariari Bullæ Benedictinæ cap.* 34. & 35. *ubi Benedicti XII. Papæ, hæc inserta leguntur formalia. Ad receptionem ipsorum monachorum transmissorum, Abbates & alios Prælatos principales sui Ordinis seu Religionis, qui eos aliter recipere fortè noluerint, compellentes. Quibus si singuli resistere possent: Bulla redderetur inutilis & delusoria.*

Discutitur. Verum F. Romanus nihil ad rem; quia Benedictus XII. *in Constit. sua. incip. Summi magistri. dat.* 12. *Kal. Iul. Pontificatus ipsius Anno* 2. *cap.* 34. de Monasteriis in regulari observantia collapsis reformandis agit, ubi nihil, quod nobis adversetur, habet, prout in hoc tract. 2. vidimus. similiter *cap.* 35. agitur de monasterio in facultatibus lapso, vel ubi monachorum excessus aut necessitas exigit aliquos aliò ad tempus mitti, quod possint Præsides ad requisitionem Visitatorum ad tempus alio mittere, & Abbates, qui eos sine causa rationabili recipere nollent, compellere. Sed quid hoc ad rem. Annon *aliud est*, aliquem Abbatem posse compelli ad recipiendum ad tempus peregrinum, vel pauperem Religiosum eiusdem Ordinis, &c. *& aliud*, quod Religiosus aliquis, qui stabilitatem loci vovit, cogi possit, ut ad aliud monasterium transeat: *non prior*, sed *posterior* est

noster casus; propter hunc all. ita Bulla non reddetur inutilis aut delusoria, secus ac Fr. Romanus existimabat. Saltem exinde Nota contra Fr. Romanum, quod detur hic aliqua canonica translatio temporaria monachi, quæ non sit vitiosa; de qua *in tractat.* 2. *resolut. quæst.* 8. actum est.

NB. *Canonicam translationem Monachi temporariam dari*

Quod verò addit *ibidem num.* 32. Fr. Romanus, *falsum esse, & paradoxum, quod Abbates, seu Præpositi eorum Ordinum, qui habent unum Caput Generale, transitum ad alium Ordinem imperare possint.*

Illud non *indistinctè* de omnibus Ordinibus unum Generalem habentibus, sed *limitatè* de Ordinibus Mendicantium P. Laymannus *censur.* „ 43. §. *quarto* cum Navarr. *in Comment.* 4. *de Regular.* asseruit, *eodem-* „ *que*, inquiens, *num.* 22. §. *tertio*, *hanc unicam rationem affert Navarr.* „ *cur in Ordinibus Mendicantium Provincialis potest facere facultatem Mona-* „ *chis vel fratribus suæ Provinciæ, & etiam cogere eos ad transeundum: Ge-* „ *neralis autem potest facere facultatem transeundi, simul & cogere ad trans-* „ *eundum non solum de uno monasterio ad aliud eiusdem Provinciæ, sed etiam ad* „ *aliud alterius; Rationem*, inquam, *adfert, quia monasteria illorum sunt ex-* „ *empta à iurisdictione Episcoporum, atque divisa in provincias, & habent suos Provinciales & Generalissimum immediatè subiectum Papæ.* Atque secundum hæc allegata *P. Laymanni*, ea, quæ in indice fuerunt proposita, erant intelligenda. Cum eum indicem non ipsemet P. Laymannus, sed alius adjecisset.

Quod hic adjicitur, *aliquem ad transitum ad aliud alterius alicuius Ordinis monasterium à Generali cogi posse*, illud intelligendum erit de eo casu, quo aliquis professus ex Ordine suo exiturus esset, tunc haud dubiè ille cogi posset, ut ad alium Ordinem transiret.

Vnde patet, quod quæ hactenus contra opposuit F. Romanus, nullius sint momenti, nihilq; ad rem faciant.

Demum Prælatus ex Ordine Præmonstratensi *n.* 7. *Re:essus Exceptiona-* „ *lis & sub n.* 9. *materia inhæsiva* ad supra relatum argumentum conatur Re- „ spondere. *Item allegatur*, inquiens, Navarr. *Com.* 4. *de Regular. nu.* 22. *ad* „ *hoc, ut doceatur, per Generales Ordinum exemptorum, non mendicantium, si-* „ *gnanter Ordinis Præmonstratensis, aliosq; superiores mediatos, non posse Religio-* „ *sos ob stabilitatem tempore professionis promissam, cogi de uno ad aliud monaste-* „ *rium mitti, aut transferri &c. Cum tamen* Navarr. *eod. tit. & num. sub fin. con-* „ *trarium expressè doceat, videlicet eos, non obst inte stabilitate præmissa, cogi pos-* „ *se, non vi iuris communis aut Regulæ, sed Constitutionum Regulæ superadditarū,* „ *etiam in Ordinibus Canonicorum Regularium unum Caput habentium, qui* „ *mendicantes non sunt.*

At respondeo, me cum *P. Laymanno in censur. part.* 2. *censur.* 43. P. Valentino *in Theoric. part.* 2. *q.* 1. *ad num.* 72. 73. 74. *sub n. suo* 190. *ex* Navar.

 cit. loc.

cit.loc. docuisse,quod Religiosus non exemptus, qui vovit stabilitatem in loco, non possit invitus, per superiores loci ex uno ad aliud monasterium transferri, nisi iusta aliqua causa & Episcopi authoritas accedat. Vt videre licet ex Dd.& rationibus. *in Eclips.cit.loc.& q.*8.*n.*11.tum *ex sup.cit. Theor.*P. Valentini, *ac Censur.* P. Layman.supra allegatis.

Deinde quod exemptus Religiosus non mendicans, qui subest Generali Ordinis, *invitus* non possit per Generalem sui Ordinis, *pro arbitrio* ex uno ad aliud monasterium transferri, ne alioqui suo jure filiationis per votum obedientiæ, ad stabilitatem in hoc monasterio determinatum acquisito invitus spolietur;ut paulò post videbitur. Idem patet in Ordine Cistertiensi, non mendicante,& habente Generalem Præfectum,cui in Ordine eiusmodi translatio personarum illi subditarum,non permittitur,de quo videri potest & Eclips. *d q.*8.*n.*11. & Bartholomæus à S. *Fausto* Ordinis Cistertiensis *supr.lib.*6.*Thesaur.Religiosorum.q.*98. *& q.*158. Alia est ratio in professis Monachis congregationis S.Bernardi in Italia Ordinis Cistertiensis Regularis observantiæ, quia hi non vovent stabilitatem loci certi,sed professi vnius monasterii censentur professi aliorum quoque monasteriorum d.congregationis in eadem provincia; nec enim possunt ijdem ad aliam provinciam nisi ob demerita vel ex gratia transmitti: Gregor. XIII. *in Constit.Romanus Pontifex.*54,*dat.Ann.*1578.

Tum ubi ego quæso *in Ecli, si*, vel P. Valentinus *in Theoricis*, aut P. Laymannus *in Censuris*, signanter de Ordine præmonstratensi docuimus, quod in d. Ordine per illius Generalem non possit fieri aliqua personarum ex uno ad aliud monasterium translatio? Nusquam.

Et posito,quod ego docerem;tunc tamen docuissem, illud obtinere in monasteriis Ordinis Præmonstratensis, in quibus Reformatio Gregorii XV. *præscripta in Constit.incip.ad sacram B.Petri sedem &c. dat. An.Incarnationis Dominicæ* 1621. *quinto decimo Kal. Maii Pontificatus ipsius Anno primo*, non esset recepta. Nam in *d.constit.*Gregorii XV. ordinatur, *ut abrogato voto stabilitatis in loco,ante hac præstari solito*, Religiosus in Ordine Præmonstratensi Lotharingicæ Provinciæ Reformatæ non censeatur magis professus in uno, quàm in alio monasterio.

Et ego non de Reformatis Provinciæ Lotharingicæ, sed de iis locutus sum locis Ordinis Præmonstratensis, in quibus nuncupatur & servatur votum stabilitatis juxta formulam *in statutis d.Ordinis* præscriptam,& *in instrumento tractatu meo* 1.*c p.*5.*sub n.*36. relatam; ex quo voto stabilitatis hoc consequitur, ut Religiosus istius Ordinis *sine causa*, citra iniuriam,aut læsionem juris acquisiti, non possit ex uno in aliud monasterium transferri,per not. Servat. Lairveltz *in Catechism. Novit.tom.* 2.*lect.*112 *docu.* 6. ubi ait, *inter eos,qui faciunt votum stabilitatis in loco,& eos,qui non faciunt,hoc est discrimen, quod hi nullam per professionem acquirant in hoc vel illo monasterio filiationem,*

sed

sed pro libitu superiorum huc & illuc mittantur: illi vero per votum stabilitatis in loco acquirunt jus filiationis in monasterio, in quo professionem emiserunt, ita ut inviti illo iure spoliari nequeant, nisi sint incorrigibiles, & licet exigentibus excessibus alio mittantur, semper tamen iure illo potiuntur, ut monasterii professionis suæ filii existant &c. Vid. *d. instrum. n.* 34. " " " " "

Quod autem Præmonstratenses, de quibus agimus, etiam votum stabilitatis nuncupent, *in tractat. 2. resolut. quæst. 2.* est demonstratum.

Objicit Dn. Prælatus Navarrum *cit. loc. vers.* 3. tradere, quod quidem non vi juris communis, sed juris particularis regulæ vel statutorum à Papa confirmatorum, possint Regulares cogi, ut adeant alia Monasteria, quia lex specialis derogat generali, *arg. c. generi, de R. I. in 6. l. in toto ff. de R. I.* quo supposito videtur s. d. prælatus ita subsumere. Atqui ex statutis Ordinis Præmonstratensis Religiosus unius loci potest transferri per Superiorẽ Ordinis in alium locum. Igitur &c. *Objiect. ex Navarr.*

Verum Resp. *negando* illud subsumptum 1. quod sanè ex adversum docendum esset, & probandum; eiusmodi statutum Ordinis Præmonstratensis extare. 2. ostendendum esset, quando, ubi, & demum à quibus, ac pro quibus illud statutum esset à summo Pontifice peculiariter approbatum in iis locis, ubi non servatur supr. cit. Constitutio Gregoriana pro Reformata Congregatione Lotharingica; de quibus omnibus nihil apparet. Ideoque ea, utpote in facto consistentia non præsumentur vera, donec cõtrarium legitime comprobetur. *Solvitur.*

Nec *obstat*, quod ordini Præmonstratensi in conservationibus privilegiorum sibi à Pontificibus concessorum, permittatur, ut possit Ordo condere statuta. Nam Resp. *quia propterea* non fit illi potestas condendi eiusmodi statuta, quæ devient à sacris canonibus, ut expresse caverunt Sixtus IV. Alexander VI. apud Iulium II. *in Constit. Rationi congruit. dat. Rom. A.* 1503. *6. Kalend. Decemb. Pontificatus ipsius anno* 1. Vid. *d. Instrumen. n.* 34. Atqui ejusmodi statutum, ut persona Ordinis Præmonstr. quæ Provinciæ Lotharingicæ non est membrum, quæque extra eam Provinciam vovit in loco stabilitatem, possit pro arbitrio Superioris, sine causa iusta ex uno loco in alium transferri, deviat à sacris canonibus, ut supponit Navarr. *loc. cit.* in illis verbis, *non vi iuris communis* Vid. *d. Instrum. num.* 33. idque alibi iam demonstratum. Igitur &c. *Navarrus cõtra Dominũ Prælatum retorquetur.*

Consequenter cum non ostendatur ex adversum, quod ejusmodi Ordinis Præmonstr. statutum exstet à Sede Apostolica, dato peculiari privilegio extra Provinciam Lotharingicam confirmatum, prout requirit Navarr. *loc. cit. in d. instrum. n.* 33.; efficitur, quod etiamsi Præmonstratenses extra Provinciam Lotharingicam habeant Generalem in suo Ordine; non tamen inviti cogi possint sine causa, ut ex uno Monasterio ad aliud transeant. Atque *Conclusio, contra Dominum Prælatum.*

ita cessant Domni Prælati argumenta, nostraque sententia de professione Monachi, atq; in ea stabilitate loci promissâ vera manet.

CAP. VIII.

De Monachorum Statu, & varietate tum inter se atque à Clero distinctione. &c.

§. I.

Commenta Hajana recitantur.

Commenta Haiana circa Benedictinos & Cistertienses an sint solitarii? Quatuor genera Monachorũ

F Romanus *paradox. 2. n. 6. pag. 433.* accusat me, *quod in Eclips. q. 1. c. 2. sub n. 6. & alibi per totam Eclipsim, Monachos Benedictinos, & Cistertienses passim nominem solitarios, vitam solitariam & contemplationem sectantes, objicitq; quod fortè non legerim Regulam S. Benedicti, ubi mox* cap. 1. *Monachorum tradat quatuor genera esse.* Primum Cænobitarum, *hoc est monasteriale militans sub Regula vel Abbate. Deinde* secundum genus Anachoretarum (*sive ut hic interponit F Romanus solitariorum.*) Tertium Sarabaitarum. Quartum *verò genus, quod nominatur* Gyrovagum &c. *His ergo posterioribus omissis ad Cænobitarum fortissimum genus disponendum adiuvante Domino,* inquit, *se venire; subiungitque, quod proinde Benedictini & Cistertienses solitarii sive Anachoretæ non sint, sed Cænobitæ, unde non est, quod ipsos ego ad eremum relegem, quasi nemini mortalium aliter nati sint, &c. Quod si etymologiam nominis monastici à μόνος obiecerim: Noverim sæpè aliam nominum esse originem, alium usum, ut videre est In nomine,* Pontifex, Philosophus, Baccalaureus &c. *ipseq; fatear cit.* 3. animadvers. 2. *Societatem Iesu esse Clericorum Regularium, si usum nominis clerici spectemus, nemo est qui neget, Societatem esse Clericorum Regularium; sin Etymon à κλῆρος, nullus in tota Societate clericus est, quia nullus missâ sorte instar Sancti Matthiæ in cætum discipulorum Christi cooptatur. Tales ergo ipsi sunt monachi, quales nos clerici. Caveam autem ego, ne sim unus ex iis, qui, ut ait, S. Benedictus* cit. cap. 1. reg. *quidquid putaverint vel elegerint, hoc dicunt sanctum & quod noluerint, hoc putant non licere.*

Benedictini non sunt Anachoretæ.

Etymologia nominis Monachi alia est, & alius eius usus

Benedictinorũ Ordo an per se ad divina ministeria sit ordinatus.

Benedictus instituit chorũ

Deinde impugnat istic me. *pag. 432.* quod *d. q. 1. c. 2. sub num. 6.* tradiderim, *quod monachatus solitarius, qualis est Monachorum Cassinensium, Cistertiensium, & similium, qui habent fortè ius ad stallum in choro, non sit per se ordinatus ad divina peragenda ministeria, obiicitque per exclamationem scilicet per Deum immortalem, si ita est, ut quid S. P. N. Benedictus in sua regula quatuordecim integra insumpsit capita de oratorio, de disciplina psallendi, de divini officii seu ministerii ibidem instituenda dispositione: de sacerdotibus monasterii c. 62. de com-*

de communione sancta c.38. Num fortè monasteria nō sunt à fundatorib. per se ordinata, ad servandam regulam S. Benedicti? An Cassinenses & Cistertienses aliam profitentur? an hora canonica quotidie, in templi choro cātanda, nōpertinent ad divinum ministerium, vel qui obligantur ad chorum quotidie, fortè ius non habent standi in choro? Num forsan in ecclesiis monasteriorum Germania non peraguntur divina ministeria, in quibus prater indefessum & ex instituto susceptum horarum Canonicarum *& missa solemnis quotidianum cantum, omnia plerumq; sacrosancta Ecclesia Catholica sacramenta, (confirmatione & ordinum maiorum collatione excepta) per Regulares administrantur, &c. Qua ibidem de ecclesiis Societatis adiungūtur,* videantur *in tract.* 4. *li.* 2. *sect.* 4. Quid? *quod S. Benedictus adhuc vivens Roma instituerit scholas, & gymnasia, cantum, & SS. Theologia cathedras per suos Monachos à se destinatos providendas.* Ita in *Aulao suo n.* 127. *pag.* 559. *Vti etiam istic Roma Benedictini SS. Theologiam ante annos* 1000. *professi fuerunt.* Aulæi. n. 127. p 559. 560. *atq; in Anglia mira prastiterunt.* ibid. Hort. allegat. 479. n. 17. p. 366.

Quin & Ecclesia sacramenta ritè administrarunt, ac plus valent pecca'a Christianorum solvere, quam presbyteri seculares; sic in indice sub verb. monachi, *ex decreto Bonifacii IV. allato.* in aulæo. §. 17. sub n. 132. p. 563. *Benedicti administrant sacramenta.*

Deniq; culpat me F. Romanus *in hort. confinib. alleg.* 476. *pag.* 333. *quòd Ordinem* Cluniacensem *ab Ordine Benedictino distinxerim ac separaverim, cum illud scire deberem. Ordinem Cluniacensem non esse diversum ab Ordine seu Regula S. Benedicti, sed esse ipsius partem integrantem, &c. Et Monachos Cluniacenses fuisse Ordinis S. Benedicti, doceat Bibliotheca Cluniacensis.* Hæc ipse cit. loc. quæ vel nihil traditis meis propositionibus obsunt vel nihil ad tem faciunt. *Ab iis non sūt diversi Cluniacenses.*

§. II.

Commentis Hajanis discutiendis traditur Monachorum definitio & divisio.

FAteor ego, quod *Monachi* à Gregor. Tholos. *lib.* 15. §. 2. *syntagmat. iur. universi definiantur, viri solitariam vitam regula quadam sancta definitam secuti, ut Dei obsequio, & rerum divinarum meditationi liberius inserviant.* Videatur *Novell.* 5. Atque hi sunt *duplicis generis vel species,* si attendatur *divisio generis in species;* Sunt enim vel Cænobitæ vel Anachoretæ, ut videre licet apud S. Hieron. *Epist.* 22. *ad Eustoch. de custod. Virgin.* Cassianum *collat.* 18 *c.* 4. Isid. *de offi, Eccl c.* 15. Cuiusmodi *distinctio* in duo membra est *sufficiens,* & *adaquata,* cum sit quasi per contradictorias differentias data, eò quòd vel Religiosi vacent divino cultui soli per se in solitudine sub nullius obedientia, vel non in solitudine, sed in communitate aliqua approbata sub alterius obedientia, ut palam est, ita Suar. *tom.* 4. *de relig. tract.* 9. *lib.* 1. *c.* 2. *Discutiuntur. Et affertur definitio monachi. Divisio monachorum. 1. Generis in species bimembris.*

Alio-

Alioqui si non attendamus *genuinas species* Monachorum, sed *accidentia*, tunc divisione quasi *subiecti in accidentia, tria* erunt *genera* Monachorũ, quorum alii Cænobitæ, alii Anachoretæ, alii Gyrovagi. Ita ex S. Hieron. Choppin. *in sacra polit. lib. 2 tit. 8. n. 5, 6.* Boer. *de stat. Eremit. n. 20. in fin. & seq.* Tholos. *lib. 15. Syntagm. iuris univers. Eccles. c. 41. n. 3.*

Sarabaitæ æquivocè & solo nomine sunt monachi. Quod si annumerentur *Sarabaitæ*, qui *æquivocè* & solo nomine, non autem re dicuntur Monachi, erunt quatuor genera Monachorum juxta S. Benedictum. *in c. 1. Regulæ*, & ibi Caramuel. *in Theol. Regular. lib. 5. in princ.* nimirum Cænobitarum, Anachoretarum, Sarabaitarum, & Gyrovagorum seu Circumcellionum. De singulis lubet aliquid attexere, ut eorundem natura melius dignoscatur.

Cænobitæ quãdo cæperint esse Primum est *Cænobitarum*, qui in Alexandrina Ecclesia ex institutione S. Marci Evangelistæ esse cæperunt, ut refert Cassiador. *lib. 2. de instit. monach.* Hieron. Platus *lib. 2. de bon. status Relig. c. 21.* Barbos. *lib. 1. de iure univ. eccles. cap. 41. num. 3.* Cuiac. *in Novell. 5.* Definit autem eos Nicolaus Boer. *in additionibus ad tract. de auctor. magni consil. n. 19.* *Describuntur.* qui in congregatione, aut communitate vivunt. *Novell. 5. c. 3.* seu ut ait Cuiac. *d. Novell. 5.* quorum est una domus, in qua sunt omnia communia; vel ut S. Benedictus *d. c. 1. ait*, qui militant sub regula scil. approbata vel Abbate seu superiori; seu ut explicat *ibidem* Caramuel. *in Theol. regular. disp. 27. n 309.* qui exuti proprio arbitrio arctissima superioris obedientia gubernantur, eique obediunt, ac *Monachi Conventuales* appellantur. *Variè appellantur.* Hi dicuntur etiam *Synoditæ l. 7. C. Theodos. de Episc. Aud.* Cuiac. *in d. Nov. 5.* Item *monasteriales* non tam etymi, quàm usus hodiè recepti habitâ ratione. Nam aliàs *Cænobita* secundum *etymon* dicitur à voce κοινὸς communis, & βίος vita, κοινοβίτης, *qui vivit in communi.* Eapropter *Cænobium*, ut ex Abbate Piamone refert Cassianus *collat. 18. c. 9.* non solum *habitationis, sed potius vitæ & professionis significat uniformitatem*; *ac Cænobium* non nisi plurium; *Monasterium* unius etiam habitatio est, teste Philone *in lib. de vita contemplat.* qui differens de *Monachis Alexandrinis* sic ait, *singuli habent sacras ædiculas* σεμνεῖα *vocant sive monasteria, ubi solitarii sanctæ vitæ mysteriis dant operam.* At communi usu receptum est, ut *monasterium* pro Cænobio usurpetur, quemadmodum notat Cassianus *d. loc.* Ex hoc communi usu S. Benedictus nomina *Cænobitæ & monasterialis æquipollere asseruit*, de re potius, quàm de nominum rigore sollicitus, itaque *monasterium ab unitate, quæ Græcè* μονὰς, *atque ab ædicula, quæ Græcè* σηκὸν *appellatur, di i potest, quod eam vel unus solus inhabitet, vel multi unà, & tamen soli, hoc est, à populi frequentia discreti incolant.* Hactenus ferè Caramuel.

Anachoretæ. *Secundum* genus Monachorum *Anachoretarum*, id est, discedentium, qui & Eremitæ quasi à cæterorum consortio mortalium segregati, viventes in eremo, vel, ut est apud Iustinianum *in Novell. 5. cap. 3. Hesychastæ*, id est, quie-

quiescentes vocabantur, eò quod in ἡσυχία id est, solitudine vivebant, *c. unic. de excess. prælat. in 6. & ibi* Franc. *in ult. not.* contemplationi & perfectioni vacantes. *d. Nov. 5. c. 3. d. a. un.* licet Isidorus *lib. 1. de divin. offic. c. 15.* Anachoretas ab Eremitis velit differre. At idem *lib. 7. Etymol. c. 13.* contrarium asserit, & rectè, ut patet ex deductis, eosque in privatis ædiculis, quæ *Phrontisteria* apud Eusebium nominantur, collocet. Choppinus *lib. 2. de sacra politia tit. 8. n. 5.* Eos Barbos. *lib. 1. de iure univers. Eccles. cap. 41. n. 13.* asserit sine certa habitatione per desertum vagantes, ne à populis inviserentur, ibi quievisse, ubi nox illos offendisset. At constat ex S Paulo *Heb. 11.* Bonifacio VIII. *in c. un. de excess. Prælat. in 6. atque ex vitis virorum sanctorum* Eremitas speluncas, cellas, mansiones, seu habitacula in eremo, sive locis, ubi non esset hominum habitatio de propinquo, acquisivisse, ac subinde mutasse, ut proinde non sine ulla certa cella istic in eremo oberrasse dicendi sint.

Isidori opinio de Anachoretis

Refellitur ex not. S. Pauli Apostoli, Bonifacii VIII.

Quod verò eiusmodi cellas *non rectè* Choppinus *d. loc.* appellet *phrontisteria*, inde patet, quod non nominis etymon, sed significatio apud Authores classicos recepta spectanda sit, secundum quam apud Suidam *phrontisteria* accipiuntur *pro scholis, ac monasteriis conventualibus, in quib. quis in virtutib. & perfectione instruitur*; in Eremo verò dicuntur perfecti vivere, qui non alterius existimantur indigere instructione. Unde juxta S. Tho. 2. 2. *q.* 188 *art.* 8. apud Caramuel. *in Theol. Regular. disp.* 28. *n.* 316. solitarius debet esse per se sufficiens, *hoc est*, cui nihil deest, quod pertinet ad rationem perfecti, & ideo solitudo ei competit, quia jam ad perfectionem pervenit, neque eget alterius instructione, utpote qui spiritu Dei actus non indiget aliis obedire; quod *dupliciter* contingere potest; *uno modo* ex solo divino munere, sicut contigit Ioanni Baptistæ, qui fuit repletus spiritu sancto adhuc in utero matris suæ existens; & propterea etiam puer erat in de[serto] *Luc. 1.* *Alio modo* per exercitium virtutis, juxta illud Pauli *ad Hebr. 5. Perfectorum autem est solidus cibus eorum, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali,* Syrus habet, *propter inquisitiones*, id est, Speculationes, & Theorias, superarunt sensus suos, id est, non sequuntur magisterium sensuum suorum, quod tamen secundùm Suar. *Tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 1. c. 2. n. 14.* intelligendum de Anachoretis diu multumque in cœnobio exercitatis, non autem de Eremitis absolutè; quia illi per solum ingressum in Eremũ non constituuntur perfecti, sed perfectionis viam primò adeunt, ut proinde in via sint ad perfectionem.

Refellitur opinio Choppini de phrontisteriis

Phrontisteria quid?

Eremitæ duplices dantur, alii qui sunt in via ad perfectionem, alii perfecti.

Nota, *primum* Eremitarum alii faciunt *Eliam Prophetam*, alii *Ioannem Baptistam*. Vide Boer. *de stat. Eremi n. 12.* alii *Paulum Thebæum*, qui circa Caij Pontificatus tempora, declinandæ persecutionis à Decio & Valeriano institutæ causâ, atque ex amore Deo liberius inserviendi in Eremi speluncam se contulit, teste S. Hieron. *in Epist. ad Eustoch. de custod. virgin.* Niceph. *lib.* 8.

Primus Eremitarum quis?

*Histor.Eccles.c.*41.cui suppar Antonius Ægyptius, qui eodem tempore idem vitæ genus instituit, pluribus post obitum suum sui instituti sociis, quorum ipse Abbas fuerat, relictis. Horum Anachoretarum Religio maximè Damasi temporibus in vastis Ægypti solitudinibus floruit. Cessante verò persecutione monachi cæperunt iterum in cænobiis vivere, quorum Author vel Restitutor in oriente S. Basilius: in occidente S. Eusebius Vercellensis ex oriente rediens Episcopus circa ann. 362. teste S. Ambros. *lib.* 3. *epist.* 25. & Carolo Mansfelt *de Clericorum cænobit.c.* 11. & aliis, postea S. Benedictus; in Africa S. Augustinus, in Palæstina S. Hieronymus. Barbos. *d.lib.* 1. *de iur. univers. Eccles.c.* 41. *n.* 7.8.9.10.11.12. omnes generali nomine Monachi dicebantur, id est, soli; quamvis illi propriè id nominis sortirentur, qui in solitudinibus habitabant. *c.* 1. *iunct. glo.* 16. *q.* 1. Barbos. *d.lib.* 1. *de iure univ. Eccles.c.* 41. *n.* 14.15. *per c. si cupis* 16. *q.* 1.

Anachoretarum Religio quando maximè floruit.

Sarabaita à Circūcellionib distinguuntur

Tertium monachorum genus dicitur *Sarabaiticum* vel Sarabaitarum, quod *primum* est apud Boerium. *d. tract. num.* 11. & malè ibidem cum Circumcellionibus confunditur. Siqnidem *Sarabaita* teste S. Augustino in „Ægypto positi in foraminibus petrarum habitabant induti porcorum, & „boum pellibus, cincti funibus Palmarum, spinas ad calcanea portantes ad „cingulum ligatas, discalceati & sanguine cruenti, at cavernis exeuntes ad „festum Scenopegiæ pergunt Hierosolymam, & sancta sanctorum intrantes „paupertatem & abstinentiam prædicant asservari, tunc barbam spectante „populo ibidem acriter provellunt, itaque nummis tali astu, & commento „adeptis in suam regionem remeant, & in lætitia & in dapibus epulantur.

Sarabaitarū genus deterrimum est.

Hoc Sarabaitarum genus deterrimum dixit S. Benedictus *regula sua c.* 1. eò quod bini vel terni aut certè singuli sine pastore, non dominicis, sed suis inclusi ovilibus habitent; pro lege est eis desideriorum voluptas, cum quodcunq; deputaverint vel elegerint, hoc dicant sanctum, & quod noluerint, hoc putent non licere. S. Augustinus dehortatur, ne quis eos sequatur.

Vnde dicuntur

Dicuntur autem Sarabaitæ à *Σάρων*, quod est libidinosus, & *βίος* vita; unde Σαραβίτης libidinosam vitam agens iurelligitur, secundum Caramuelem *d.tract. de Theol. Regular. disp.* 29. *n.* 318. At Cassianus *collat.* 18. *cap.* 7. ab eo quod semetipsos à cænobiorum congregationibus sequestrarent, ac sigillatim suas curarent necessitates, Ægyptiacæ linguæ proprietate Sarabaitas nūcupatos existimat à שרב Scharab cum puncto in dextero, à quo nomen שרב Scherab derivatur, quod significat *locum deserti siccum*, ab æstu sic nominatum. Deinde idem Scharab, significat bibit, unde nomen שארב Scharibh Bibulus, שרבה Schyrbah gulositas, sorbitio, שראב scharab potio medicinalis, syrupus; aliis dicuntur à סרב Saraph per Samech, quod significat rebellis fuit, à quo nomen סרבים Sarahbim rebelles, pertinaces, unde Grasbeckius apud Caramuelem. *d. disp.* 29. *n.* 319. dicit tales audire, quasi *Rennita* seu *Renuentes*, eo quod

Dicuntur Renuita, Renuentes.

eo quod certam doctrinæ regulam, & Sanctorum Patrum exempla renuant sequi, quos S. Benedictus dicit, *nulla regula approbatos.* Hos Beda *in Act. Apostolorum c. 5.* & Abbas Piemon apud Cassianum, *supra cit. loc.* Ex Anania & Sapphira ortos affirmat. Erant enim in Ægypto Pseudomonachi, Apostolicam districtionem se custodire simulantes, cum tamen suas res retinerent.

Istis non multum absimiles, quos S. Hieronymus *in Regula Monachorum*, Franciscus Sylvius *in commentario ad Gryphum Arsenii apud Tolosanum lib. 15. Syntagmate iuris utriuq, cap. 14. num. 9.* Remoboth vocat; *hi bini*, ut ait S. Hieronymus, *vel terni nec multo plures simul habitant suo arbitratu ac ditione viventes, & de eo, quod laboraverint, in medium partes conferunt, ut habeant alimenta communia. Habitant autem quamplurimum in urbibus vel castellis; & quasi ars sit sancta, non vita; quidquid vendiderint, maioris est pretii. Inter hos sæpè sunt iurgia, quia suo viventes cibo, non patiuntur se alicui esse subiectos, revera solent certare ieiuniis, & rem secreti victoria faciunt. Apud hos affectata sunt omnia, laxa manica, caliga follicantes, vestis crassior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractio clericorum, & si quando dies festus venerit, saturantur ad vomitum.* Hæc ille apud Caramuelem, *d. disp. 29. n. 319.* & Boer. *de statu Eremit. num. 11.* ubi vide. Fortè remoboth derivatur à רמה ramah, quod in piel (habet רמה rammah, Chaldaice רמי rammi, decepit, fraudavit, dolosè egit, unde est nomen רמי rami fallax, dolosus, atq; simul à Chaldæa voce בית Beth, vel à Syra בית bath, vel certè ab Hebraica בית Bajith in regimine posita בית beth, quæ domus significat. *Remoboth qui*

Quartum Genus *Monachorum* est *Gyrovagum*, cuius non meminerunt antiquiores, postea verò ubi ipsi innotuerunt Romæ *Circumcelliones* dicti sunt. Quia ut tradit ex Abbate Cassinensi Caramuel. *d. tract. disp. 32. n. 335* „ *incertis sedibus vagabantur, per diversorum cellas hospitantes, ac propriis voluptatibus ac gulæ illecebris servientes, Sarabaitis deteriores iuxta* traditionem S. Augustini *in c. nemo, quippe. 83. dist. sub Religionis prætextu, ac Monachorum specie venalem hypocrisin circumferebant, de quibus dici poterat, quod de sacerdotibus Recha, Pagos, Domos, & Vrbes obeuntibus, & sub Religionis prætextu mendicantibus, dixit* Tertullianus *in Apolog. c. 13. nimirum circuit cauponas religio mendicans, mercedem templi pro auditu sacri: non licet Deos gratis nosse, venales sunt.* De his intelligendum est quod Boer. *d. tract. §. n. 11.* applicavit *Sarabaitis hinc inde discurrentibus, & viventibus in spiritu libertatis, qui dicunt se Christum sequi, in eo, quod Christus circuiverit Civitates, & Castella.* At alii apud Caramuelem *cit. l.* eos Caino circumvaganti comparant. *Quartum genus Monachorum est Gyrovagum.* *Cum quibus conferantur.*

Isti à Doctoribus & jure communi non approbantur. *c. qui verè. c. quidam monachi 16. q. 1.* de quibus glossa *in d. c. qui verè, dicit*, quod quidam istos locustas vocent hinc inde saltitantes sine capite, sibi viventes. Ideo Sancti Patres & Concilia huiusmodi vagum, & perniciosum *Sunt reprobati.* *Censentur locusta saltitantes.*

monachorum genus omnino eliminare studuerunt. Ita & Constantinopolitanum, Sexta Synodus. *canone*.42. vagos & falsos Eremitas in monasterium reduci jubet, aut si noluerint, ex urbibus pelli, & in solitudines mitti, unde nomen fictum trahunt Sic & Concilium Toletanum IV. Item Toletanum VII. *can*.5. Moguntinum I. *sub Carolo Magno can*.22. Concilium Agathense *can*.38. Coloniense III. *cap*.17. §.10. Vide Caramuelem *d. disp*. 32. *num*.336. Gregorium Tholosan. *libr*.15. *syntagmat. iur. univers. c*.14. *num*.14.

De duobus generibus ultimis Monachorum iudicium

Verum hæc *duo ultima genera monachorum*, vel non fuerunt veri, sed ficti monachi & Religiosi, ut existimat Suar. *d. lib*. 1. *cap*. 2. *n*.1. vel si fuerunt, non habuerunt tamen aliquam perfectionem, per quam ab Anachoretis vel à Cænobitis distinguerentur, sed tantum suas imperfectio nes reprobatas involvunt; unde non possunt in genere perfectionis moralis, de qua hic agitur, constituere aliquam rationem differentiæ in genere monachorum, ut palam est. Igitur &c.

§. III.

An Benedictini verè sint Monachi solitarii.

OMissis igitur *Sarabaitis* penitus eradicandis & *Circumcellionibus*, utpote vel ad monasteria reducendis, vel ad eremos relegandis *iuxta supra cit. Concil.* tum etiam præteritis Anachoretis, de quibus controversia non est, hîc solum de Cænobitis, quales sunt ex Ordine S. Benedicti, inquirendum est, utrum ipsi rectè appellentur monachi solitarii & solitariam vitam degentes.

Negat F. Romanus, sed refellitur.

Negat id quidem Fr. *Romanus*, prout supr. vidimus, sed frustra: illique reclamat Philippus Decius. *in authent ingressi. nu*. 5. *C de SS. Eccles.* ubi dicit *præmittendum est, quod monachi propriè dicantur illi, qui sunt de Ordine S. Benedicti, habentes bona in communi*; Ratio est, quia, ut tradit Suar. *tom*. 4. *de* „ *Religione tract*. 9. *lib*. 2. *c*. 2. §. 5. *iuncto libro* 11. *c*. 7. Religio à S. Benedicto in- „ stituta, *propriè & perfectè monachalis est: Nam finis illius solum est propria per-* „ *fectio ad divinam contemplationem & laudem ordinata, & comparanda per* „ *media vita monastica propria, ut ex decursu eiusdem Regulæ constat, in qua il-* „ *la, quæ pertinent ad divinum & canonicum officium & psalmodiam, expressius* „ *& distinctius tradita inveniuntur, quàm in aliis regulis Religionum ab Ecclesia* „ *approbatis: simul tamen in eadem regula artificia seu opera & labores monacho-* „ *rum commendantur. Nam in ea supponitur, statum illum non fuisse per se in-* „ *stitutum ad Clericorum ministeria, sed ad vitam purè monasticam, prout ante* „ *S. Benedictum in usu erat. Quocirca quantum ad finem & substantiam Reli-* „ *gionis spectat, non videtur fuisse diversum Benedicti institutum ab antiquis in-* *stitutis*

stitutis monachorum, quamvis fortasse in habitu fuerit diversum & ad certam regulam redactum.

Pro quorum intelligentia ex Suar. *d. tract. 9. lib. 1. c. 7. n. 2.*

Notandum est, quod Monachorum Etymologia solitudinem, atque adeo statum perfectionis indicet. *c. de præsentium. 16. q. 1. ubi per totam quæstionem* monachorum status dicitur & verè religiosus esse, & distinctus non solum à communi statu fidelium, sed etiam à statu clericorum, adeo ut olim monachi ad clericorum munera, & ordinationes regulariter non admitterentur, sed solum ex speciali causa aut necessitate. *c. si quis. c. si quem. c. cum pro utilitate. c. ne pro. 16. q. 1.* Vid. optimum Ambrosii text. *in lib. 3. Epist. 25 ad Vercellenses.* ex quo patet, ut ego noto, quod hic status duraverit usq; ad tempora S. Ambrosii, quo S. Eusebius Vercellensis Episcopus ex oriente redux in occidentem, ibi vitam monasticam cum clericatu conjunxit, post S. Gregorius, *lib. 4. Epist. 44.* monachos promoveri ad ordines post præfixa à sacris canonibus tempora statuit, & postea *in clem. 1. de statu monacho. §. ad amplificationem*, specialiter statutum est, ut ad ampliationem divini cultus, monachi ad admonitionem Abbatis se faciant ad omnes ordines sacros promoveri. Hoc verò quasi superadditum vel immutatum fuit in statu monachali.

Monachorum status verè Religiosus est & distinctus à communi statu fidelium, & clericorum.

Quando cæperit mistus esse.

Nec obest quod status monachialis nonnihil immutatus, quædam clericis propria participarit, imò cum statu clericorum regularium in iis omnibus, quæ spectant ad substantiam Religiosi status, videlicet in tribus votis Religionis, conveniat, quod alias monachi forent non veri religiosi, quod esset absurdum; Deinde etiam quod in quibusdam accidentalibus conditionibus Religionis v. c. in vita communi, & in ordinaria institutione, & observantia vitæ Religiosæ juxta modum cuiusque statui accommodatum, conveniat. Vnde D. Thom. *opusc. 19. c. 2.* Canonicos Regulares & Monachos ad paria censet in his, quæ sunt *communia omni Religioni*, ut sunt, *vivere sine proprio, abstinere à negotiationibus & officiis sæcularibus.* ac præterea si in communi loquamur, possent tam *monachi*, quàm *clerici Religiosi convenire in aliquo fine & Scopo talis status.* Nam utrique possunt intendere vitam purè contemplativam, ut notavit S. Thomas 2. 2. q. 189. art. 9. ad 2. & consequenter etiam possent *in multis mediis convenire, ut in exercitio orationis ac psalmodiæ*, ita & hoc modo sunt nunc in Ecclesia Religiones contemplativæ, non tantum monachorum, sed etiam clericorum.

Objection.

Nam respondeo, quod *nihilominus* hi duo status inter se differant, si Religio Clericorum consideretur uti per se *ordinatur ad divina ministeria etiam circa proximos administranda.* Itaque extendatur ad vitam activam *scil. ad ministeria spiritualia circa proximos exercenda.* Hæc enim sunt Clericorum *propria*, & ideo talis Religio dici potest per se & ex vi sui finis esse clericorum, non autem monachorum; Cum monachi per se & ex fine suo

Resp. & traditur, quæ sit differentia inter Clericos & Monachos.

non ordinentur ad docendum populum, & divina illis porrigenda sacramenta, nec ad hos fines Religio monachorum extendatur. D. Thom. *opusc.* 19. *p.* 2. *c.* 2. Vnde Pan. *in c. causam. de iudic. n.* 2. *Monachi* (inquit) *proprie & strictè dicuntur illi, qui virtute regulæ stant solitarii in monasterio nec immiscent etiam se Prædicationibus*; sic apparet quod hi duo status ex fine suo sint distincti. Nam status monachalis strictè acceptus contemplativus est, & simplex de se in illo ordine: quod patet inductione in præcipuis Ordinibus *Monachorum Carthusiensium, Benedictinorum, Cistertiensium, Camaldulensium*, &c. ideoque monachi, qui hoc institutum simplex, & purum conservarunt, *monachorum nomen* quasi *per antonomasiā* retinuerunt, alii verò sunt monachi *Mendicantes*, qui per *se* profitentur statum vitæ mixtæ ex contemplatione & spirituali actione, præsertim circa proximum impendenda coniunctum, ut patet etiam inductione. Siquidem *Ordines Prædicatorum, Minorum, Eremitarum S. Augustini & Carmelitarum* hoc genus vitæ profitentur. Nam *in choro* & divinis officiis contemplationi vacant, *quatenus* verò prædicationi, Doctrinæ aut Ministerio Sacramentorum insistunt, actionem participant. Suar. *d. lib.* 1. *c.* 8. *n.* 1. 2.

2. Deinde Religio Clericorum *differt* à Religione Monachorum strictè sumptorum, in ratione mediorum. Nam Religioni Monachorum, quæ per se solum vacat contemplationi, & divino cultui in sacris mysteriis, minus sunt necessaria studia per se loquendo, quàm Religioni Clericorum, quæ ad spiritualem actionem circa proximos per se ordinatur.

3. Hinc etiam *tertiò differunt habitu*, ut notorium est ex quotidiano usu, quod alius sit habitus monachorum, & alius Clericorum.

4. Demum *quartò* differunt in eo, quod vita monachorum regulariter seu ex suo genere sit austerior, quam Regularium Clericorum in his, quæ pertinent ad corporis tractationem, ut sunt *victus, vestitus, lectus, & similia.* Ita Canonici Regulares non tenentur abstinere à lineis indumentis & à carnibus, à quibus tamen Monachi iuxta *c. ad monasterium. de stat. monach.* abstinere tenentur. Vid. Innocent. III. *in c. quod Dei timorem. de Regular.*

5. Econtra *quintò* clericorum Religiosorum, qui vitam mixtam agunt, status est perfectior, quàm monachorum, simpliciter vitam contemplativam degentium, juxta S Thom. 2. 2. *q.* 188. *art.* 7. *in corpore.* Atque ex eo Asteran. *lib.* 6. *summ. titul.* 47. *§. sequitur videre de* 7. ubi definit, *quod opus vitæ activæ sit duplex, unum quod ex contemplationis plenitudine derivatur, ut Doctrina & Prædicatio*, de quo Sanct. Gregor. *hom.* 5. *super* Ezech. dicit, *quod de viris sanctis post suam contemplationem redeuntibus dicitur*, Psal. 144. *Memoriam suavitatis suæ eructabunt, & hoc præfertur simplici*

plici contemplationi. Sicut enim maius est illuminare, quã tantum lucere; ita maius est & perfectius ex contemplationis redundantia agere, quàm tantum contemplari, de quo vide latè Suar. *tom. 4. de Rel. tract. 9. lib. 1. cap. 6. Aliud opus vitæ activæ est, quod totaliter consistit in occupatione exteriori; ut eleemosynas dare, hospites recipere, & huiusmodi, quæ sunt minora operibus contemplationis, quanto spiritualia sunt corporalibus potiora, &c.* De priori, non posteriori opere vitæ activæ hic agitur.

Ex hisce differentiis omnibus orta est etiam in nominibus diversitas, quod nomen Monachorum juxta frequentiorem usum non tribuatur clericis Regularibus. *tot. caus. 16. q. 1.* quæ latè Suar. prosequitur. *d. lib. 1. c. 7. n. 6. 7. 8. 9. 10. & cap. 8. n. 2.*

Ex quibus deductis efficitur, 1. quod cum Benedictini Monachi ex Regula sua vacent orationi & Psalmodiæ, adeoque vitæ contemplativæ addicti sint, comparatione seu respectu Clericorum Regularium dicantur *solitarii*, non quidem in *solitudine*, quales *propriissimè* dicuntur *Eremitæ*, sed solitarii in *Monasteriis*, (quales sunt Monachi Cænobitæ teste Panorm. *in cap. causam. num. 2. de iudic.* ubi ait, *monachi verò propriè & strictè possunt dici illi, qui virtute Regulæ stant solitarii in monasterio, nec immiscent se Prædicationibus, nisi habeant administrationem, &c. & secundum communem usum loquendi illos appellamus Monachos de Ordine Sancti Benedicti habentes bona in communi &c.* Panormitano subscribit Barbos. *libr. 1. de jure. Univers. Eccles. capit. 41. num. 13.* de Anachoretis & Cænobitis agens. *num. 14. & sequentib.* subiicit. *Omnes vero*, inquiens, *generali nomine Monachi dicebantur, id est, soli, quamvis illi propriè id nominis sortirentur, qui in solitudinibus habitabant*, c. 1. juncta. gloss. 16. quæst. 1. Petr. Enric. cons. 67. num. 83. *Unde Sanctus Hieronymus* c. si cupis. eadem caus. & quæst. *ad quendam monachum scribens, dicebat, si cupis esse id quod diceris monachus, id est, solus, quid facis in urbibus, quæ utique non sunt solorum habitacula, sed multorum; & ideo hodie etiam monachos appellamus, qui soli vitæ contemplativæ operam navant, neque Prædicationibus aut aliis se immiscent, quales sunt* Cassinenses, Cistertienses, Carthusienses, Camaldulenses, aliique similes: *Nam illi qui contemplationi nedum insistunt, verum in actione præterea versantur, juvantes Episcopos & Clericos in Concionibus ac Sacramentis, non utique ex recto sermone appellantur monachi, sed Regulares, aut Religiosi* seu fratres, ut not. Panormit. *in d. c. causam quæ. num. 2. de jud.* Petr. Enri. cons. 67 num. 84. Istuc faciunt tradita à Caramuele. *in Theol. Regular. disp. 27. n. 307. in fin.* Hinc quando Monachos Benedictinos cænobitas respectu clericorum regularium vocavi *q. 1. c. 2. num. 4. 5.* solitarios, non illos statui Anachoretas, uti perperam & fallaciter vel

Romanus homonymia vetis solitarii laborat.

per

per homonymiam vel ignorationem elenchi. Fr. Romanus supra *cit. loco* asserebat.

§. IV.

Monachatus per se, non est ordinatus ad divina ministeria proximo impendenda.

RUrsum quando *dicta quæst. 1. Eclips. c. 2. sub n 5.* negavi ***monachatum per se ordinatum esse ad divina vel ecclesiastica ministeria***, potest illud *dupliciter* accipi 1. ut intelligatur ***de monachatu in genere***, prout is fuit constitutus ab initio suæ originis, & tunc manifestè constat, quod cum initio non habuerit per se adiunctum clericatum, non fuerit tunc per se ordinatus ad divina vel ecclesiastica peragenda ministeria, ut patet ex *tota caus. 16. q. 1.* atque ex S. Dionys. Areop. *de Eccles. Hierarch. c. 5.* ubi ***Monachi tertium & ultimum ordinem adducendorum obtinent***, minimè ***autem inter adducentes clericos*** referuntur, &c.

Atque ita etiam intelligendus est Suarez ***tom. 4. de Religion. tract. 9. lib. 1. cap. 7. n. 6.*** Deinde ut intelligatur de monachatu, quoad assumptionem clericatus posterioribus temporibus nonnihil aucto vel immutato; prout sup. ex S. Ambrosio atq; ex Suarez. *d tom. 4. De relig. lib. 1. c 7. n. 2.* inculcatum est, & quidem tum *speciatim de Ordine S. Benedicti loquendo*, licet ipse vi regulæ suæ *ordinetur ad divina peragenda ministeria, in orando*, psallendo Deũ, *quatenus ea spectant ad vitam contemplativam*: attamen vi regulæ suæ ***non ordinatur ad divina vel Ecclesiastica ministeria in prædicando***, administrandis sacramentis proximo nostro, *seu quatenus ea spectant etiam ad vitam activam* ***ex contemplationis plenitudine redundantem***, ut palam est ex supra deductis. Atque expressè docet Laurentius de Rodulphis, ***in c. monachi. 16. q. 1. nu. 14.*** ubi ait; *Monachi non debent claustris exire, nec curam animarum gerere, sed semper Psalmis, orationibus, & manualibus operibus insistere*; Atque ita ***non simpliciter & absolutè*** monachatui negantur. *d. loc. Eclips.* Divina vel Ecclesiastica ministeria, ***sed ea duntaxat, quæ competunt Clericis Regularibus***; prout patet ex utrorumque oppositione. ***Oppositorum autem opposita est ratio & consequentia***, ut docet Philosophus, & inculcatur à ***ICtis in l. & si contra. de vulgar. l pen. C. de solut. l fin. § fin. ff de legat. 3.*** Everard ***à contrar. ad vers. pugnantibus seu oppositis n. 7 8. p r l qui accusare ff. de accusat.*** Hinc patet, quomodo F. Romanus, vel amphiboliâ ex acceptione ordinationis ad divina ministeria, exortâ, vel etiam ignoratione Elenchi lectorem fallat.

Ordo S. Benedicti per se ordinatur ad divina ministeria, prout ea spectant ad vitã contemplativã non verò mixtam.

Neque his obstat, quod *Benedictinis* sæpius cum magno fructu Ecclesiæ commissa fuerint ministeria Ecclesiastica, & spiritualia circa proximum exercenda, quæ ipsi rectè susceperint; Siquidem ad ea exercenda vel admittenda

Instantia Fr. Romani occurritur.

renda vi suæ regulæ, seu ex instituti sui *fine intrinseco per se*, de quo nobis solum sermo est, non fuerunt ordinati, sed solum *ex fine* aliquo sui instituti *extrinseco per ordinationem* extrinsecam & destinationem Superioris deputati; sicut etiam ad administrandos varios Episcopatus varii ex illo Ordine laudabiliter sunt adhibiti: Nemo tamen propterea dixerit, Monachos Benedictinos ex vi suæ regulæ & fine intrinseco sui instituti esse ordinatos per se ad Episcopatus administrandos. Nemo non agnoscit, ejusmodi Episcopatuum administrationem d. Ordini Benedictino esse extrinsecam. Certè F. Romanus agnoscet, se non propterea ingressum Religionem Benedictinorum, ut sit aut creetur Episcopus? quod alias dicendum, si ex vi Regulæ suæ hoc illi competeret; Vnde patet, quod F. Romanus aliter argumentando committat fallaciam accidentis.

Notandum tamen hic præterea, quod *ministerium* etiam significet officium Ecclesiasticum, uti not. Canon. *in c. nulla Ecclesiastica ministeria. 2. de concess. preb.* illudque à *statu* differat; Cum *ministerium* seu officium Ecclesiasticum per se ordinetur ad aliquas actiones communes, & ordinarias ad utilius Regimen Ecclesiæ alicuius, & ad illas exercendas ius seu facultatem conferat, ut Pastoribus aut Doctoribus dari solet; at verò *status* per se sufficienter ordinatur ad utilitatem eius, qui in tali statu constituitur, & ad opera huic convenientia non propriè ius aut facultatem moralem, sed potius commoditatem confert, vel etiam obligationem addit. Suar. *tom. 3. de Religion. in proœm. n. 3.* *Ministerium & status differunt.*

Vnde patet, perperam à F. Romano ex eo, quod quis obligetur ad Chorum, colligi, quod etiam ius habeat standi in Choro; cum aliud sit debitum standi in Choro, & aliud ius. Deinde *ius ad stallum* certum in Choro non idem est, quod ius standi in Choro *ut in tract. 2. resol. q. 1.* visum est, ut hæc proinde tanquam Synonyma malè & falsò à Fratre Romano proponantur.

Cæterum quod F. Romanus asserat, in Monastériis Benedictinorum omnia plerumque Sacro Sancta Ecclesiæ Catholicæ Sacramenta (Confirmatione & Ordinum maiorum collatione excepta) per Regulares administrari, nihil pro ipso ad rem facit. 1. Quia hoc Monachis per se vi suæ regulæ & finis intrinseci sui instituti non competere patet ex definitione Calixti Papæ II. *in c. interdicimus. 16. q. 1.* & arguit ipsa particula *plerumq;*, quâ ipsemet F. Romanus utitur. Hæc enim vel Ordini isti accidens illud esse ostendit, vel arguit Ordinem istum nec ubi vis nec semper Regulam sui instituti (si eò spectaret) observare.

Taceo, quod Monachis Benedictinis per se vi suæ Regulæ in fideles exteros nulla competat potestas Iurisdictionis Ordinariæ vel delegatæ. *d. c. interdicimus. clem. Religiosis. 1. de privil.* Vnde etiam per se vi suæ Regu-

læ secluso omni privilegio, concessione tacitâ vel expressâ, non habent *baptisterium*, nec poterunt fideles alicuius parochiæ vel Episcopatus *solenniter baptizare*, illis sacramenta *Eucharistiæ*, vel (posita potestate ordinis Sacramentalis) pænitentiæ & absolutionis, juxta *c. omnis utriusq; de pœnit. Concil. Trident. Sess.* 23. *de reform. cap.* 15. Extremæ unctionis. *d. Clem. Religiosis.* 1. *de privileg.* administrare, nec eorundem matrimoniis contrahendis assistere, idque sub pœna Excommunicationis. *d. Clemen. Religiosis.* 1. *de privileg.* Cum hi sint actus pastoris & curam animarum habentis, & quidem certi Ordinis, quos alius propria authoritate exercere non posset, vel si de facto exerceret, usurparet sibi alterius Iurisdictionem in re gravi, etiam cum animarum periculo contra pacem & debitam gubernationem, ut in puncto Eucharistiæ administrandæ deducit Tamburin. *Tom.* 2. *de Iure Abbat. disput.* 5. *q.* 3. *num.* 1. ex Suar. *tom.* 3. *in* 3. *part. D. Thom. disputat.* 72. *sect.* 2. Idem Tambur. *d. tom.* 2. variis disputat.

Deinde quia Benedictini insuper destituuntur potestate Ordinis Episcopalis, uti notorium est; Cum vi Regulæ suæ non consectentur Episcopi; hinc nec ullum confirmare, nec alicui sacros Ordines conferre poterunt; Cum hi actus propriè sint Ordinis Episcopalis. Tamburin *tom.* 2. *de iure Abbat. disput.* 2. *q.* 1. *num.* 2. *ex Concil Triden. sess.* 23. *de sacram. Ordin. can.* 4. *& c. perlectis. vers. ad Episcopum.* 25. *dist. c. quamvis.* 68. *dist. cap.* 1. *de Ordin. ab Episcop.* Vide latè probantem D. Thomam. 3. *part. q.* 65. *art.* 3. *arg.* 2.

Nihilominus ipsi in extrema necessitate baptismum privatum, sicut quivis alius; vel etiam Sacramentum pænitentiæ, si sacerdotes sint, administrare possent, vel etiam si illis privilegio aliquo vel aliqua alia facultate aut commissione daretur jurisdictio ordinaria vel delegata ab eo, qui eam vel dare vel committere haberet, vel posset, aut etiam si parochi accederet licentia, possent pro cuiusque tenore vel concessionis aut licentiæ datæ latitudine vel restrictione, dummodo sacerdotes essent, accedente sui superioris, si præsens sit, authoritate, juxta not. Tamburin. *tom.* 2. *disput.* 6. *q.* 15. solenniter baptizare, Sacramenta Eucharistiæ, confessionis, extremæ unctionis administrare, matrimonioque assistere, quod tum vel *maximè* procedet, ubi aliquis populosus locus pleno jure cum omnimoda exemptione Abbati tanquam Episcopo ex consuetudine vel aliqua alia ratione subiectus esset; quia eo casu Abbati jurisdictio competeret ordinaria, ex qua consequenter hos & similes actus exercere posset, *d. clem. Religiosis.* 1. faciunt not. Tambur. *tom.* 2. *de iure Abbat. supr. d. disp.* 6. *& alibi per plures disputationes*, quas longum esset huc omnes transferre.

Aliqua privilegia. Similiter ex speciali Sedis Apostolicæ facultate & privilegio *antiquitus* concessum fuit Abbatibus, ut ipsi primam tonsuram, *juxta c.* 1. *&* 2. *distinc.*

distin.69, c. cum contingat. de atat. & qual. ac duos ex quatuor Minoribus Ordines, nempe *Ostiariatum* & *Lectoratum*, non verò *Acolytatum* & *Exorcistatum* suis Regularibus vel etiam aliis sibi subditis conferre possent, *c. quoniam. 69. dist. c. Abbates. de privil. in 6.* Marchin. *de Ordine, tract. 1. part. 2. cap. 10. num. 8.* eò quod in præfatis juribus Abbati detur potestas conferendi lectoratum; ergo & simul ostiariatum; cum hunc ille tanquam superior & maior supponat; adeoque hic obtineat regula, *cui licet quod maius est, non debet, quod minus est, non licere l.* non debet 21. ff. de R. I. l. Marcellus. ff. de donat. mort. caus. *aut, cui conceditur, quod maius est, utique & minus concedi videtur.* l. filiusfamil. §. fin. ff. de donar. quia in eo, quod plus sit, semper inest & minus l. in eo. 110. ff. de R. I. Non verò detur potestas conferendi exorcistatum & Acolytatum; eò quod hi Lectoratu sint majores & superiores, atque alias in exorbitantibus à jure communi de permissis ad non permissa non procedat argumentatio, *per reg. quæ à iure. de R. I. in 6. & ibi.* Ioan. Andr. *in Mercur. circa fin.* Vid. Everard. *in loc. à minori sub n. 4.* nec fiat extensio, per not. Salicet. *in l si servi n. 5. C. de noxal. act.* *Circa Ordines & primam tonsuram.*

Hodiè ex jure novo Concilii Tridentini *sess. 23. cap. 10. de Reformat.* ipsis Abbatibus tributa est facultas quatuor d. minores ordines suis conferendi. Marchin. *d tract. 1. part. 2. c. 10. num. 8.* Tamburin. *d. tom. 2. de iure Abbat. disput. 2. q. 1. num. 3. 4. 6.* tradit, singulorum Abbatum privilegia esse de iis inspicienda. *Differentia iuris antiqui & novi.*

Vt autem hi Abbates suis Regularibus minores Ordines conferre possint, requiruntur ex parte ipsorum ordinantium tres conditiones, & una ex parte ordinandorum. *Ex parte ipsorum Abbatum ordinantium* requiritur 1. ut Abbatias habeant in titulum, non autem in commendas, *iurib. supra dd.* sintque re ipsa benedicti. *d. c. 1. dist. 69. d. c. cum contingat. de atat. & qual.* cuiusmodi benedictio fit per manus impositionem, vel certè tertiò benedictionem ab Episcopo humiliter petiissent, nec eam obtinuissent. *c. 1. de suppl. neglig. prælat.* vel etiam jure recentiori ex speciali Sedis Apostolicæ indulto, & constitutione Eugenii IV. *in privilegio 6.* Cistertiensibus de observantia *in Hispania* concesso *Anno* 1457. uti notat Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 2. cap. 29. q. 7. num. 17.* etiam non benedicti, imò nec benedicendi, uti est Abbas triennalis, & alii qui ad tempus creantur, quibus non impenditur benedictio (eò quod hæc sit quasi perpetua & indelebilis & idcirco non detur propter officium temporarium) possent Ordines illos conferre: Quod idem privilegium *Iulius II.* extendit Anno 1507. Idib. Iul. ad Congregationem Vallis Umbrosæ. Tamburin. *d. disput. 2. q. 23.*

2. 2. Conditio est, ut Abbates sint *Sacerdotes*; quia potestas spiritualis super corpus Christi mysticum & conferendi Ordines, supponit potestatem super Corpus Christi verum. *c. ex literis. de Excess. pral.* Hæc autem potestas solis convenit sacerdotibus. Tambur. *d. q. 2. nu. 3. 4.* Alia ratio Tamburin. *cit. loc.* & Bonacin. *quod* nimirum, *qui non habet Ordines, non possit conferre Ordines*, eòquod nemo plus juris in alium conferre possit, quàm ipse habeat. *l. nemo plus. ff. de R. I.* Atqui non sacerdotes non habeant Ordines, igitur &c. non concludit, nec *Minor* illius absolutè est vera; quia licet non sacerdos non habeat sacerdotium, tamen si haberet minores, subdiaconatum & diaconatum, videretur exinde eos conferre posse; atque ita Innocentius *in c. quanto. de consuet.* tradit, constitutum in aliquo Ordine ex Pontificis delegatione posse aliis eundem ordinem conferre, quo ipse est initiatus, & omnes alios Ordines inferiores, non autem superiores; atque ita *Sacerdotem* posse conferre omnes Ordines; *Diaconum* Diaconatum, Subdiaconatum & minores; *Subdiaconum* Subdiaconatum & minores, & sic de cæteris. Vid. Marchin. *d. tract. 1. part. 2. c. 13 n. 2.*

3. 3. Conditio secundum Marchin. *d. tract. 1. part 2. c. 10. n. 7.* est, ut Abbates sint mitrati, seu habeant jus ferendi annulum, mitram & baculum pastoralem; alias si una harum conditionum deficiat, ordinatio ab iisdem Abbatibus facta, sit irrita. *per c. Abbates. de privil in. 6.*

Hinc infertur, quod nec Abbates Commendatarii, nec simplices, seu nō mitrati, nec Prælati Ordinum Mendicantium, licet cum aliis Ordinibus nō Mendicantibus in Privilegiis communicent, validè ac licitè Ordines minores conferre possint. Marchin. *d. c. 10. n. 5.* contra Francisc. Marc. *decis. 1082. num. 9. libr. 1.* affirmantem, *de iure competere eam facultatem ordinandi Prioribus & Guardianis, ut suis subditis primam tonsuram conferant.*

Illud tamen extra controversiam est, quod Summus Pontifex collationem minorum possit alicui simplici etiam Sacerdoti committere. Vid. Marchin. *d. tract. 1. part. 2. c. 13. n. 1.* quam ibidem Abbatibus & Presbyteris Cardinalibus ex consuetudine tribui asserit.

Ex parte Ordinandorum ab Abbatibus requisita conditio. Deinde *ex parte ordinandorum* requiritur, ut supra d. Abbates Ordines Minores *propriis Monachis* seu *suis* duntaxat *Regularibus* conferant, *juxta d. c. quoniam. 69. dist.* Tambur. *d. loc.* Barbos. *de Offic. Episc. allegat. 3. n. 14.* Francisc. Marc. *d. decis. 1082. nu. 2. lib. 1.* Layman. *lib. 5. Theol. Moral. tract. 9. c. 9. n. 2.* uti decisum refert Piasæ. *in prax. Episc. part. 1. cap. 1. num. 6.* Non verò aliis Clericis sæcularibus etiam sibi subditis; Cum quoad hos Concilium Trid. *d. sess. 23. c. 10. de Reform.* privilegio Priorum Canonum derogasse videatur.

Controvertitur. 1. Opinio. Nihilominus Thomas Sanch. *in opusc. tom. 2. lib. 7. c. 1. dub. 19. n. 20.* juxta Dianā *in moral. Resol. part. 4. tract. 4. Misc. resol. 147. per tot.* probabiliter putat privilegium contrarium Abbatibus pro ordinandis sibi subditis sæculari-

bus

bus concessum per *istam clausulam derogatoriam generalem* **Concilii Tridentini** non esse sublatum; eo quod illud sit insertum, & clausum in corpore Iuris. *supr. cit. c. cum contingat. de ætat. & qual. c. Abbatibus de privileg. in 6.* & quidem concessum à Generali Concilio, nempe Synodo VII. *in c.* 14. *relata in c. quoniam. 69. dist.* Atqui privilegium clausum in corpore Iuris & concessum à Concilio Generali, non intelligitur revocatum, nisi de eo specifica, & individua fiat mentio, videlicet non obstante lege aut constitutione in aliquo Concilio generali statuta. *c. in parte. c. ult. de capell. monach. c. nonnulli. de rescript.*

Econtra huiusmodi opinionem minimè probabilem existimat Marchin. *de ord. tract. 1. part. 2. c. 10. num. 9.* eo quod dispositio generalis, quæ non potest verificari, nisi in una specie, censeatur esse specialis, specifica & individua. *l. si optio ff. de option. leg. l. 2. & ibi* Bald. *de lib. & posthum.* In casu autem proposito dispositio Concilii Trid. *d. sess. 23. c.* 10. derogatoria generalis nō potest verificari, nisi in una specie, *nimirum* quando Abbates vellent sæcularibus sibi subiectis conferre primam tonsuram, & minores ordines, iuxta primum privilegium. *ex supr. cit. c. quoniam. c. Abbates*, cum nullus alius casus ab eo diversus dari vel assignari possit ex ullo privilegio. Igitur dispositio illa derogatoria in casu illo proposito censebitur specialis, specifica, & individua. Consequenter dispositio illa erit ad illam derogatoria, seu illi derogabit. Cum verba alicuius dispositionis ita semper intelligi debeant, ut aliquid operentur. *l. si quando. in princ. de legat.* 1. & derogatoriæ dispositionis verba nihil aliud operari possint, quàm ut derogent, argumento à coniugatis deducto; ut cui convenit aliquid, illi etiam coniugatum seu derivatum possit sociari, & contra, cui non convenit, nec illi coniugatum possit sociari aut iungi. *l. 1 §. pactum. ff. de pact. iunct. ca. pactum de verb. sig.* Everhar. *ab Etymol n. 15.* Verum cum ex declaratione Cardinalium. *in d. c. 10. sess. 23. Concil. Trid.* ordines collati subditis Clericis ab Abbatibus, non veniant iterandi, sed dispensatione indigeant; dicendum est, validè eos ab Abbatibus conferri, sed non licite.

2. Econtra horum opinionē refellit Marchin.

An autem Abbas sui monasterii novitiis minores ordines conferre possit.

An Abbas Novitiis suis minores Ordines conferre possit. Negat Marchin.

Negat quidem Marchin. *de ord. d. tract. 1. part. 2 c. 10. n. 10.* quod verba in dubio in propria significatione sint accipienda, *l. non aliter ff. de legat. 3.* Verbum autem *Regulares*, quo utitur Concil. Triden *d. loco*, in propria significatione denotet eos, qui sunt propriè Religiosi, prout videtur requirere Concil. Trid. *d. c.* 10. Cuiusmodi non sunt Novitii. *Deinde* voces (subditi sui) videantur hic involvere jurisdictionem, per not. Luc. de Penna. *in l. omnes Iudices. col. 5. C. de decur.* Cassan. *in consuet. Burgund. Rub. 1. des Iustices, & droicts, d'icelles. §. 4. le droict de Iudice. in text. est sur les hommes subiects. n. 8.* cujusmodi jurisdictionem requirit. *d. c. quoniam abbates*, quam ab-

Rat. 1.
Rat. 2.

absolutè & plenè prælatus in ipsos novitios non habet, quoad ordines suscipiendos, sed solum hi quoad gubernationem aliquam in munere probationis Prælato subsunt. Huicque opinioni subscribunt Henric. *in summ. lib.* 10. *cap.*23. §.3 *in comment. lit. G.* Ludovic. Mirand. *in manual. prælat. tom.*1. *q.*38. *art.* 9. *concl.* 2. *in fin.* Suar. *de cens. lib.* 4. *cap.*13. *num* 5. *& alii citati* apud Barbos. *in c. Abbates. num.* 9. *de privil. in* 6. *& allegat* 3. *de offic. Episc. part.* 2. *num.* 8.

Contra affirmant alii. At contra sentiunt. Suar. *tom.* 4. *de rel. tract.* 8. *lib.* 2. *c.*29. *num.* 12. Rebuff. *in praxi benef. part.* 1. *tit. de Clericis. num.* 18. Layman. *in Theol. mor. lib.* 5. *tract.* 9. *cap.* 9. *num.* 2. quia eiusmodi facultas novitios minoribus Ordinibus initiandi jure antiquo competebat Abbatibus illis, qui Pontificalia gerebant insignia. *d. c. Abbates. c. quoniam.* Ergo & hodierno jure etiam obtinebit, cũ quoad hoc expresè jus antiquum nõ reperiatur correctum; Quod autem expresse correctum non est, quare stare prohibetur? *l. si quando. C. de inoff. testam. l. præcipimus in fin. C. de appell. l. sancimus C. de testam.*

Confirm. Deinde ut Iura juribus concordentur, & non inducatur correctio legis, verba, quoad fieri potest, & ipsa patiuntur, interpretatione aliqua sunt adjuvanda. *C. de novo Codice faciendo. §. quibus. l.* 2. §. *contraria. C. de veter e Iure enucleando*, ideoque pro re subiecta, eique magis apta accipi debent. *argum. l. eas causas. ff. de cond. & demonstr.* Surdus *cons.* 245. *num.* 11. *c. quæ de Iure de R. I. in* 6. *l. quod uni contra. ff. de legat.* 2. Gœdd. *cons.* 26. *num.* 122. *vol.* 1. *Marp.* Unde vel restringuntur. *l. item veniunt.* §. *pervenisse, junct. l. verum. ff. de petit. hæred. Rubr. junct. nigr. ff. ne vis fiat ei*: vel si opus est, impropriantur, ut not. *in c. cum expediat. de elect. in* 6. *l. si olei. C. de locat. conduct.* Vide *Ioan.* Hannibal. *in repetit. l. post contractum. n.* 330. *ff. de donat.*

Rationibus. Hinc verba illa *Regulares subditi*, quibus utitur Concilium Tridentinum. *d c.* 10. non *propriè & strictè*, sed *impropriè* etiam & largè, prout in materia favorabili privilegii ac beneficii principalis fieri solet. *l. beneficium. ff. de constit. pe: un. c. cum dilecti. extra de donat. c. cum olim extra de V. S.* accipienda erunt, In huiusmodi autem larga significatione etiam *Novitii* veniunt appellatione Regularium. Barbos. *in tract. de appell. utriusque Iuris. appell.* 233. *nu.* 16. glo. *Verb. religiosus in clem.* 1. *de elecli:* ubi notatur, quod & Cancellaria Apostolica *Novitium* vocare soleat Monachum. Igitur &c.

Quæ contra à Marchino moventur, facilè ex modo deductis diluuntur. Nam attento, quod verba in dubio secundum subiectam materiam

Resp. specia-tim ad 1. eique magis aptam significationem sint accipienda. *argum. l. eas causas. ff. de condit. & demonst at.* Alexand. *cons.* 22. *num.* 5. *vol.* 1. *per l. insulam. ff. de præscr. Verb.* Gœdd. *cons.* 26. *num.* 122. *vol.* 1. *Marpurg.* ut evitetur Iurium correctio, Surdus *Consil.* 245. atque in hac materia beneficii principis aptissima foret significatio, si verbum *Regularibus*, quo utitur Concil. Triden-

dentinum *latissimè* accipiatur, adeoque Novitios comprehendat. Ita & de aliis hisce verbis *subiectis Juis*, erit philosophandum, ut non *strictè* sed *largè*, non pro verè & perfectè necessarioq; subditis, sed pro subditis voluntariè Iurisdictionem Superioris prorogantibus, ob rationem antecedentem, accipiantur. Vide & Caram. *in Theologia Regulari disputat.* 131. *num.* 1633.

Quod F. Romanus *supr. cit. loc.* de commissa aut committenda Abbati vel etiam simplici sacerdoti, alicuius maioris aut sacri ordinis v. g. *subdiaconatus*, & *diaconatus* collatione recitat, non usque adeo certum, sed ut notat Suar. *tom.* 4. *de rel. tract.* 8. *lib.* 7. *cap.* 29 *q.* 9. *n.* 24. controversum est, *utrum possit à Papa eiusmodi commissio fieri.*

Illud certò constat, quod aliquando, nimirum Anno 1489. Abbati Cistertii & aliis quatuor Coabbatibus ab Innocentio VIII. privilegium conferendi ordines subdiaconatum, & diaconatum commissum fuerit, ideoque credendum sit, Iure id etiam factum esse, quamvis in ratione & modo explicandi illud jus, posset esse varietas. Attamen illud privilegium per Concil. Tridentinum. *Sess.* 23. *de reform. cap.* 10. & 12. sublatum esse intelligitur. Siquidem *in d. cap.* 10. Abbatibus duntaxat conceditur, ut suis subditis Regularibus primam tonsuram & quatuor minores conferre possint, Ergo hos speciatim Abbati concedendo, videtur ipsum Concilium reliquos majores illi denegare. *l. maritus*, C. *de procurat. c. nonne. de præsumpt*, cum unius inclusio sit alterius exclusio. *l. cum ita* 63. *ff. de condit. & demonstrat. l. Pomponius.* 40. *§. sed & is*, *qui ff. de procur.* *Per Concilium Trid. abrogatum iuxta Suar.*

Deinde *in cap.* 12. Episcopis tribuitur cura eligendi & examinandi „ dignos ad sacros ordines, ac subditur, *Regulares quoque, nec in minori* „ *ætate, nec sine diligenti examine Episcopi ordinentur, privilegiis quibuscun-* „ *que, quoad hoc penitus exclusis.* Ergo videtur velle Concilium, quod Re- „ gulares in sacris nonnisi ab Episcopis sint ordinandi, quibuscunq; contrariis „ privilegiis derogatis, prout erat illud, quod Cistertiensi Abbati & quatuor „ Coabbatibus fuerat ab Innocentio VIII. concessum. Hæc Suar. *d. loc.* ex sen- „ tentia Navarri. *lib.* 5. *cons.* 15. *tit. de privileg*: Roderic. *qq. Regular. tom.* 1. „ *q.* 18. *art.* 4.

Cui non obstat, quod eo privilegio modò dicti Abbates utantur. Siquidem eorum Abbatiæ in Gallia constitutæ sunt, ubi hactenus d. Concil. Tridentinum non fuit receptum, ut videre est apud Tambur. *tom.* 2. *de Iure Abbat. disp.* 2. *q.* 6. *n.* 1. *Obj.* 1. *Resp.*

Neque etiam obstat, quod in *d. verbis Concil. cap.* 12. revocatio non adeo videatur expressa; posset que etiam responderi, verba allata. *d. c.* 12. duntaxat ipsas conditiones ordinationi, quando ea ab Episcopo est fa- *Obj.* 2. *Resp.*

est facienda, prævias concernere, statuique, ut ex sub prætextu alicujus privilegij non omittantur, ideoque adjunctam esse clausulam derogatoriam ad ejusmodi privilegia contraria, non verò ad aliam illam facultatem Abbati Cistertiensi datam, præterquam quod revocatio legis aut privilegii non fiat per repetitiones, subauditiones, & tacitos intellectus. Everard. *in loc. à ratione legis larg. n.15.* gloss. sing. approbata per Dd. *in c. cupientes.* §. *quod si per viginti in verb. petere. de elect. lib.6.* nec per argumentum à contrario sensu, nec per dictionem taxativam (tantum, solum &c.) intelligatur facta; ut est *text. iunct. gloss. in l. ob as C. de p. ad min. &c.* Ita *Everard. d. loc.*

Ex quo capite licet Tamburin. allegando simul Coningk. *de Sacram. disput. 20. de Sacram. ordinis. dub 9. n. 91.* et Caramuel. *in Theol. Regulari post disput. 129. ad textum Regulæ S. Benedicti cap. 62. n. 1626.* cum Philiberto existiment, d. privilegio per Concilium Tridentinum non esse derogatum; Unde Caramuel. *d. loc.* contrarium improbabiliter asseri tradit, idque propter hodiernam praxin, quæ etiamnum vigeat.

Attamen respondendum est, quod quando privilegiũ aliquod juri communi repugnat, aut ab illo est valdè exorbitans, cujusmodi est illud præmissum, tunc per sequentem legem generalem contrariam cum clausulâ derogatoriâ, censetur etiam illi esse tacitè derogatum. Suar. *d. loc.* Menoch. *6. præsumpt. 38. n. 39. 40. & præsumpt. 40. n. 25. 27. &c.* De praxi contraria jam ante responsum est. Vtrum autem Summus Pontifex alicui simplici Sacerdoti potestatem conferendi subdiaconatum & diaconatum extraordinariè committere possit, Marchin. *d. tract. 1. part. 2. c. 13.* contra communem Theologorum sententiam affirmat cum Angelo *verb. Ordo. 2.* Victoria *de sacram. Ordinis n. 134. & 135.* Vivaldo in candelabro aureo de Sacramento Ordinis tit. de Ministro. §. octavo si Papa, Dd. apud Vasq. *tom. 3. in 3. part. disp. 243. c. 4.* glo. *in c. pervenit. dist. 95.* Panorm. *in d. c. quanto. d. c. consuet. n. 4.* Ex Gelasij l. *Epistol. 1. c. 8.* Et ratio est, quia simplex Sacerdos ex Summi Pontificis Commissione potest sacramẽtum confirmationis conferre. Ergo & ordinis. Consequentia probatur, quia potestas confirmandi ita est propria Episcopi sicut & Ordinis. Ergo à pari, quod in uno asseritur, de altero etiam statutum censebitur. Idem de sacerdotio affirmat Marchin. *d. loc.*

Sed his omissis, ex supra deductis patet, quod quando F. *Romanus* ea, quæ Abbatib. aut aliis Religiosis purè contemplativâ vitã sectantibus duntaxat *ex concessione & privilegio speciali* Summi Pontificis, aut aliàs tribuuntur; huc allegare videtur, quasi hæc & similia *iis vi regulæ suæ, ac finis intrinseci sui instituti* competant; vel impertinenter omninò, vel fallaciter admittendo fallaciam accidentis, proponat; si quidem velit Lectori persuadere, ut credat monachatum *per se* ad divina ministeria circa proximos fideles in prædicationibus, confessionibus excipiendis, instructione juventutis & sacramentis administrandis &c. ordinati. Quin illi etiam à Cistertiensibus

sibus

ßbus apud S. Petrum Cluniacensem. *lib. 1. Epist 28. §. Ecclesiarum Parochialium*, tum & ab ipso S. Petro Cluniacensi *ibidem* contradicitur.

Ne autem ullus ambigendi locus relinquatur, advertendum est ex D.Thom. *1. parte. q. 36. a. 3. in corpore, & q. 115. a. 6. in cor.* particulam *per se*, quæ additur ordini, respicienti divina ministeria, referri posse vel ad principium operandi, vel ad ipsum effectum, Ita ut vel respiciat *ipsum operans* perfectum & absolutum, quod secundum se, & qua tale tum finaliter intendat, tum efficienter sine ullius alterius concursu operetur ac producat illum effectum; Vel respiciat duntaxat *ipsum effectum*, qui ab illo quidem operante, sed ab alio principaliter aut movente aut cooperante producitur. In præsenti verò casu particula, *per se*, respicit ipsum monachum, qua talem, seu ut habet monachatum operantem; & constat, quod ipse ex se moraliter non sit ordinatus & institutus ad hoc, ut exerceat simul opera vitæ activæ, prout illa ex abundantia contemplationis dimanant, cum ex fine intrinseco Regulæ S. Benedicti assumptæ, pateat, quod monachatus, adeoq; & monachus duntaxat pure ad vitam contemplativam sit introductus.

Consequenter, si monachus se immisceret actibus vitæ activæ. *v. c. cōtionibus & confessionibus exterorum*, non id ipse *per se*, seu ex parte principij operandi sibi ex Regula aut instituto suo convenientis, sed *per accidens*, ex concessione, delegatione superioris Domini committentis, aut alias ex alterius permissione pro cuiusque actus natura vel qualitate præstaret. At inde nonnisi fallaciter, vel ex amphibolia vocis, *per se*, vel ex ignoratione Elenchi concludetur, Monachum, per se, seu qua talem ex fine sui instituti intrinseco ordinatum, seu destinatū esse, imò reipsa pręstare opera vitæ activæ. Hoc enim notoriè Regulæ S. Benedicti & instituto etiam moderno Monachali, purè vitam contemplativam sectanti, repugnaret, per not. Tamburin. *tom. 2. de Iure Abbatum disp. 24. q. 5.* ubi refert ordinem, qualiter eum Monachus in monasterio religiosè ac studiosè conservare, ac Domino militare debeat, editum à sanctissimo Patre Benedicto, atque ex Regulis ejusdem S. Benedicti *ibidem allatis à cap. 8. usque ad 19. collectum.* Barbos. *lib. 1. de jure univers. Eccles. c. 41. nu. 14.* Panorm. *in c. causam. n. 2. de iudic.* ac Laurent. de Rudolphis *in repet. c. Monachi. 16. q. 1. n. 14.* ubi ait, *monachi non debent claustrum exire, nec animarum curam gerere, sed semper Psalmis, Orationibus, & manualibus operibus insistere.* prout jam supra aliquoties fuit inculcatum.

Quod addit F. Romanus, in indice, verb. *monachi*, quod *monachi Benedictini plus valent peccata Christianorum solvere, quam presbyteri sæculares*, eumque in finem affert decretum Bonifacii IV. *in aulæo. §. 17. nu. 132. p. 563.* in eo videtur ipse corrumpere sensum Bonifacii IV. qui (ut patet ex antecedentibus verbis, sequentia declarantibus. iuxta Everard. *in loc. à ratione legis n. 4.*) hic non loquitur de potestate absolvendi, quam videtur F. Romanus in in- *F. Romani obj.* *IV. discutitur.*

in indice intelligere, sed de conditione in Monacho sacerdote à peccatis absoluturo requisita, ut nimirum plus valeat authoritate, quo peccata absolvat, quam presbyter sæcularis; ait enim ipsomet F. Romano teste. *n.*132. Bonifacius IV. *oportet* eum (monachum sacerdotem) *maiorem solicitudinem habere, & pro peccatis hominum orare, & plus valere peccata eorum solvere, quā presbyteri sæculares, quia hi secundum Regulam Apostolorum vivunt, & eorum sequentes vestigia communem vitam ducunt.* At F. Romanus per amphibolium, verba *plus valere*, quæ per verbum *oportet* referebantur ad subjecti cōditionem requisitam, refert ad obiectum *solvere peccata*, vel ad solutionem à peccatis. Deinde huiusmodi acceptio F. Romani *dupliciter* intelligi potest, *primò* ut velit *oportere* monachum Sacerdotem habere potestatem tam extensivè quam intensivè majorem solvendi peccata, quam secularem presbyterum. 2. Vt referatur ad potestatis effectum, ut velit potestatem monachi solventis peccata, sequi maiorem gratiam remissivam peccati. *Vtraque* acceptio absurda est; *prior* ex eo quod citra nllum canonem, ullamque legē velit necessarium esse, ut monacho detur extensivè major potestas solvendi peccata, quàm presbytero seculari; absurdum autem est sine lege loqui, Auth. *de Triente.* §. *consideremus in fin.l.illum.C.de collat.l.quæsitum.* §. *Sabin. ad Trebell. posterior* ex eo, quod ita gratia remissiva peccati in sacramento pænitentiæ *non ex opere operato*, sed *opere operantis* videretur conferri maior aut minor, pro absolventis dispositione, quod sane Theologorum Doctrinæ repugnat. Nam licèt devotio ministri aliquid operetur impetrando, non tamen effectum sacramentorum, sed aliquid ei annexum. S. Thom. 3. *parte. q.* 64. *artic.* 1. *ad.* 2. & *q.* 82. *art.* 6. *in O.* priori enim in loco ait: *nihil tamen prohibet, quin devotio viri iusti ad hoc aliquid operetur; illud tamen, quod est sacramenti effectus, non impetratur oratione Ecclesiæ vel ministri, sed ex merito passionis Christi, cuius virtus operatur in sacramentis, &c. Vnde effectus sacramenti non datur melior per meliorem ministrum. Aliquid tamen annexum impetrari potest recipienti sacramentum per devotionem ministri. Nec tamen minister illud operatur, sed impetrat operandum à Deo.* Idem quoad rem ipsam etiam S. Thomas tradit *in posteriori* loco, sed SS. missæ sacrificio applicatum. Quare istud non repeto.

F. Romani error circa decretum Bonifacii IV. detegitur.

De Missa solenni.

Quod de *Missa maiori aut solemni sacro* affert Fr. Romanus, non est, quod de ea multum iactet, quia illa à Benedictinis non *vi regulæ suæ*, ut patet. *ex cap.* 62. *reg. Sancti Benedicti*, aut sacrorum Canonum (in his enim prohibetur ipsis, ne cantent publicam missam. *cap. interdicimus.* 16. *q.*1.) sed tantum ex consuetudine regulam interpretante suscipitur; per not. Tambur. *tom.* 2. *de iure Abbat. disp.* 5. *q.* 9. *num.* 35. 36. atque ex constitutione Pii V. incip. *quo primum tempore.* 106. dat. Rom. *Anno* 1570. 12. *Iul.* §. 1. ubi ordinatur, *ut in quorumvis Ordinum monasteriorum tam vi-*

rorum

rorum, quam mulierum, etiam militarium Regularibus, at fine cura Ecclesiis vel capellis, in quibus missa conventualis alta voce in choro aut demissa celebrari juxta Ecclesiæ Romanæ ritum consuevit vel debet, non aliter, quàm juxta missalis à se editi formulam decantetur, aut recitetur &c. Hæc verò missa conventualis maior decantatur, uti in Ordine Cluniacensi statutum fuerat, propter conventum totum ac fratres ob opera manualia privatis diebus distractos, ut ad illam convenirent, Vide apud S. Petrum Abbat. Cluniac. *statut. Ord. Clun. 6,7.* Alias ut eiusmodi missa publica propter populum externum alicuius parochiæ habeatur, minimè concedunt Cardin. *num. 5. in oppos.* 1. Imol. *num.* 7. Bonifac. Vitalin. *num.* 23. *in Clem.* 1. *de excess. prælat.* ne alioquin populus per eam retrahatur à Parochia sua. Card. Imol. *d. loc. c. ut Dominicis. de Paroch.* vel eam contemnere videatur. Bonifac. *d. loc.* Cantatur

Insuper addunt ijdem Dd. præceptum esse, ut quivis parochianus teneatur in sua parochia sacrum audire. *per c. ut Dominicis.* 2. *de parochiis.* Sixt. IV. *in extrav.* 2. *de treug. & pac.* Itaque sentiunt *in d. c.* 2. Card. Host. Ioan. Andr, Anton. But. Pan. qui virtualem contemptum interpretantur, si populus sine facultate proprii parochi alibi missam audire præsumeret.

At huic præcepto, si quidem præceptum est, per contrariam consuetudinem derogatum est, ita ut si Parochianus extra Parochiam alibi sacrum audiat, præcepto audiendi missam satisfaciat. Cuiusmodi consuetudo rationabilis est, maximè si quis apud Religiosos sacrum audiat, quod ibi sacra devotius, & frequentius celebrentur. Pan. *in d. c. ut Dominicis.* 2. *n.* 1. ideoq; consuetudo ista pia est, nec reprobata. Pan. & Card. *d. loc.* Bonac. *disp.* 4. *de Sacrament, quæst. ult. punct.* 11. *propos.* 3. ubi hanc dat rationem, quod ecclesia quidem præcipiat missæ auditionem; at non præscribat locum; unde præceptum adimpleatur, si quovis in loco missa audiatur. Verum hæc ratio patitur difficultatem, quod in jure scripto addatur, *missam in parochia audiendam*, adeoque videatur locus, ubi audienda sit missa, præscriptus esse. Hinc rectius ex Pan, *consuetudo* legem interpretans etiam restringendo, corrigendo, à nobis fuit proposita, ut ex ea veniat *auditio sacri in templis* Religiosorum non mendicantium statuenda, & decidenda, prout usus ipse monstraverit. &c. Sed quidquid demum sit, non est, quod eiusmodi multum iactet F. Romanus, ne forsitan quis ipsi obiiceret, quod Hugo V. Abbas Cluniacensis respondet iis, qui primum sacrum Neomystarum Religiosorum foris denuntiant, *ubi in statutis tit. de non præconanda missa nova habetur. Cum autem primam*, inquiens, *missam cantaturus est, eam nullus foris faciat præconari, &c. plus enim talis præconantis gloriam inanem vel ambitionem redolet, quam formam humilitatis & devotionem &c.* Sed his prætermissis, Consuetudo contrarium ostenditur.

Ex supra deductis relinquitur, quod Ordo S. Benedicti *per se & vi suæ Regulæ* ad prædicandum populo & animarum curam administrandam ordinatus non sit. Reliqua, quæ Societati nostræ exadversum ibidem objicit F. Romanus, convenientius libro sequente refellentur, ubi plura de eiusdem Societatis instituto pertractantur. Quare istuc remittimus.

§. V.

De Ordinum Varietate & inprimis de Ordine Cluniacensi, Cistertiensi, &c.

Commenta Haiana.

DEnique F. Romanus in horti confinibus *alleg. 476. pag. 333.* me accusat, *quod Ordinem Cluniacensem ab Ordine S. Benedicti distinxerim, ac "separaverim, cum scire deberem, Ordinem Cluniacensem non esse diversum ab "Ordine seu Regula S. Benedicti, sed esse ipsius partem integrantem &c. & Monachos Cluniacẽses esse Ordinis S. Benedicti, doceat Bibliotheca Cluniacẽsis. Hac ille.*

Suar. opinio recitatur de Ordine Cluniacensi.

Suar. *tom. 4. de religion. tract. 9. lib. 2. c. 3. n. 2.* tradit, *quod inter utrumq; Ordinem fuerit distinctio, & in quibus rebus, non satis inveniat ab Authoribus, vel Historicis explicatum. Nam inprimis non fuit in fine proprio talis instituti; semper enim retentus fuit purus monachatus, & vita contemplativa. Deinde "non fuit mutatio in regula, neque in substantiali professione votorum. Nam Be"nedicti regula integra retenta est, idemque modus profitendi conversionem morum "secundum illam. In habitu dicunt quidam fuisse factã mutationẽ quoad figurã & "colorẽ; sed quoad colorẽ* Antonin. *d. tit. 15. c. 23. n. 2.* refert, *Cluniacenses semper re"tinuisse nigrum habitũ &c. Non videntur ergo à principio habuisse distinctionẽ in "colore habitus, in figura verò fortasse fuit aliqua & nonnulla etiam in constitutio"nibus & observantiis, propter quæ, ut religio distincta, vel saltem ut familia di"versa à religione S. Benedicti habita est, ad eum modum; quo sunt in religione "minorum variæ familiæ, cum non modica distinctione in figura, & asperitate "habitus, & aliarum observantiarum, & tamen non censentur plures religiones, "sed una, in diversis membris suis magis vel minus reformata.*

2. de Ordine Cistertiensi.

Et postea *n. 3.* de Cistertiensi Ordine subiungit. *Habet ergo hic ordo (Cistertiensis) quoad institutum, regulam eandem & eundem finem cum Ordine S. Benedicti, majorem tamen ab illo distinctionem, quàm Ordo Cluniacensis à principio habuisse, & nunc etiam habere videtur. Nam quoad habitum magnam distinctionem habet in colore albo, ut constat, & in figura nonnihil differt, quamvis modicum. Et praeterea differt in multis constitutionibus, & specialiter ab Ecclesia approbatus est, & multis privilegiis ornatus, & ita religio distincta inter monachales numeratur, & in jure interdum fit specialis mentio illius, & satis honorificè,* ut patet *in c. non est. de Regular. & in c. recolentes. c. in singulis. de stat. Monach.*

Verùm

Verùm eadem, quæ hic *Cistertiensi* Ordini attribuuntur, etiam *Cluniacensibus* adaptari possunt, si diversus duntaxat color habitus excipiatur; qui nullâ potest constituere in genere moris differentiam inter unam & alteram religionem. Nam & *Cluniacenses* diversas à Benedictinis habent constitutiones, ut videre est ex Bibliotheca Cluniacensi, speciatim quoque ab Ecclesia illorum ordo approbatus diversa à Sede Apostolica obtinuerit privilegia. De quibus Tamburin. *tom.1, de iure abbat. disp.15. q.4. n.1.2. &c.*

At Caramuel. *in Theol. Regular. disp.34. n.351.* cum Antonio de Yepes in Chronico Generali Benedictino, negat, Cluniacenses sicut & Cistertienses Ordines à Benedictinis distingui, ait enim. *Hic Ordo* (Benedictinus) *dividitur in plures congregationes, quæ non ordines diversi, sed provinciæ sunt eiusdem Ordinis. Prima dicitur Cluniacensis ab Odone Abbate Cluniacensi, ut vult* Manriques. *in Sanct. lib.2. disc.1. §.11. Anno* 930. Miranda *in manuali q.* „ 4. *art.2.* Anno 913. & Myræus 900. *Camaldulensis fuit secunda instituta à S.* „ *Romualdo Anno* 1012. *aut fortassè si Myræo creditur*, 940. Vallis Vmbrosæ „ *congregatio erigitur à S. Gualtero, (alii vocant Gilbertum) anno* 1040. *à Miræo* „ 1060. *postea ex eodem fonte* Cistertiensis *à S. Roberto Molismensi Abbate Anno* 1098. *Ex hac congregatione fuit Sanctissimus Pater Bernardus, cuius celebritas & congregationi dedit famam, & nomen, hodie enim dicitur Ordo S. Bernardi &c.* Et hunc *disputatione* 35. *sequenti probat*, non esse ullatenus à Benedictino distinctum. *Non propter habitum* ibidem art. 5. *Cum idem utriusq.* „ *congregationis sit, licet colore distinguatur, & Cistertiensium sit albus, Benedictinorum niger.* Attamen, ut ait *ibidem* Caramuel. *art. 5. & n.374.* *Benedictina Regula nullum colorem determinatum petit; de colore non causentur monachi,* „ ait Sanctissimus Pater *in regula cap.55.* *Male igitur causa instituitur de coloribus contra Cistertienses, teste ibidem adducto Petro Abbate Cluniacensi* in Epistola ad S. Bernardum, *quæ est lib.5. epist.16.* *Simile quid de Franciscanis perhibuerat. n.373. quod in Gallia solerent habere Vestes albas, in castello obscuras, ex colore ipsis proprio, qui propterea nominatur Fraylesco, nec tamen sunt duæ* „ *Religiones, sed una; præterquam quod non habitus monachum, sed monachus* „ *habitum facit.* *Nec etiam propter novas constitutiones*, d. tit. 35. art. 4. n. 370. *quia per constitutiones religiones non mutantur; Cum hæ solummodo extrinseca* „ *& accidentia moderentur, remanente essentia (Regula S. Benedicti)* & confirmat idem per instantiam, *vel dicat*, inquiens, *obsecro, quæ congregatio S. Benedicti reperitur in hoc mundo, quæ non habeat constitutiones differentes? Omnes* „ *igitur valedixerunt S. Benedicto? quis crederet in eadem congregatione esse di-* „ *versas Religiones & Ordines? Essent sanè, si constitutiones religionem distinguerent à religione, quia vix sunt duo in eadem congregatione monasteria, quæ eis-* „ *dem gubernentur statutis; quia pro diversitate loci, temporis, personarum illa* „ *debent esse diversa.* Et. num.371.372. *Dato etiam*, inquit, *quod constitutionum differentiâ, religiones distinguantur, concedentibus accidenti, centur.* *Tunc*

Opinio Caramuelis.

Cistertiensis.

Ratio 1.

Ratio 2.

Impugnatur ab eodem Caramuel.

tamen ipse infert, quod cum constitutiones Cistertiensium non sint contra, sed secundum regulam S. Benedicti, hancque genuine explicent, & imitentur, ut constat ex privilegiis Calixti II. & Eugenii III. *ideo inde non possit concludi hujus Benedictina Religionis diversitas.* Et Disp. 7. art. 3. num. 93. lib. 7. disp. 42. num. 520. *Docet, quod Cluniacenses profiteantur obedientiam secundum regulam S. Benedicti, quà receptam in suo Monasterio; nimirum legitima consuetudine & usu moderatam ac mitigatam, adeoque secundùm eam partem regulæ, quæ observatur in illo Monasterio; Cistertienses verò districtionem literariam vel obedientiam secundum regulam ad literam, aut secundum totam regulam profiteantur &c. licet utrique iisdem utantur verbis, nimi: quod unusquisq; voveat convertere suos mores & obedire secundum regulam, quà receptam in suo Monasterio.*

Ratio 3. *Nec etiam ordo ille erit diversus à Benedictino propter privilegia exemptionis à Cassinensibus & Molismensibus, quæ à Paschali II. S. Albericus impetravit, ut immediate summo pontifici, nulli Benedictinorum potestati subjiciatur: Quin & in ordine Benedictino nulla est congregatio, qua non sit exempta, & immediate subdatur Pontifici; Benedictina est congregatio S. Iustinæ de Padua, quam aliqui vocant Cassinensem; Benedictini sunt, qui militant sub congregatione Vallisoletana, & nihilominus utraque est immediata Papæ &c.* Caramuel. *d. disp. 35. art. 3. inde tamen nemo concludet, Congregationes illas ab ordine Benedictino esse diversas.* Caramuel. *d. loc.*

Denique nec obstare dicit, quod summi pontifices congregationem Cistertiensium vocent peculiari nomine ordinem Cistertiensem, idque observent authores gravissimi, unde videatur Ordo Cistertiensis ab aliis distinctus esse. Respondet Caramuel *d. disp. 35. art. 6. n. 381. 382.* non *propterea* inquit, *negatur esse Benedictinus; bene enim differentiæ nomine intelligitur, tota species; sicuti nec Cluniacensis negatur Benedictinus, quod à Petro* Cluniacensi *lib. 2. Epist.* 44. ac Petro Galesino *in annotationibus sui martyrologii 3. Idus Martij vocetur Ordo Cluniacensis; nec congregatio S. Iustinæ de Padua negatur esse Ordinis S. Benedicti, licet à S.* Antonin. *in sua summ. Histor. tit. 15. cap.* 14. vocetur *Ordo S.*

N.B. Ordinis nomine intelligitur Congregatio Conventualis. *Iustinæ.* Idem tamen alibi, *nim. disp. 43. num.* 524. obiter *respondet, videl. nomine ordinis intelligi congregationem conventualem;* Vnde *clarius pateat, quomodo debeat intelligi, qui distinguunt Ordinem Cistertiensem ab Ordine Benedictinorum. Hi n. ab aliis non distinguuntur religione, bene tamen ordine, si ordinis nomine solum intelligas conventum, ut Abbas Lanfrancus intelligit impræsentiarum.*

Antonii Yepes opinio. Ex hisce videtur colligere Antonius de Yepes. *in d. chron. Cluniacenses* in Francia, *Cassalenses* ibidem; *Cassinenses* in Italia, *Vallisoletanos* in Hispania; *S. Benedicti* in Portugallia, *Bursfeldenses, & Melicenses* in Germania, & alios quosvis monachos, quos Jura *Nigros* appellant, *unicum* duntaxat

taxat constituere *Ordinem S. Benedicti*; Nemo asserens, *tam hospes est, cui exciderit vox hæc*; Ordo Bursfeldensis, Ordo Mellicensis, Ordo Cassinensis. *Quin etiam ab eodem Ordine non excludendos*, ait, *monachos albos, nim. Camaldulenses, Cistercienses, Cælestinos, Olivetanos atque alios. Quia S. Benedictus non tantum momenti in habitu posuit, sed communis est pater omnium. eadem est omnibus regula, idem finis, in quem actiones suas omnes referant; solus profectò color, quem induunt, unum ordinem in plures distinguere haud potest.*

Verum F. Romanus hic *fallacia plurium quæstionum* prudentem & cautum Lectorem non circumveniet. Siquidem notorium est, quod *Ordo* quidem *Cluniacensis* non sit diversus ab ordine S. Benedicti *largo modo* accepto; Cum Regulam S. Benedicti profiteatur; *Nihilominus* quin *strictè, & absolutè* acceptus diversus sit ab ipso ordine S. Benedicti, agnoscit Barbos. *lib. 1. de Iure. Universo. Eccles. cap.* 41. Nam in *num* 35. ordinem seu congregationem S. Benedicti Abbatis Cassinensis sub ejusdem regula militantem describit, eamque hodie in quinq; celebriores congregationes divisam ait, *quarum prima est Itala*, quæ nunc dicitur *Montis Cassini*. antea dicebatur *Specuensis*, teste Tamburin. *tom. 2. de Iure abbatum. Disp. 24. q. 5. n. 3. vel S. Iustinæ, Patavinæ, vel de Padua.* Incepit anno 1408. habet per Italiam plura, quam *66.* Monasteria. Secunda *Germanica* appellatur *Bursfeldensis*, Diæcesis Moguntinæ Anno 1420. floret per utramque Germaniam, habet plus quam centum quinquaginta monasteria. Tertia *Gallica* dicitur *Cassalensis* S. Benedicti à Monasterio, eo in pago fundato: Incepit anno 1516. ut videre est in diplomate Leonis X. *sub dat. 1. Decembr.* habet decem & quinque Monasteria religiosorum, & totidem fœminarum. Quarta *Hispana* dicitur congregatio *Vallisoletana* à monasterio in Urbe Vallisoleti erecto Congregationis capite. Incepit Anno 1520. habet plusquam quadraginta monasteria. Quinta *Lusitana*, est monasterium reformationis caput; S. Martini de Tibaes in regione Interamnensi non longè à civitate Brachara occidentem versus; Incepit anno 1549. Continet plus minusve viginti virorum monasteria, nam Monialium plura sunt, sed Ordinariis parent. Abbas Generalis, & reliqui locales ad triennium manent, eliguntur in capitulo, quod tribus quibusque annis in Monasterio S. Martini de Tibaes celebratur &c. Alias complures congregationes recenset Tamburin. *tom 2. de Iure abbat. disp. 24. q. 5.* ubi vide.

1. Congregatio Itala. *2. Germanica* *3. Gallica* *4. Hispana* *5. Lusitana*

Ac demum *n* 45. Barbos. subjicit, militant inquiens sub regula S. Benedicti plures Monachorum & militium ordines, tam à monachis ipsius, quam ab aliis instituti, quorum *primus est Cluniacensium Ordo*, sic dictus à primo ejus monasterio Cluniaci in Diæcesi Matisconensi, Mascon in Gallia, institutus à S. Odone Monacho Benedictino anno 900. Pontifice Anastasio III. Imperatoribus Occidentis Conrado, Orientis Leone VI. Vestiuntur monachi eodem habitu, quo Benedictini &c.

Sub Regula S. Benedicti militant. *1. Ordo Cluniacensis.*

Diversum

Diversum quoque agnoscit Ordinem *Cluniacensem* Tambutin. *tom. 1. de Iure abbat. disp. 15. q. 4 n. 2* sicut & *ibidem n. 7.* ab eodem diversum agnoscit Ordinem *Cistertiensem*; *d. numero. autem 2.* tradit, quod Monasterio Cluniacensi Anno 1119. à Remensi Concilio sub Calixto II. Pontifice fuerit exemptio concessa; exemptio verò pro toto Ordine Cluniacensi facta fuit à Clemente IV. *Anno 1265. die 2. Novembris, Pontificatus ipsius Anno 1.* Vid. Renat Choppin. *Monast. lib. 1. tit. 2. n. 20.*

Ante quem idem tradiderunt Polydor. Vergil. *lib. 7. rerum invent. c. 2.* Ludovicus Mirand. *in Manuali prælatorum Regular. tom. 1. q. 4. a. 2.* ubi ait, *ex hoc Ordine* (S. Benedicti) *lucidissimo fonte, atq; fœcundissima radice varii rivuli, nec non propagines diversarum familiarum, secundum varias atq; diversas reformationes, prodierunt, quæ D. Benedicti institutũ complexæ sunt, & militant sub eius vexillo, & benedictissima regula. Quarum* prima & antiquissima est Cluniacensis familia (quæ ut fertur) *Anno 913. ab Odone Cluniacensi Abbate & nomen, & exordium sumpsit &c.* Videantur & Cucchus *in instit. maiorib. Iuris Canon. lib. 3. tit. 1. de Regular. n. 15.* Beyerlinck *in theatro vitæ humanæ. lit. R. Verb. Religiosus & religio. tit. Ordinum sub Regula S Benedicti militantium. pag. (mihi) 208.* S. Anton. *part. 2. Chron. tit. 15. cap. 16.* & expresse Bartholomæus Cassanæus *in catalog. gloriæ mundi part. 4. considerat. 21. & 55.* ubi ait, *post Ordinem S. Benedicti*: Primus ergo, *qui est in regula & sub dicto Benedicto*, est Ordo Cluniacensis, *qui fuit institutus Anno Domini 913. ut refert Vincent. in Speculo Historial. lib 15. cap. 14. lib. 25.* & ibid. *postea: sub quo* (Odone) *floruit monastica devotio, jam exsiccata, & B. Benedicti institutio plurimum in diversis monasteriis revixit, & convaluit reparata. Hic vero Ordinem Cluniacensem instituit quibusdam regulis, traditionibus, & constitutionibus additis. Qui quidem* Ordo Cluniacensis non est amplius sub Ordine S. Benedicti, *ut dicit*, Oldrad. *in cons. 204 dixi supra in considerat. 31.* Et sunt diversi Ordines habentes quilibet de per se unum caput, *ut tenet* Ægid. Bellamera *in cons. suo 32.*

Cucchus. Beyerlinck. S. Antonin. Cassanæus.

Ratio.

Idem videtur approbare Martinus Martier, Monasterii S. Martini à Campis Parisiensis professus, Ordinis Cluniacensis Monachus, *in præfatione sua Bibliothecæ Cluniacensi Andreæ Quercetani præfixa*, qui licet tradat, *Ordinem suum Cluniacensem S. Benedicti regulam ac disciplinam sequi*; attamẽ *diversam* à S. Benedicto *familiam* prodiisse his testatur verbis, *unde soleo sæpe mihi ante oculos ponere, ingeniique, quo possum, acumine contemplari, tot in dies emergentia, & veluti crebris ebullitionibus scaturientia Ordinum diversorũ genera, & huic nostro* Cluniacensi *sub primis illis Abbatibus opponere & committere. Deum immortalem, quantis parasangis, quantisque spatiis isthac antecedit! Nam sicut Basilium oriens, ita occidens noster piissimum nostrum Patrem Benedictum, tanquam religionis auctorem, & parentem veneratur, à quo veluti vivi-radice, variæ deinde prodiere propagines variarum familiarum, quæ*

Martinus Martier Ordi. Cluniacensis professus.

idem

idem Benedicti institutum complexa, nonnulla tantum reformando, vel addendo, aut leviter immutando, ab ipso discreparunt. *Harum verò* prima & antiquissima *fuit* Cluniacensis, *quæ ab Odone nostro & exordium sumpsit, & nomē. Hic enim doctrina atque sanctitate præstans, Benedicti disciplinam, quæ jam (quod natura fert in omnibus rebus) senuisse videbatur, magnaque ex parte laxata esse, ad pristinam formam revocare aggressus est, quod etiam perfecit. Cuius exemplum secuti complures alii Abbates, in tota ferme Italia, Hispania, Germania, Anglia, in suos ipsi quoq; greges reformando incubuere, idq; eodem successu & fructu &c.* Hæc ille.

Ex quibus constat quidem, quod S. *Odo Regulam & disciplinam S. Benedicti collapsam restituerit,* at non docetur, *quomodo ipse Ordo Cluniacensis ab Ordine S. Benedicti aliquo modo diversus constituatur.* Huius decisionem non aliunde melius, quam ex vita ipsius S. Odonis, ab eiusdem discipulo Ioanne Monacho Cluniacensi descripta (quæ extat apud Surium, 18. *Novembr.*) peti posse existimo: siquidem ibidem traditur, *cap.* 10. & 11. quod *S Odo cum suo socio Adegrino, quem ex milite converterat, vel singula monasteria Franciæ ipsimet perlustrarint, vel statum eorum percunctati fuerint;* " *Cumq; non invenirent sibi locum congruum, redierint cum dolore ad suum* " *Tugurium. Unde Adegrinus Romam profecturus in itinere attigerit fines Burgundiæ, atque in valle, quæ Balma dicebatur, monasterium deprehenderit à* " *Bernone Abbate constructum, ad quod diverterit, ibique officiosissime secundū* " *Regulam beati Benedicti intra domum hospitum susceptus, singulorum mores* " *attentius observarit. Fuerunt autem institutores eiusdem loci imitatores cuiusdam Patris Heuticii, qui temporibus Ludovici Magni Imperatoris vixit initio Laicus, & peregrinis studiis eruditus, deserens ea unde superbire solet humana fragilitas, totum se dedit beatorum Patrum Regulis, & institutionibus, ex quibus nempe authoritatibus diversas consuetudines desumpsit, unoq;* " *volumine consignavit. Deinde non multo post Monachus est effectus, &* " *in tanto amore apud regem habitus, ut intra palatium suum illi construeret* " *monasterium, nimirum Gigniacense; ipse pater Heuticius institutor fuit harum consuetudinum, quæ hactenus in monasteriis nostris* (ait author) *habentur. In iis post obitum Heuticii à Bernone Abbate institutus fuit Adegrinus, & ab hoc istuc vocatus S. Odo, qui ibidem professus fuit, & demum post multas afflictiones à fratribus ad seculum redeuntibus toleratas à Bernvvino Bisuntino Archiepiscopo Abbas ordinatus, sed quod omnes fratres non acquiescebant, Cluniacum concessit, ibiq; cœptum perfecit monasteriū, consuetudines eas teste Quercetano,* in not. ad vitam S. Odonis Abbatis Cluniacensis II. & Primi, ad lib. 1. ad verb. institutor harum fuit consuetudinum &c. *in unum collegit, non S. Udalricus Abbas Clun.* VI. *S. Hugonis discipulus,* ut voluit Chronici Cluniacensis compilator, *sed Bernardus Monachus Cluniacensis, quemadmodum* ipse in sua ad Hugonem epistola *contestatur.*

Quomodo Cluniacensis Ordo sit à Benedictino diversus.

Primus institutor Heuticius in monasterio Gigniacensi.

Ex quibus clarum est, quod præter Regulam S. Benedicti aliqua alia statuta aliunde ex SS. Patrum consuetudinibus sint à Cluniacensib. adscita, quæ ad exercitia & *media vitæ contemplativæ* spectēt, adeoq; istic apud Cluniacenses *diversitas* quædam *exercitiorum, & mediorum spiritualium* à præscriptis ex Benedictina Regula, in ordine tamen ad vitæ contemplativæ perfectionem, & finem aliquo modo diversum assequendi reperiatur, vnde etiam nonnulla diversitas in Religione & Ordine existet per tradita à Card. Zabarell. *consf.28.n.2.3.* Suar. *tom.4. de relig. tract.9.li.1.c.1.n* 3. S. Thom. 2. 2. *q.* 188. *art.*1. Imol. *in Clem.* 1. *de elect.* Quæ *diversitas à diverso modo vivendi* desumitur: Nam *Cluniacenses* strictè observare dicuntur S. Benedicti Regulam & præterea alia quædam statuta, tum sub unius prælati, qui toti ordini præsit, regimine. Alii verò *Benedictini nigri* non ita strictè Regulam S. Benedicti observant, nec sub unius prælati, qui toti Ordini præsit, regimine, ut patet ex deductis, idem testatur Flavius Cherubinus in *Scholio.1.sup.Constit.Benedicti XII.incip.Regularem vitā.data* 1335. *in Schol.2.sup.const.Nicol.IV.incip. Regis pacifici.dat.*1289. ubi quærit, *an sub nomine Ordinis S. Benedicti veniat ista Congregatio* (Cluniacensis) Et respondet *in favorabilibus venit, non autem in odiosis, quia ista Congregatio transivit in Ordinem habentem specificum nomen. ut in terminis docet.* Bella. *consf 32.n.22. præsertim quod frequenter Ordo Cluniacensis nuncupatur S. Benedicti de observantia, prout in privileg. Pontif. vidisse testatur.* Thusc. *in lit. Abbas conclus.21.n.5.* hæc ipse. Nunc verò licet ex mediis ea, quæ desumitur diversitas religionis, non tanta sit, quàm quæ sumitur ex ipsis finibus Suar. *d.loc.n.5.* tum quia distinctio in rebus moralibus maximè est ex finibus, religio autem moralis res est; tum etiam quæ in finibus distinguuntur, regulariter etiam in mediis & exercitiis diversitatem habent, eò quod ad diversos fines regulariter, diversa media requirantur; ut media sint fini proportionata; attamen hoc ex diversitate mediorum aliqua circa proximum etiam finē, nempe perfectionem secundùm Regulam S. Benedicti ex variis statutis & consuetudinibus aliunde adscitis limitatam vel correctam, vel explicatam, vel ab iis abstractam consequendam in istis Ordinibus nostris, de quibus agimus, nascitur diversitas, qui alioquin in fine remotiori, nimirum perfectione secundùm Regulam D. Benedicti generatim acceptā consequenda conveniunt.

Diversitas mediorum in Ordine Cluniacensi, Cistertiensi & Benedictino.

Ex istis mediis *unum* est, quod cit. *Ordo Cluniacensis* ab uno Capite Abbate Cluniacensi supremo, & quasi Generali regatur & dirigatur, ut colligere est ex statut. *ord. Cluniac.*35. 38. 55. apud S. Petr. Clun. & patet ex constitutionibus Honorii Papæ. *incomprehensibilis. dat. Laterani IV. Non. April.* 1125. Innocentii Papæ, *solet annuere. dat. Romæ IV. Cal. Feb.* 1136. Oldra. *Consil.* 204. *per tot.* ita & *Cistertienses* ab uno pendent summo capite Abbate Cistertiensi, licet in Aragonia, & Hispania, quędam congregationes Vicarium habeant Generalem; sed qui Capitulo, & Abbati Cistertiensi

ftertiensi Iuramentum fidelitatis præstare teneatur, Paulus Papa V. *in Constit. Pastoralis officii. dat. Romæ. 19. April.* 1616. At Benedictini vi suæ Regulæ non ab uno capite supremo, sed fere à tot, quot diversis præsunt monasteriis, diriguntur, cum sint aut fuerint vi Regulæ suæ de per se ab aliis independentes, ut patet. Ita Anton. de Butr. *in c. in præsentia. col. 19. de probat.* Licet hodie reperiantur plura monasteria sub eodem capite, & una congregatione. Anton. *d. loc.* Cuiusmodi congregationes alicubi suum habent præpositum, vel Abbatem, quem vocant Generalem; attamen is non totius Ordinis, sed alicuius duntaxat congregationis erit Generalis præpositus, non absolutè, nec simpliciter, nec propriè, sed secundum quid. Suar. *tom. 4. de relig. tract. 8. lib. 2. cap. 2. num.* 3. 4. adeoque si quis ab ejusmodi Generali ad Generalem simpliciter argumentaretur, committeret fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. *1. Differūt inter se Prælatis & capitibus in Ordine.*

Ad hæc plutima statuta recenset Andreas Quercetanus in *Bibliotheca Cluniacensi*, in quibus plurima præter Regulam S. Benedictini salutaria media vitæ contemplativæ perfectionem attingendi præscribuntur. *2. Statuta.*

Siquidem Novitius in Ordine Cluniacensi non potest suscipi sine Abbatis Cluniacensis tanquam Generalis Præcepto & permissione. *statut.* 25. quod non est in Ordine, nec Regula S. Benedicti. 1.

Deinde Regula S. Benedicti *cap.* 58. tradit, quomodo aliquis post varias petitiones & probationes, videlicet *ut quindecim diebus tanquam hospes in vestibus suis maneat, quò ab omnibus eius mores dignosci possint; tum octo circiter diebus sub Magistro Novitiorum sit, quibus, quæ sunt Ordinis difficultates, illi proponantur, in iisque exerceatur; postmodum ita probatus promissa stabilitate & perseverantia, induatur habitu, atque in novitiatu anni integri subeat probationem*, Ita Caramuel. *in Theol. Regular. disp.* 43. *n.* 521, 522 quamvis Anton. Perez. & Iacobus de Bruel. *in regul. S. Benedicti. c.* 58. Hæc omnia simul intra annum probationis fieri, docere videantur. *per c. ad Apostolicam. de Regular. c. Gonsaldus.* 17. *q.* 2. *Concil. Trid. Sess.* 25. *cap.* 15. *de Regular.* 2.

At in *Ordine Cluniacensi* supra annuam & generalem probationem, adhuc menstruam, hoc est, unius mensis probationem Novitii sustinent, priusquam voto promissæ obedientiæ astringantur. S. Pet. in *stat. Ord. Clun.* 37. 3.

Novitii extra monasterium Cluniacense suscepti, post professionem suam intra triennium sunt præsentandi in Monasterio Cluniacensi, ut ab Abbate Cluniacensi benedicantur; ante enim nec ad sacerdotium, vel si sint ante ordinati, nō ad Missam cantandam, nec ad ullam administrationem admittuntur, S. Petr. *in statut. Clun.* 38. Hugo V. *in eisdem statut. sub tit. de Novitiis benedicendis infra triennium à receptione sua.*

4. Ex *Regula S. Benedicti*, quod ex mensa superest, Cellerarius asservat. *c.* 39. At in Ordine Cluniacensi, quicquid ex mensa quotidiana superest, erogandum est loco eleemosynæ pauperibus. S. Petr. *in statut. Cluniac. §.* 33, 64. Hugo V. *in stat. Clun. tit. de singularitate ferculorum.*

5. Ex *Regula S. Benedicti c.* 56. Abbas comedit cum hospitibus, si adsunt, alias curat aliquos ex fratribus ad mensam suam advocari; at in *Ordine Cluniacensi* Abbas cum fratribus in refectorio comedere jubetur, quod cũ S. Petro Abbati Cluniacensi objiceretur, respondit ipsi S. Petrus Cluniacens. *lib.* 1. *epist.* 28. propter hospites, qui sæpe frequentes adsunt, etiam ex diverso sexu, non esse dimittenda officia divina, nec vitam monasticam relinquendam; subinde tamen esse vacandum, & sufficienter videri adesse hospitibus, quos de cibis suæ mensæ alit, licet ipse in persona non adsit.

6. Ex *Regula S. Benedicti* cap. 36. 39. Monachis est interdicta caro quadrupedum, ita & in Ordine quidem *Cluniacensi* tempore S. Petri *juxta statu. Clun.* 12. etiam à carnibus abstinebatur; verùm tempore Hugonis statutum factum, ut carnibus non vescerentur, nisi in domibus sui Ordinis, & dieb. constitutis, non autem foris; *sub titulo, quibus locis liceat vesci carnibus*; feria autem 4. & sabbatho à carnibus abstinerent. Hugo V. *in dict. stat. tit. ne carnes comedantur.* Henricus I. *in statutis Clun. titulo, Capitula 2. partis tractantis de Regularibus observantiis. §. item quia Monachi:* ubi addit, in adventu Domini, septuagesima & quinque principalibus festis non esse sumendas carnes: Itidem juxta S. Petrum *in stat. Clun. X. Monachi* abstinent ab omni adipe, & *stat. XI.* à mellis aliarumque specierum cum vino mixtione.

7. Differunt in *hospitibus Religiosis &c. sui Ordinis excipiendis.* Nam quando Religiosus hospes ad aliquod *monasterium S. Benedicti* divertit, tunc hospes prælati sui litteras commendatitias seu patentes secum deferet. *c.* 61. & iubetur in *c.* 53. prior vel conventus, ad quem divertit, illi occurrere, & cum profundissima inclinatione salutare; Abbas hospitis manibus aquam præbere; pedes verò hospitis tam Abbas, quàm cuncta congregatio lavare; In *ordine verò Clun.* Monachus noti monasterii in alio monasterio etiam sine testimonio sui prælati suscipitur, neque illi ita occurritur. S. Petrus. *libr.* 1. *epist.* 28.

8. In *Ordine S. Benedicti* dormiunt Monachi vestiti in stramento lectorum. *c.* 22. stramenta autem lectorum sufficiunt matta, sagum, lena & Capitale. *c.* 55.

At in Ordine Cluniacensi pro strato utuntur Cilicio superiectis tantum duobus mediocris precii pannis, qui albi & nigri, & ex utroque mixti coloris sint nec duplices, sed simplices. *stat.* 18. nunquam etiam sine lumine noctibus dormiunt. S. Petrus *in stat. Clun* 49.

9. Est etiam diversitas aliqua *in officio divino*, quod apud Cluniacenses officium *Dominicæ* propter festum aliquod duodecim lectionum non

omit-

omittatur, nisi illud sit ex iis, quæ pro more ipsorum in Cappis vel albis celebrantur, quæque proprietatem nocturni cantus habent, id est, integra Responsoria, tum etiam *octava, SS. Apostolorum Petri & Pauli, assumptæque Deiparæ Virginis. S. Pet. in Stat. Clun. 2.*

Ordo Cluniacensis differt etiã à Cistertiensi.

10. Differt *à Cistertiensibus*, quod qui à Cistertiensibus commigrat ad aliud Monasterium ordinis Cluniacensis istic permansurus, de novo debeat Abbati suo stabilitatem loci, & conversionem morum promittere S. Petr. Clunia: *lib. 1. epist. 28. §. nunc tandem ad illa veniamus, quæ cum tanta admiratione protulistis.* &c.

Plures aliæ discrepantiæ à Regula S. Benedicti referuntur à S. Petro Abbate Clun: *lib. 1. in Epist. sua 28. quam pro meritis Venerabili, pro affectu erga nos Dilectissimo Domno Bernardo Claravallis Abbati, Frater Petrus Humilis Cluniacensium Abbas inscripsit.* Illic autem in universum *viginti differentiæ* referuntur, quæ tam Novitiorum, peregrinorum, & aliâs profugorum receptionem, quam usum vestium, pellium, fœmoralium, lectorum, pulmentariorum, jejuniorum regularium, & opera manuum, hospitum exceptionem & tractationem, seniorum benedictionem, promissionem conversionis morum, & stabilitatis loci iterandam ab eo, qui in alium locum transfertur istic mansurus, breviculum rerum Monasterii, divinum officium & similia concernunt, de quibus fuse S. Petrus Cluniacensis *dicta Epist.* 28. agit & tractat, & huc referre, nimis longum foret.

Confirmantur ea omnia ex Trithem. *serm 2. quæ sit ordinatio vitæ Monasticæ bona*, ubi tradit inter omnes *Reformationes* (quas inter *lib. 1. de viris illustr. ib. c. 9. & lib. de ruina ordinis Monastici cap. 3.* refert *Cluniacensem*.) quæ præcesserunt *Bursfeldensem*, nullam fuisse unquam Regulæ D. Benedicti magis conformem & consentaneam, atque à peregrinis adinventionibus alienam, ac *Bursfeldensis* fuerit, ut ita insinuet Cluniacensem, aliasque præcedentes Reformationes peregrinis adinventionibus imbutas fuisse, prout ex sup. deductis patet, quod sua habuerit statuta particularia. Trithem. *d. loc.*

Ex Bibliotheca Cluniacensi contra F. Romanum concluditur, differentia ordinis illius à Benedictino.

Ex hisce efficitur, perperam & falsò à F. Romano allegatam fuisse Bibliothecam Cluniacensem, nec inde ostensum, Cluniacenses à Benedictinis non differre ordine, aut ordinem Cluniacensem esse partem integrantem ordinis S. Benedicti. E contra verò sequitur, ut recte cum aliis supra nominatis auctoribus & doctoribus Cluniacenses à Benedictinis aliisque, qui nomen generis sibi proprium retinent, per proprias suas perfectiones diversas, & media distinxisse. Consequenter ex deductis patet Responsio ad ea, quæ à Caramuele fuerunt obmota. Et quidem primum de habitu frustra movetur; Cum ex eo non petatur fundamentum.

Ad 2. Caramuel ex diversitate statutorum desumptum Resp.

Ad 2. quod Ordo Cluniacensis ab ordine S. Benedicti non quidem latè, sed strictè sumpto in ratione mediorum in multis differentium atque à Regula S. Benedicti discrepantium adeoque & in perfectione proxima in-

tenta differat, adeoque non tantum numero personarum ac ratione loci, sicut una congregatio particularis & provincia ab alia distinguatur, prout Caramuel & F. Romanus existimabant, tradentes Ordinem Cluniacensem esse partem integrantem Ordinis S. Benedicti.

Quod ad constitutiones seu statuta Ordinis Cluniacensis attinet, sunt ea in multis Regulæ S. Benedicti non quidem in fine remoto, sed proximo & in mediis quibusdam contraria; quemadmodum supra vidimus. Ut proinde ea non in omnibus cum Regula Ordinis S. Benedicti conveniant, adeoq; per illa hic ab isto ordine distinguatur, licet ea distinctio non sit tanta, quanta inter diversos Ordines etiam fine plane distinctos reperitur; Sufficit autem, quod aliqua & in fine proximo, nempe perfectione secundũ Regulam D. Benedicti explicatam, limitatam, correctam consequenda, & in mediis sit diversitas.

Ad instantiã Caramuelis Resp.

Quando autem Caramuel ait, *vix reperiri in eadem congregatione duo Monasteria, quæ eisdem gubernentur statutis, quia pro diversitate loci, temporis, personarum illa debent esse diversa*: Videtur ipse statuta confundere cum consuetudine; Cum *statuta* scripto consignentur, & per consensum expressum superioris condantur; *Consuetudo* autem dicatur jus pro allegata locorum diversitate moribus usurpatum. Videatur author *in repet. l. de quibus. ff. de L. L. n. 12. & ibi cit.* Dd. *tom. 1. repet.* & consuetudo, de qua agere videtur Caramuel, sit interpretativa duntaxat regulæ, prout ea ibi pro diversitate locorum, personarum &c. observatur, nec est in scripto concepta, aut per expressum consensum ordinata. Et esto dentur etiam diversa statuta in duobus Monasteriis unius Ordinis S. Benedicti strictè accepti, erunt ea duntaxat interpretativa Regulæ ipsius S. Benedicti, non verò præter eam aliorum mediorum inductiva. At in ordine Cluniacensi adsunt etiam statuta & consuetudines non interpretativæ tantum, sed & correctoriæ in quibusdam clarè à Regula S. Benedicti definitis, *ut sup. ex parte* vidimus; Unde & illæ consuetudines sunt novi juris inductivæ, per not. Gregor. XV. *decis. Rot.* 162, *n.* 3. 4. ubi eam in rem citat Paul. de Castr. *in l. hæredes palam. §. si quid. ost. ff. de testam.* Dec. *Cons* 114. *post. n. 5. cum aliis apud Aymon.* Cravett. *Cons.* 282. *sub n. 6. versic. tertio Respondeo, quod hic non agitur &c.*

§. 6.

De Ordine Cistertiensi.

Cistertienses quomodo differant à Benedictinis strictè acceptis.

Quomodo autem *Ordo Cistertiensis* à reliquis *Nigris Benedictinis* variarum Congregationum differat, constat ex traditis *in tract. nostro 2. Resolutione q. 2. sect. 3. c. 3. §. 14. & seqq.* quod videlicet sub uno capite, in strictiore paupertate, in vallibus & non collibus, habitet, ac quomodo ab Ordine Cluniacensi distinguatur, *ex d. epistola 28. alias l. 1. epist. 56. Petri Abbatis Cluniacensis ad S. Bernardum paulo antè allegata* videre est.

Etiam Trith.

Eundem Ordinem Cistertiensem à reliquo Benedictinorum Ordine distinctum

distinctum esse, fatetur Trithemius Abbas, *de viris illustrib. lib. 1. cap. 2.* ubi Cistertiensi, non verò suo Ordini nunc monasteria fundari, dicit. *comprobatur authoritate*

Unde etiam patet solutio ad Collectionem F. Antonii de Yepes, quod *Monachi Nigri* ab *Albis* non solo habitu aut colore vestium, sed etiam ipsis mediis & fine proximo seu perfectione propria distinguantur, atq; propter diversa media & finem proximum ipsi *Monachi nigri* in genere moris specie infima distinguantur, licet in fine remoto generali conveniant. *Antonio de Yepes Resp.*

Et licet apud Anton, *in c. ex parte. n. 3. de tempor. ord.* tradatur, Regulam monachorũ nigrorum duriorem esse, quàm alborũ; Tamen videtur vel illic mendũ typographicũ irrepsisse, ut vox durior posita sit, pro voce (purior) cũ in ordine Cistertiensi quędã assumpta fuerint pręter Regulam S. Benedicti, teste Trithemio *sup. cit. loc*; vel rigor Ordinis Cistert. suo tempore remisisse.

Cęterum *Congregatio Bursfeldensis* & *Melicensis*, quia in mediis à reliquis congregationibus S. Benedicti specie non differunt, ideo nec singulæ illę congregationes per se constituunt specificum Ordinem. Quamvis congregatio Cassinensis inter reliquas primaria & præcipua ab Vrbano Papa VIII. *in Constit. Sacrosancti Apostolatus Ministerium. dat. Rom. 1624. 14. Aug.* vocetur *Ordo Cassinensis*, ut ita Antonii Yepes assertio nõ usq; adeo vera sit.

Notandum autem hic est, quod variæ à Trithemio *lib. 1. de viris illustr. cap. 9. 12. 13. & in tract. de Ruin. Ord. Monast. c. 3. & 9. item lib. 2. serm. quæ sit ordinatio vitæ Monasticæ bona &c.* Reformationes afferantur, nimirum *Cluniacensis, Specuensis, Italicensis, Castellensis, Mellicensis, Bursfeldensis.* E quibus tres in provincia sua præ cæteris novissimè claruerint, 1. *Mellicensis à Mellicensi* cænobio non longe à Vienna Austriæ An. 1122. condito, & à Calixto II. consecrato juxta Tambur. *tom. 2. de jur. Abbat. disp. 24. q. 5. n. 31.* sortita nomen, cæperit à Don. Sigiboldo illius loci Abbate I. dicto anno 1122. & adhuc in quibusdam locis vigeat. *Altera Castellensis* à Castello aliàs Vivariensi Monasterio Anno Christi 1098. à Friderico Comite de Castelberg ejusq; conjuge Berta fundato Myr. in Chron Bened. diæcesis Eistatensis in Bavaria per Ottonem istius loci Abbatem Anno 1404. Trithem. in Chron. Sponheim. d. ann. inchoata, tandem per Monasteria multa dilatata, Castellensiũ nomine nõ omnino centũ añis perdurarit, ac post defloruerit. Tertia *Bursfeldensis* à Bursfeldia paupere Saxoniæ Monasterio cęperit an. 1420. sub finẽ Concil. Constant. auctore *Ioan. Rod.* Abbate S. Matthiæ prope Treviros Visitatore Generali, qui ut se reformaret, Bursfeldiã transiit. Eo defuncto cum Abbas S. Matthiæ suo non fungeretur officio visitandi, illud in Abbates Bursfeldenses, per Annale Capitulum sede Apostolica approbante sit translatum. Ita post Joannem Roden successores illius in Bursfeldia, 2. Joannes Hagen, 3. Theodor. 4. Joannes similiter in officio Visitandi successerunt. Ex his duas primas Reformationes quasi senio confectas in parvum numerum contractas asserit Trithemius; Vltimam verò, quæ & posterior est, quia adhuc

1. Mellicensis 2. Castellensis 3. Bursfeldens.

Ejus initium.

Et progressus.

adhuc junior, etiam videri constantiorem. Quæ & ipsa nihilominus jam in quibusdam membris suis videatur tepescere, & ad laxitatem vitæ prioris rursum declinare. Hæc Trithemius *sparsim sup. cit. loc.* tradit.

Porrò quod de Exemptione additur, videndum est in particulari, quæ Monasteria in Ordine S. Benedicti sint exempta. Nec enim uno eodemq; tempore Monasteriis virorum, neq; omnibus Monasteriis Monialium exemptio illa est à summis Pontificibus concessa. Quot igitur ostendentur Monasteria Ordinis S. Benedicti exemptionem fuisse consecuta, erunt illa exempta.

CAP. IX.

Num Monasteria fuerint olim scholæ literariæ? & an aliqua defecerint?

SECT. I.

Dorschei Error 1. circa Monasteria.

JOannes Georgius Dorscheus *in Indice iniquitatis, part. 1. §. 5. & seqq. pag. 12. & seqq. maxime. §. 7. specimine 2.* cum aliis Hæreticis tradit, quod *seculo quarto & temporibus S. Augustini Monasteria Scholæ fuerint literariæ. Et S. Basilius Monasteria instituerit, quæ scholæ fuerint, in iisq; nemo tribus Religiosorum votis perpetuo obstrictus hæserit.*

Error. 2.

Refellitur

Verùm asserit id quidem prædicans, sed non probat, quemadmodum tamen ipse allegans & asserens fundamentum suæ intentionis probare tenebatur. l. 2. ff. de probat. At inquies, probat id ex Gretsero, qui *vol. 16. de div. Ecc. Observ. lib. 1. c. 8. pag. 182.* tradit, *olim Monasteriis, præcipue Benedictinis adjunctas fuisse scholas, in quibus & tenerior ætas ad ætatula huic consentaneas literas informabatur, & maturior ad maturiores & severiores.* Quod rursus *pag. 183.* ita limitat, *saltem in aliquibus locis, eas scholas fuisse, iisque doctissimos & probatissimos Monachos præfectos esse, cum hoc discrimine, ut duplices fuerint; alia interna religiosis erudiendis dicata; alia externa, in queis sæculares procerumque & nobilium liberi instituebantur.* Ait id in *Echardi descriptione vitæ D. Notkeri reperiri. Et hoc posterioribus sæculis factum & quidem Caroli M. ætate, ut ex illa vita liquet, quæ est Tom. 1. Rer. Alem. Goldasti.*

Instãtia pro 1. Errore Dorsf. ex Gretsero.

Ex Ratione negativa petita.

Et §. 6. videtur etiam hoc inde probare prædicans, *quia dantur aliqui Monachi qui non voverunt; hæc propositio,* ut ait prædicans, *cum sit negativa, ideo non ipsi neganti, sed asserenti, eos vovisse, probanda incumbet: Accedit, quod vovere sit facti, ideo factum asserenti, non autem non factum asserenti probandum erit.* Atque ibidem addit *Conradum Brunum Cancellarium Bavariæ lib. 6. de Heret. cap. 5. pag. 340. tradere, quod Ecclesiasticæ scholæ, maximè olim in Monasteriis floruerint, id quod libri in omni disciplinarum genere optimi & eorum multi etiam à Monachis compositi, in bibliothecis quorundam Monasteriorum Germaniæ, maximè Ordinis S. Benedicti (quales fuerunt apud S. Gallum, Hirsaugiæ, Fuldæ & in aliis quibusdam monasteriis) testantur. Fuerint*

Iterum auctoritate Bruni.

& Ce-

& Celeberrima studia divinarum literarum in Monasteriis Ægypti, quorum morem elegantissimè alibi describat Hieronymus.

Antonium Possevin. *quoque in Biblioth. sacr. lib. 1, c.5. pag.* 4. docere, *quod Cœnobia Religiosorum hominum Scholastico potissimum negocio se addixerint.* Et Gregorium *M. Gymnasia Britannorum transtulisse ad Monasteria,* ut Hæresis Pelagiana, quæ tradebatur in scholis, extirparetur. *Possevin.*

Ita Meibomius *in tract. de Monasteriis pag.* 3. §. *Cum igitur Conventus ad inventutis institutionem*, ac Matth. Stephan. *in Novell.* 133. *num.* 3. ad discendas scientias & literas sacras Monasteria exstructa esse volunt, tum passim Heretici alii inculcant, ut mirum sit, nonneminem Catholicorum de hac Hæreticorum opinione nuperrimè dubitasse, existimasseque, hæreticarum Monialium in Keppel Conventum, quem ipse deformator primus pro erudiendis in literis, arteque nendi &c. puellis destinaverat, non secus habuisse, ac si veræ Moniales fuissent, ut ita Catholicis Religiosis legitimè substitutis exclusis, Hæreticæ & quidem plures, quam Kal. Jan. 1624. fuissent, introducerentur. Rursum Prædicans Argentinensis §. 5. *specimine* 2. probaturus, quod tempore S. Basilii *Monasteria fuerint Schola*, conatur id ex eo ostendere, *quod neque in Basilii Regulis neque ejusdem Asceticis votorum in perpetuum obligantium fiat mentio*; cum §. 9. Joann. Chrysost. *qui lib.* 3. *adversus vituperatores vita Monastica tom.* 5. *Oper. suorum* de filiis ad Philosophiam eruditis agit. *2. Error ex authoritate Basilii deprimitur.*

Verùm hic Prædicans cum sua Augustana Confessione valde à veritate aberrat. Nam ut Sozomenus de Veterum Monachorum instituto loquens, *lib.* 6. *cap.* 34. ait, *Communis* omnibus politia hæc, *ut ita dicam, erat, animos potissimum curare, & instructos reddere* (ad quid? non literas sed,) *ad contemnendum præsentia, deinde & ad preces, jejunia, divinos hymnos frequentandum, & circa ista plurimum Exercitii insumendum; pecunias Civiliumque rerum negocia & corporis vel ocium vel curam prorsus negligebant.* *Refellitur 1. Error Dorsch. Ex Sozomeno*

Nicephorus quoque Calixtus *(lib.* 1. *cap.* 41.*) omnium,* inquit *istorum Consilium & institutum erat, ut quam maximam anima curam gererent; eamque à rebus & studiis hujus vita per dissuetudinem alienarent, & longioris vita sua tempus in precationibus, jejuniis, hymnisque & Deum decentibus laudibus consumerent; corpus autem deliciarumque ejus & voluptatis studium negligerent, nec non pecuniam & negociorum occupationes omnino à se repellerent, & ad vitam Angelicam imitatione contenderent.* *Nicephoro.*

Audiamus ipsum Basilium M. contestantem, quòd suo tempore apud Monachos & Anachoretas non fuerint scholæ literarum, sed morum & virtutum; imò quod literarum desiderium & studium tanquam tentatio quædam à malo spiritu injecta Monachis sit fugienda. Ita enim ipse *Epist.* 187. *ad Chilonem Monachum juniorem* loquitur. *Si insurgens prava cogitatio dicat, qua utilitas est tibi hujus in hoc loco conversationis? quid lucri fers ex* *Basilio M.*

N *secessu*

secessu à consuetudine hominum? Annon nosti à Deo constitutos Episcopos Ecclesiarum Dei, viros ad Synodalem conventum advocari, & spirituales conventus indesinenter celebrare, in quibus maxima hic, qui accedunt, utilitas oritur? Illic enim contingunt proverbialium ænigmatum revelationes, Apostolicorum dogmatum solutiones, Evangelicarum sententiarum enarrationes, Theologiæ auscultatio, fratrum spiritualium congressus, qui magnam ex ipso faciei conspectu utilitatem accedentibus præbent. Tu autem à tantis bonis alienum te ipsum fecisti, & desides hic efferatus ad similitudinem ferarum. Vides enim hic solitudinem magnam, abalienationem ab hominibus non modicam, penuriam doctrinæ, alienationem fratrum & spiritum ad mandata Dei magnâ socordiâ præditum. Cum igitur talibus ac tantis te speciosis prætextibus aggressa prava cogitatio, subvertere voluerit, oppone ipsi per piam meditationem, *experientiâ rei,* dicens; *Quandoquidem tu dicis mihi, bona ea quæ in vita sunt, esse, propterea ego huc transmigravi, indignum me ipsum censens mundi bonis, quibus admixta sunt mala, imò potius exuperant mala. Et post. Quemadmodum modica aqua pura, à multa venti procella ac pulvere dissipatur; Sic quæ putamus nos bona in vita facere, à multitudine malorum obruuntur. Quapropter ego transmigro in montes, sicut passer, & velut passer liberatus sum à laqueo venantium; in hac solitudine dego, ô mala cogitatio, in qua Dominus versatus est, hic est quercus illa Mambre; hic ad cœlum ferens scala, hic Angelorum Castra à Iacob conspecta; hic solitudo, in qua Populus purificatus legem accepit, & sic in terra promissionis Deum vidit. Hic mons Carmelus, in quo Helias commorans, Deo complacuit; Hic campus, in quo Esdras, secessu facto, omnes divinos libros ex mandato Dei eructavit; Hic solitudo, in qua Ioannes locustas edens hominibus pœnitentiam prædicavit. Hic mons Olivarum, in quem Christus ascendit & oravit, nosque similiter orare docuit. Hic Christus ille solitudinis amator. Ait enim. Vbi duo sunt aut tres congregati in nomine meo, illic sum in medio illorum. Hic arcta illa & angusta via, quæ ducit ad vitam. Hic Doctores & Prophetæ, qui in solitudinibus errant, ac montibus, speluncisque, & foraminibus terræ. Hic Apostoli & Evangelistæ & Monachorum remota ab urbibus vita. Hæc itaque voluntariè suscepi, ut accipiam, quæ Martyribus & testibus Christi, aliisq; sanctis promissa sunt, ut cura mendacium dicam;* propter sermones labiorum tuorum, ego custodivi vias duras. *Novi enim Deo charum Abraham, vocis Dei credidisse & in solitudinem commigrasse; Iacob Patriarcham extra patriam apud peregrinos vixisse; Ioseph temperantem illum divenditum fuisse, continentiæ repertores pueros tres in igne pugnasse &c.*

Per piam Meditationẽ danda Responsio, & ratio quare fugienda.

Ex D. Augustino.

Similiter quod apud Antiquiores Cænobitas Monachos Ægypti non literarum culturâ, sed morum honestas viguerit, testis est D. Augustinus *lib.*8. *confess. cap.*8. quando S. Antonii cæterorumque ejus temporis Monachorum historiâ intellectâ exclamavit; *Surgunt indocti, & cælum rapiunt, & nos cum doctrinis nostris sine corde; Ecce ubi volutamur in carne & sanguine.*

Antonius

Antonius *enim ne literas quidem didicerat, neque literatos admirabatur, syncceram mentem literis antiquiorem, omniumq; artium inventricem existere judicans. Cumque Philosophus forte quispiam admiraretur, quomodo in Monastica disciplina perdurare posset, qui Consolatione, quæ ex libris petitur, careret; respondit*, Liber meus, natura ipsa rerum creatarum est, in iis cum mihi visum est, oracula Dei legere licet. Nicephor. lib. 8. cap. 40.

Fortè inquiet Dorscheus, *non quidem ante, sed sub tempora S. Basilii M. Monasteria fuisse scholas literarum.* At fallitur, quia ut testis est S. Gregorius Nazianzenus *in Orat. funebri S. Basilii, quæ est* 20. S. Basilius vitam Anachoreticam & Cænobiticam conjunxit, ita ut Religiosi Monachi cum Anachoretis contemplationi, cum Cænobitis actioni vacarent, certasque illis leges præscripsit observandas. Ipse S. Basilius *in sermone Ascetico*, quem S. Hieronymus laudat, de *abdicatione sæculi* hæc Monachorum describit exercitia: *Quocirca*, inquiens, *si tibi in animo est rapere regnum Dei, violentiæ te dato, Cervices tuas Christi servitutis jugo submittito, & ejus loris collum tuum arctè circumquaque cohibeto, premet illud Cervicem tuam, labore illud virtutis atterito, jejunando, vigilando, ipsum te omnibus subjiciendo, taciturnitatem servando, psalmos assiduè decantando, orationibusq; & lachrymis operam dando, & manibus laborando, cujusq; modi difficultates omnes tolerando, sive illa à dæmonibus, sive ab hominibus afferantur &c. atque inprimis obedientiæ studiosum esse convenit. Tum ad lectorem novi testamenti præcipuè Religiosum cohortatur, ut divina considerans mysteria se ipse ad pietatem & conjunctionem cum Deo excitet.* Vid. cit. *epistolam S. Basilii ad Chilonem.* Deinde sanctus Epiphanius S. Basilio σύγχρονος *hæresi* 80. de Monasteriis agens & Monachorum vitam describens. *Quemadmodum etiam*, ait, *in singulis Monasteriis tum in ÆGYPTIORUM regione, tum in aliis omnibus sic laborant ad justitiam, velut apis, in manibus quidem habent ceram opificii, in ore verò guttas mellis, cum propria hymnifica voce universorum Dominum juxta proprium sensum laudant, velut Salomon testatur: quod sapientiam honorans producta est; Sic etiam servi Dei, qui verè in firma veritatis Petra fundati sunt, & domum suam securè ædificant, propriis manibus tenues suas operationes operantur, juxta uniuscujusq; artem: in ore verò omnem ferme divinam scripturam annuntiant, citràq; fatigationem & impigrè frequentes agunt vigilias* (num in studiis literarum? non; sed) *partim in orationibus, partim in psalmodiis. Perpetuò autem conventus ex more statuto ordinatos faciunt, versanturque interdiu assiduis juxta intervallum horis, preces ad Deum irreprehensibiliter cum multa humilitate, & dolorosò ejulatu sursum emittentes, & postea in fine ostendit Monachorum varietatem, qui tamen in psalmodiis, assiduis orationibus, lectionibus sacrarum scripturarum & secessibus exercentur &c.*

Nicephor. lib. 11. c. 43. & lib. 12. c. 44. Sozomen lib. 8. c. 11.

Instantia Dorschei Refellitur.

Ex S. Gregor. Nazianzeno. S. Basilio.

S. Epiphanio.

S. Gregorius Nazianzenus *Orat.* 12. *de pace post reconciliationem* Monachorum hæc ipsorum exercitia describit, *omnia enim*, inquiens, *quæ in*

aliis cernebam, fomites quidem mihi erant, fraternaque separationis malè (dissidii) *monimenta, vigiliæ nempe, jejunia, preces, lachrymæ, callosa genua, pectoris converberationes, suspirium ex imo manans, pernox statio, mentis ad Deum peregrinatio, tenuis inter orandum fletus, audientium animos ad compunctionem incitans, psallentes, Dei gloriam celebrantes, legem Domini diu noctuque meditantes, exaltationes Dei in gutturibus ferentes; atque hic etiam vitæ Deo gratæ pulchra indicia & argumenta, tacitique præcones, sordida nimirum & squalida coma, pedes nudi, & Apostolicos imitantes, nihil mortuum ferentes, apta & moderata tonsura, amictus fastum coërcens, Zona ob ornatus neglectum culta & ornata, pallium nonnihil restringens, ita ut restringere minimè videatur, gressus constans, oculus minimè vagus, subrisus blandus, visus petulantiam castigans, sermo à ratione incitatus, silentium sermone præstantius, laudatio sale condita, non ad blanditias comparata, sed ad meliora dirigens, objurgatio laudatione optabilior; modus tristitiæ & animorum relaxationis, atque utriusque permixtio & connexio, mollities fortitudine, austeritas pudore temperata (sic ut neutra ab altera lædatur, sed utraque alterius opera laudem consequatur) modus tum in commune prodeundi, tum secedendi; illud ad alios instituendos, hoc ut ipsi spiritu Mysteriis imbuantur, atque ita utrumque, ut & in communi solitudinem servent, & in solitudine fraternam benevolentiam & charitatem, & quæ his adhuc majora & sublimiora sunt &c.*

Ex S. Chrysost. Chrysostomus *serm. 23. in verb. Apostoli. 2. Corinth. 4. 13. habentes autem eundem spiritum &c.* vitam anachoreticam ita describit.

Non vides Monachos istos, qui solitariam vitam amplectuntur, & in vertices montium secedunt, quam duram vivendi rationem perferant. Etenim cinerem sibi substernentes, & saccum induentes, & catenis ferreis totum corpus degravantes, & casâ se ipsos concludentes, assiduè cum fame luctantur, in fletu vivunt, & vigiliis intolerabilibus, ut partem aliquam peccatorum abluant &c.

Idem *hom 69 in Matth.* ferte igitur, obsecro, *ut facile videatis Monachorũ & crucifixorũ vitã, quæ onerosior vobis ac molestior solet videri, multò hac tenera, molli & flexibili jucundiorem esse ac magis expetendam. Perpende autem felicitatis illorum stabilimenta ab ipsis continuò diversoriis. Forum enim & urbes & tumultus platearum fugientes, in montibus vivere maluerunt, ubi nihil sibi cum his humanis rebus commune est, ubi nihil humanarum rerum perturbat, non mæstitia, non dolor, non acerbior cura, non pericula, non insidiæ, non livor, non turpis amor, non aliud hujusmodi, sed quæ sunt futuri regni, jam meditantur &c. Ista igitur orbis terrarum lumina in exortu solis, imo verò multo etiam ante diem à lectulo surgentes, integri, sobrii, vigilantes, tanquam Angeli in cœlo versantur. Illico igitur, postquam è lectulo splendentes & læti surrexerint, Choro constituto, integrâ conscientiâ omnes quasi ab uno consonantes ore diligenter hymnis Deum laudant, gratias pro universis tam propriis, quam communibus beneficiis ei agentes &c. Quid inter Angelos & hunc Monachorum intersit Cho-*

rum.

rum libenter interrogaverim, qui sic in terra cantant, & dicunt, Gloria in Excelsis Deo, & in terra pax, in hominibus bona Voluntas. *Amictus autem ipsis fortitudini sua conveniens circumjacet, Hymnis verò jam decantatis, genibus flexis Deum unanimes pro his orant, qua nec in mentem quidem multorum facilè veniunt. Nihil enim præsentium petunt rerum &c. His crebris sanctisque absolutis orationibus exorto jam sole ad opus vertuntur, quo multos pauperibus fructus colligunt &c. sed divinis etiam libris affixi jucundissimè afficiuntur; Choro enim solo dissoluto plerumque alius eum Esaia colloquitur, alius cum Apostolo disserit, alius ab aliis elaborata lectitat & Philosophatur de Deo, de creaturis, de invisibilibus, de vilitate hujus vita, de beatitudine futura &c. Apes igitur imitantes sacrorum favis laborum circumvolant, magnam inde voluptatem carpentes &c.* Luc. 2.

Ex hisce Religiosorum Monachorum exercitiis apparet, quod ipsorum domus ac Monasteria, non literarũ, sed virtutum scholę fuerint, ac sint. S. Chrysostom.

Quin imo *Contraria assertio* evidenter redarguitur ex S. Chrysostomo, qui *adversus vituperatores vita Monastica lib. 3. c.* 10. enarrat, quomodo Adolescens Græcè Latineque eruditus in Vrbe ipsius efflagitatu matris, ne à patre milite militiæ addiceretur à Monacho Eremita, disciplinâ Cœlesti instituendus fuerit datus, qui ipsi, ut literas in scholis prosequeretur, author fuit, usque dum vitam Monasticam amplecteretur, & clarius *cap.* 11. vitam Monasticam à doctrina literarum sejungens dicit; *sit autem nobis duarum rerum optio proposita, ut vel ad Magistros proficiscentes, eruditionem assequi contendant, vel abeuntes ad solitudinem, virtutes animi, salutemque perpetuam conquirere decertent. Vtro igitur in studio obtinere præstat. Nam siquidem in utroque valeamus, & ego id volo; Sin verò alterutrum sit eligendum, satis erit, quod præstabilius, eligere.*

Ita sanè inquiunt, (nimirum aliqui objiciendo) *sed hoc ipsum unde nobis constare poterit, quod stabit ille, perseverabit &c.* (quibus Respondet) *Namque apud Monachos quidem ex ingenti multitudine vix pauci lapsi sunt; in schola verò liberalium disciplinarum ex plurimis vix pauci ad summam peritiam provecti sunt &c. Nec solum istis rationibus, verum aliis etiam plurimis meritò id magis metuendum videatur; Quippe & pueri obtusum ingenium & Magistrorum imperitia, & pædagogi negligentia & patris occupatio, & sumptuum mercedumque defectio, & dissimilitudo morum, contubernaliumque atq; in discendo sociorum nequitia & invidia &c. quo minus ad finem destinati studii pertingant, nonnunquam impedimento sunt &c. Atqui in* Monachorum *institutis nihil horum videas. Illic enim unâ tantum re opus est, nobili scilicet atque eximiâ alacritate animi, hac si adsit, nihil, quo minus quisque ad summam virtutem perveniat, impediri poterit. Et concione 3. de Lazaro*, quod Monachis *non adeo sit necessarium præsidium lectionis sacrarum scripturarum, atque hominibus in foro versantibus &c.* Quorundam objectio solvitur. Monachorum instituta à literis addiscendis aliena &c.

 Unde

Monachorum institutũ tendit ad vitæ spiritualis perfectionem.

Unde apertè colligitur, quod Monachorum institutum à docendarum humaniorum literarum ratione aut ab humana disciplina sit alienum, utpote quod *Philosophiam cœlestem* in ordine ad vitam bene sanctèque peragendam per divinorum eloquiorum contemplationem ac sanctas operationes assequi enitatur, uti videre est apud S. Chrysostom. *hom.17. ad populum Antiochenum, hom.18. & 19. atque ex Novell.5. de Monachis cap.1. 2. & 3. c.35. 36. 38. & Novell.133. Quomodo oporteat Monachum vivere, in princ. item l.2. & l.56. C. de Episc. & Cler.*

Ad Gretseri locum Resp.

Ad *Gretserum exadversum allegatum* quod attinet, non video, quomodo inde suam hæreticus Prædicans stabilire velit opinionem. Cum ea potius per allegata ab ipso destruatur. Nam si scholæ Monasteriis quibusdam fuerunt adjunctæ; *Ergo* ipsa Monasteria non fuerunt scholæ. Annon adjuncta realia à subjecto reipsa differunt? Annon vestitus hominis ab ipso homine; coemiterium ab Ecclesia, fossæ à Civitate ipsa &c. realiter differunt? Num Prædicans vestitum aut vestem hominis, hominem ipsum; coemiteriũ, Ecclesiã; fossas Civitatis, Civitatem ipsam esse pronunciabit?

Quod Monachi juniores subinde in ipsis Monasteriis fuerint instituti, *accidens facti est*, non Ministerium juris *per l. divortio. in princ. & ibi glo ff. sol. matrim.* estq; illud Monasteriis plane per accidens, & nequaquam ex fine eorundem primario intento, ut patet *ex sup. adductis atque ex tract. 2. resolut. q.3. & q.6.* Ex eo autem, quod alicui per accidens est, non rectè id ei per se competere &c. perhibetur.

Scholæ externæ Monasteriis per accidens fuerunt junctæ.

Scholæ externæ monasteriis solitariis multò magis per accidens junguntur. Cum Monachorum solitariorum ex primo suo instituto sit plangere; orare &c. non docere, juxta S. Hieron. *ad Riparium presbyterum, adversus Vigilantium, in c. Monachus 16. q.1.* Synodum Constantinopol. V. relatam *in c. hoc nequaquam 45. 7. q.1.* S. Dionys. Areopag. *Hierarch. Ecclesiast. cap.5.* S. Gregorium M. *ad Ioannem Ravennat. Episcopum* S. Bernard. *serm.64. in Cantic.* Laurent. de Rodulph. *in c. Monachi 16. q.1. n.14.* Decretum Concil. Eboracens. 5. apud Rogerium Hoveden. *part. post. histor. in Richardo I. Layman. in just. defens. c.4. memb.10. Socin. in c. quia n.*8.9.10. 5.5. *de Magistr.* quia non bene concordatur, *ut inquit ipse, d n.*10. Cithara cum psalterio. *per c. dilectus. de Cler. Conjug.* quamvis per accidens ex commissione superiorum docere possit. Socin. in *d. c. quia. n.13. &c.*

Superius dicta insigni Exemplo illustrantur à Guilelmo Malmesburiensi, qui *lib.1. de gestis Pontificum Anglorum sub Wilhelmo Rege Angliæ*, de Lanfranco ita inquit; *Lanfrancus Cadomensis Abbas ad Archiepiscopatum* (Dorobernen) *electus est, is gente Longobardus, non adeo abjectâ & obscurâ progenie oriundus erat, sed literarũ perinsignis liberales artes, quæ jam dudũ sorduerant, à Latio in Gallias vocans, acumine suo expolivit, teneriore ætatẽ in sæcularib. deterens, in scripturis divinis animo & ævo maturuit. Quib. edoctus mundi fumos,*

mos & ampullata gentiliũ eloquia parvipendens, Monachatus desideriũ [illegible] *Multisq; diu locis circũspectis ex omni Abbatiarũ copia Boccũ apud Norma*[illegible] *potissimum elegit, paupertate loci & Monachorum religione captus. (Siquidem eò fortè adveniens ipsum Abbatem Harlevvinum nomine ad coquendos panes succinctum & manusimo oblitum, conspicatus esset.) Factus ergo ibi Monachus homo, qui nesciret agresti opere victum quærere, publicas scholas de Dialectica professus est, ut egestatem Monasterii scholarum liberalitate temperaret: Exivit fama eius in remotissimas Latinitatis plagas, eratque Boccum magnum & famosæ literaturæ Gymnasium ante annum* 1070, *quo creatus in Anglia Archiepiscopus Dorobernensis.* Vid. ibid.

NB. differentia monasterii à scholis.

Ex quibus apparet 1. aliud esse Monasterium, & aliud literarum Gymnasium; 2. Gymnasium literarum Monasterio per accidens accessisse, ut inopia nonnihil Monasterii sublevaretur.

Erroris 2. [illegible] Prædicantis à negativa petita respond.

Quod verò Prædicans §. 6. addit, asseritque *dari Monachos, qui non voverint*; est assertio sine fundamento, quam merito negat P. Melchior Corneus noster, urgetque, ut à Prædicante, quemadmodum obstrictus est, probetur; Neque enim ex eo, quod asserat, *propositionem eam esse negantem*, à probandi onere relevatur, 1. quia ea propositio non est negans, sed affirmans, eo quod illa demum propositio sit ac dicatur *negans*, cuius vinculum negatur; non autem quando in eadem, negatio aliqua ponitur ad descriptionem vel conditionem subiecti vel prædicati pertinens, ut videre licet apud Dialecticos, & quidem apud Alstedium *in sua Encyclopadia, lib.* 24. *cap.* 2. *Regula* 3. In hac autem propositione (*Monachi non voventes, vel qui non voverunt dantur*) non vinculum ipsum negatur, sed duntaxat affertur negatio ad conditionem subjecti pertinens, ut per se patet. Igitur &c. Deinde nec quis à probanda negativa relevatur, nisi sit merè negativa, secus si sit exceptio negativa aliquid ponens, seu in qua se aliquis fundet, Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 51. *num.* 5. & *seqq.* & *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 20. ex Cuman. *in l. ex facto.* §. *si quis autem n.* 3. *vers. ego oppono ff. ad Trebell.* & *ibi* Alex. *sub n.* 4. *vers. tamen puto per l. in exceptionibus ff. de probat.* idque vel maximè obtinet, ubi exceptio foret juri aut juris præsumptioni contraria; tunc enim quam maximè à negante probari debet. Pacian. *d. c.* 51. *n.* 7. & 10. *per l. nec Codicillos. C. de Codicill.* Ioan. Andr. *in c. sine possessione, col. pen. vers. ad primum utriusq; iuris doctores. de R. I. in* 6. &c.

Atqui juri repugnat, quod detur monachus, qui non voverit vel non voveat, *c. porrectum de Regular.* Anton. Dec. *in c. in præsentia. de probat. &c. Abbate de V. S.* & *ibi* Panorm. aliique *Auth. de Monach.* & *x. de stat. Monac.* Vid. *plura iura cit. in tract.* 2. *resolut. qq.* 3. 7. & 8. *ac supr. hoc tract.* 4. *lib.* 1. *cap.* 6. 7. & ibi cit. SS. Patres.

Quod si Prædicans intelligat Novitium; at tunc respondetur, quod is nec verè nec propriè, sed impropriè in materia favorabili nomine Monachi veniat compellandus. Vide Barbos. *in tractat. appellat. Religiosus*

233, *n.*

233. *num.* 24. vel si de aliis pseudo-monachis loquatur, iam se impostorem agere, palam ostendet.

Vnde efficitur, quòd cùm Prædicans in asserta sua propositione negante & quidem iuribus contraria sese fundet, necesse sit ut eandem ipse probet.

Deinde idem minus subsistit, quando ex eo, quod vovere sit facti, infert, asserenti Monachum vovisse incumbere ejus probationem. Nam quando Prædicans asserit *aliquem esse Monachum*, hoc ipso concedere debet, eum vovisse; quia per vota seu professionem suam, seu ἐπαγγελίαν (de qua loquitur S. Basilius in ascetico sermone) aliquis fit Monachus non secus ac per albedinem aliquid fit album, adeoque sicut ei, cui conceditur, aliquid esse album, non incumbit necessitas probandi aliquid dealbatum esse, licet dealbare sit facti; ita nec ei, cui conceditur *aliquem Monachum esse*, incumbet necessitas probandi eum vovisse, licet vovere sit facti, quippe cui conceditur albedinis & voti effectus, necessariò concedi debet ipsa prævia dealbatio, & voti nuncupatio: qui enim ponit effectum, etiam causam antecessisse ponere debet, & qui vult consequens, vult etiam antecedens. Huc facit, quod quidem ordinariè, quæ facti sunt, probanda veniant, attamen ea regula fallat, quando facta sunt ejusmodi, quæ communiter inesse, & vel nunquam vel rarò abesse solent, hæc enim præsumuntur. Pacian. *lib.* 1. *de probat. c.* 13. *num.* 9. *& seqq.* Atqui communiter de jure, Monachi, qui dantur, voverunt, & vel nunquam vel certe rarò, à monachis vota abesse contingit. Igitur hæc de iure præsumentur. Qui autem præsumptionem juris pro se habet, ab onere probandi relevatur. Pacian. *lib.* 1. *de probat. cap.* 11. *&* 12.

Neque verùm est, quod S. Basilius in asceticis & Regulis brevioribus vel alibi votorum perpetuo Religiosos obligantium non meminerit. Videantur suprà deducta in *c.* 6. ubi contrarium ex oculari inspectione S. Basilii patet. Neque ex eo posito sequitur, quòd monasteria fuerint scholæ literariæ, ut palam est. Igitur &c.

Adhæc ex eo, quòd Monachi doctissimos scripserint libros, aut etiam aliqui scholastico se negorio addixerint, ex quibus aliquot S. Gregorius M. ad Gymnasia in Britannia erigenda direxerit; non sequitur, quòd Monasteria fuerint literarum scholę vel Gymnasia; secus ac Prædicans temerè assumebat.

Denique quòd contra perpetuitatem obligationis votorum attexuit, *supra d. c.* 6. abundè ex Scripturis sacris, SS. Patribus ac SS. Conciliis est refutatum; quemadmodum ibidem videri poterit.

Proin falsum est, quod S. Basilius *in ascetico sermone* votorum Religiosorum non meminerit; Cùm expresse dicat διὰ τῆς ἐπαγγελίας ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ ἀφιερῶσθαι, per promissionem publicè factam ipsos Deo consecrari,

quæ

quæ promiſſio ſeu ἐπαγγελία nihil aliud eſt quàm votum, eamque in *Regulis brevioribus.q.2.* vocat ὁμολογίαν pactionem. Saltem ex ſupra deductis verum relinquitur, quòd Monaſteria non fuerint literarum ſcholæ, ſed Religioſorum collegia ad opera & exercitia maximè contemplationis cæleſtis inſtituta, in quibus Monachi tria vota Religioſa paupertatis, caſtitatis, & Obedientiæ perpetuò obligantia nuncuparunt.

SECT. II.

An Monaſteria aliqua defecerint?

EX ſupra enarratis colligere eſt, quomodo non improbabiliter aſſeratur, aliqua Monaſteria à ſuo Inſtituto defeciſſe; Cum etiam ſub ipſa illorum initia, ubi fervor ſolet eſſe major, non defuerint plures unius loci Monachi, qui promiſſi ſui immemores retrò ad ſæcularem libertatem, ad Ægyptiacam ſervitutem reſpexerint. Et ſanè poſterioribus hiſce ſæculis non unam aut alteram perſonam, ſed omnes omninò in aliquot Monaſteriis perſonas, ſeu integros conventus à fide Catholica & inſtituto ſuo deſciviſſe, plusquam eſt notorium: Aliqui enim Ordines, ſuum ſi inſpiciant Monaſteriorum catalogum, comperient, plura defeciſſe Monaſteria, quæ ego in *tractat. 2.* indefinite duntaxat indigitâram, hîc verò ſpeciatim aliquot enumerabo, ex quibus videat F. Romanus, quàm malè negârit, ulla dari Monaſteria, quorum conventus ſimul à fide & inſtituto defecerint. Annon ex Ordine S. Benedicti Abbatialis Eccleſia S. Mariæ Virginis Stadæ in diſtrictu Bremenſi anno 1143. (ut Chronicon habet Slavonicum) ſub Adalberone Archiepiſcopo Bremenſi à tribus fratribus viris Religioſis donatione prædiorum ſuorũ, teſte Alberto Crantz. *6. Metropol. c. 43.* pro conventu virorum excitata, & anno 1165. teſtibus Abbate Stadenſi & Chron. Slavon. ab Hartvico Archiepiſcopo Bremenſi dedicata? uti & Dierſtein Virginum Monaſteriũ Comitatus Naſſovici prope Dietzium à fide defecerunt Catholica & inſtituto? De illa plusquam eſt notorium; de hoc atteſtantur Comites Naſſovici Dillenburgici In ihrer vermeinten Hadamariſchen gegen Information Ablehnung/id eſt, in prætenſa ſua Hadamarienſis contrariæ informationis eliſione Anno 1642. *puncto 7. in reſponſ. ad 3. pag. 86.* Quod à Ioanne Seniore Comite Naſſovico, Margaretha von Irlenbach & Maria vel Merg Welbers nomine conventus in Dierſtein 7. Septembr. Anno 1564. petiverint Lutheranum Prædicantem, qui illis etiam datus eſt Anno 1566. Chriſtophorus VVeyckard, *d. punct. 7. ad 3. pag. 85.*

Reſp. aliqua defeciſſe.

Abbatiã B. V. Stadæ.

Ex Ordine Ciſtertienſi annon Abbatia Riddagshuſenſis virorum anno 1549. ſub Ioanne Lorberio, teſtibus Iungelino in *notitia Abbatiarum*

Abbatiã Riddagshuſenſ.

tiarum Ordinis Cistertiens. libr. 3. in Saxon. num. 3. Henrico Meibomio *in Chronico Riddagshusano,* sicut & Monasterium Virginum in Lehembecke, postea nuncupatum Osterholte, quod ejusdem Ordinis olim Anno 1244. à Ludero Decano Ecclesiæ Verdensis fundatum erat, ab aliquot annis & maximè Kalend. Januar. Anno 1624. Lutheranam professa sunt Religionem? Ex quibus hoc in alios usus profanos à Dominis territorialibus nunc est translatum, utrum verò conformiter Instrumento pacis, viderint alii. Annon similiter Monasterium Cælıportæ vel Himmelpforte nuncupatum in districtu Bremensi ad Lutheranos; nobilis Partheno *Vallis gratia*, Gnadenthal / in Comitatu Nassovico ad Calvinianos defecerunt? & quidem in hoc non ita pridem vixerunt Magdalena ab Irmtraut tanquam Abbatissa, & Beatrix von Schelen Virgines Calvinianæ? Annon Monasterium Capellense olim Virginum Præmonstratensium in Comitatus Nassovici Sigenensis præfectura Hilgenbach à Religione Catholica descivit, ut meritò Urbanus VIII. illud exclusis heterodoxis Virginibus efflagitatu Illustrissimi & Excellentissimi D. Comitis Ioannis Iunioris Nassovici 18. *Iul. Anno 1626.* Societati Iesu univerit! Cuiusmodi unionem S. Cæs. Majestas Ferdinandus II. Anno 1628. & postmodum Ferdinandus III. de novo confirmarunt.

Osterholte. Himmelpforte. Gnadenthal. Keppel.

Taceo Monasteria Virginum Vallis Liliorum seu Lillenthal anno 1183. auctore Hartvico II. Archiepiscopo Bremensi: Heiligenrode in præfectura Sick prope Bremam olim Anno 1171. à nobili Domino Henrico in Mackenstedte ex arce sua, teste Hamelman. *lib. 1. Chron. Oldenburg. pag. 44.* excitata, quæ Heterodoxæ incoluerunt Virgines; usque dum à Dominis territorialibus districtus Bremensis alterum Monasterium Vallis Liliorum exclusis Virginibus in alios usus nunc converteretur, quod similiter num instrumento pacis sit conforme, aliis disquirendum relinquo.

Lilienthal. Kleinsorg/ *Krantz. 7. Metrop. 13.* Heiligenrod.

Prætereo Parthenonem *Vlotau* vel Heiligenthal vel *Vallis benedictionis* Ord. Cistertien. ad Visurgim Anno 1257. 17. Kalend. April. ab Henrico Comite in Aldenburg & Elisabetha Comitissa ædificatum, quod Societati Iesu An. 1623. unitū & traditū, atq; ab eodem tunc & seqq. annis possesū, pòst interversum, nunc eidē ex Instrumento pacis, juxta *artic. 5. §. 12.* necdum redditum, & VVoltigerodam in diœcesi Hildesheimensi, de qua *in tract. 2.* actum, quæ ipsa cum compluribus aliis Monasteriis Acatholici plane destruxerunt, ac deformarunt. Videantur Hamelman. *in proæm. Chronic. Oldenburg.* Joann. Bangen. *in Chron. Thuringensi.* Jungelinus. *in notit. Abbat. Ordin. Cistertiens.* Hund. *in Metrop. Salisburg.* Brusch. *de Monaster.* Chitræ. *in supplement. Krantzii.* ad ann. 1523. *& alibi.* De horum Monasteriorum incolis Apostatis, quod alter Theologorum non tamen ex Societate Iesu *in disceptat. placida super famosa quæstione,*

Heiligenthal. Vlotau. Woltigerode.

An

An hoc tempore legitima sint causa, ut quædam Monasteria alterius instituti Monachis, &c. dentur &c. in rationis 10. *consideratione* asserat; *omnium illorum*, nimirum qui defecerunt, *testimonio constare*, *disciplinam in Monasteriis multis* (non omnibus) *adeò elanguisse, ut non modo pigri ventres, sed etiam animi perniciosi damna attulerint*, quod quomodò Frater Romanus *in horticonsinib allegat.* 496. *tit. Medicus.num.* 3. mihi & P. Laymanno, *in horti appendice paradox.* 21. *num.* 31. quasi nos illud indiscriminatim de omnibus Monachis sentiremus, imputare possit, nemo est qui videat; Cum nusquam id asseruerimus? Deinde posito non concesso, quod *prius*, non *posterius* cum altero Theologorum ego & P. Laymannus sensissemus, illud aliquot Monasteriis à fide Catholica & disciplina Monastica apostatantibus, prout notorium est, applicuissemus, num ideo (uti perperam asserit cit. loc. Frater Romanus) *Innocentes Religiosos Ordines mille criminum reos ageremus, illis etiam applaudentes, qui succlamabant, à nullo genere hominum majus Ecclesiæ damnum illatum esse, quàm ab antiquis Ordinibus, quos aiebant esse inutilia terræ pondera, ventres pigros, stupidas pecudes &c.* Quisquis hoc colligeret, non modo *fallaciam non causæ ut causæ* committeret, attribuendo *innocentibus*, quod *nocentibus* omninò veniret ascribendum; sed etiam insigniter calumniaretur, qui tam gravem calumniam, ex calumniosa ac proscripta Alphonsi de Vargas Toletani *relatione de stratagematis & sophismatis Politicis Societat. Iesu anno* 1641. *cap.* 24. infelici partu edita, atque *in Iubilæo seu speculo Iesuitico à Ioanne Leonhardo VVillich Anno* 1644. *typis Hollandicis excuso depromptam* impingeret, quæ ultra Thulen releganda esset. *Religiosi innocentes à nemine ex Societate carpuntur.*

Quin ipse Theologus sufficienter explicat, quod nō de omnibus Monachis indistinctè loquatur, quandoquidem asserit, quod licet *aliquot* ex variis Ordinibus defecerint Monasteria, attamen *complura* in fide Catholica etiam inter medios acatholicos adhuc constantissimè perseverent, è quibus (addo ego) in districtu Bremensi superest Monasterium Virginum Heslinge incognomine pago ad honorem S. Viti tempore Adeldagi Archiepiscopi Bremensis à nobilissima Virgine VVendilgarde, eiusque Patre Heddone ædificatum, ad Zevenam fluvium, unde etiamnum suum obtinet nomen, eò quondam translatum, teste Crantzio. *lib.* 3. *Metrop. c.* 23. Monasterium item vetus, vulgò **das Olde Kloster** propè Buxtehudam anno 1199. à Rudolpho I. Episcopo Verdensi, natione Scoto ex nobili progenie de Lemleis oriundo, (qui & arcem Rodenburg in sua diæcesi ædificavit) dotatum & confirmatum; uti & *Monasterium novum*, quod Albertus Abbas Stadensis tradit, anno 1125. fuisse ibidem institutum, ubi hactenus etiam inter medias belli & hæresis flammas cum summa ipsarum Virginum laude & æternâ gloriâ, disciplina viguit, & floruit Regularis, *Arx Rodenburg à quo ædificata.*

quę omnia nunc, non attento, quod Kalend. Ianuar. 1624. in eorundem possessione fuerint & perseverarint Catholicæ Virgines, quidam Suecici Officiales occuparunt, contra quos pro facienda restitutione Cæsareæ decretæ fuere Commissiones.

Monasteria, quæ à fide defecerunt, utrũ maneant Monasteria.

Denique quia de Monasteriis, quæ à fide Catholica defecerunt, à nonnullis movetur quæstio, *utrum ea Monasteria maneant?* ideo respondendum est, quod si *Monasteria* accipiantur *materialiter* pro domibus Religiosis, Deo sacratis, haud dubiè maneant monasteria, *c. quæ semel. 19. q. 3. cap. semel Deo dedicatum. de R. I. in 6.* prout *in tract.* 2. pluribus est deductum; sin verò accipiantur *formaliter* pro Conventu Religioso seu personis Religiosum conventum constituentibus, jam patet, quod ita monasteria à fide & Religione Apostatantia non maneant, nec sint monasteria; & non nisi æquivocè adhuc appellentur monasteria, quemadmodum cadaver hominis non nisi æquivocè homo appellatur. Et patet ex eo, quod Religiosæ personæ nullius proprietatis, aut proprii usus à superiore independentis, sint vi voti paupertatis capaces; At Apostatæ & hæreticæ aliæ succedentes proprietatem seu proprium usum facti à superiore independentem sibi arrogent, nec ullo voto Religionis se obligatas agnoscant, singulæque suas sibi portiones & præbendas (Pröven) in Monasteriis usurpent, ut ita nec dici possint, quod in communi tantum, & non singulæ per se monasteriorum bona teneant; secus ac est in personis verè Religiosis, quæ in cõmuni duntaxat bona obtinent. Hinc cum personæ Apostaticæ & Hæreticę non nisi *æquivocè moniales* dicantur, non poterunt illis ea, quæ verè Religiosis competunt, applicari. Nec enim *æquivocorum eadem*, sed diversa omninò est ratio, per not. Alexand. Raudensis. *in tractat. de univ. anal. æquiv. lib. 1. cap. 5. num. 11.* adeoque quando nonnemo ex iis, quæ Monasteriis formalibus & personis verè Religiosis competunt, conatus est ad moniales hæreticas inferre, nonnisi imperitè contra jura & rectam rationem intulit.

Instantia ICti alicuius dissolvitur.

Neque imperitiam ex eo defendere poterit, quasi eæ personæ loco votorum Religiosorum juramento tenerentur; Siquidem iuramentum illud nec votum est, nec voti Religiosi, maximè paupertatis, effectum in iis personis obtinet; cum singulæ suum sibi usum facti etiam à superiore independentem vindicent, ut palam est & notorium. Igitur, &c.

Sed hoc misso, ex supra deductis videre licet, quam accuratè ad modos loquendi maximè acatholicorum attendere oporteat, ne quis locutionum amphiboliâ seductus in alia omnia abripiatur, atque pro veritate falsitatis imbibat opinionem; unde sæpius gravia Catholicæ Ecclesiæ damna inferuntur, quæ tamen à quovis salutis cupido essent præcavenda.

CAP.

CAP. X.

Vtrum S. Gregorius M. fuerit Ordinis S. Benedicti?

F. Romanus *sub allegat. 479. n. 16. pag. 366.* tradit, *S. Gregorium M. Ordinis S. Benedicti fuisse Monachum ac per ejusdem Ordinis Monachos Britanniam Christo peperisse, Angliamque ad fidem Christianam & Catholicam reduxisse*, idque comprobare conatur ex testimonio Vrbani Papæ VIII. *qui in Bulla quadam* referat, quod *ipsius Ordinis S. Benedicti Monachi Angli imitati ORDINIS SVI ANTIQVVM DECVS gloriosæ memoriæ GREGORIVM Papam primum, (qui per Benedictini Ordinis Monachos Britanniam Christo peperit) Angliæ ad fidem Catholicam reducendæ operam navant, ac proficiscendi in patriam; ibidemque fidem Catholicam prædicandi, etiam contempto vitæ periculo, juramento se adstringunt &c.* *Asserit F. Romanus.* *ex Vrbano Papa VIII.*

Verum hoc ipsum jam pridem Cardinalis Baronius impugnavit, eumque secutus Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. c. 2.* Siquidem S. Gregorius M. quando Monasticam assumpsit vitam, non se, & monasterium S. Andreæ à se Romæ excitatū, S. Benedicti, sed Valentini ex Valeria provinciâ evocati S. Equitii Abbatis discipuli directioni subdidit, teste ipsomet S. Gregorio M. *lib. 3. Dial. 5.* S. Equitius verò Abbas S. Benedictum ætate præcessit, quippe qui cum Juliano vixit, imò mortuus est, priusquam hic (Julianus) Sabinensi præficeretur Ecclesiæ. S. Gregorius, *lib. 1. Dial. 4.* Præfectus autem fuit, ut testatur Vghel, *in Italia Sacra, tom. 1.* circa Ann. Christi, 504, quo prædecessor ipsius Vrsus Dalnertius Synodo Romanæ V. celebratæ amplius interfuisse, vel subscripsisse, non reperitur, *tom. 2. Concil. in Concil. Rom.* adeoque mortuus fuisse colligitur, qui aliàs Concilio Romano I. sub Gelasio. I. An. 495. Romano II. anno 499. àc Romano III, IV. anno 502. sub Symmacho Pontificibus celebratis interfuisse legitur *d. Tom. 2. Concil.* At S. Benedictus priùs Anno 510, ut tradunt Prosper Stellartius, & Antonius Yepes *in Chron.* ex specu Eremi Sublacensis, ubi Romano Monacho adhærebat, protractus, à quibusdam Monachis in Præsidem, seu Abbatem postulatus, sed quia severior, veneno ab iisdem petitus fuit, unde ipse iis valere jussis, deamatam solitudinem repetivit, ubi meliores cæpit colligere discipulos, iisque Regulam præscribere observandam. Vide Chron. Stellartii, & Yepes. Ut proinde tunc S. Equitius jam pridem antè defunctus, S. Benedicti discipulus esse, atque ab eo Monasticæ vitæ regulam accipere non potuerit. *Refellitur ex Baron. & Suar & ipsomet S. Grego-rio M.* *S. Equitius S. Benedictū ætate præcessit.* *Iulianus Episcopus Sabinensis.*

Et posito, non concesso, quod S. Equitius ante S. Benedictum non obiisset, sed simul cum ipso vixisset; non tamen ille ab hoc Monasticam Regulam accepisset, neque ipsius in Regimine Collega fuisset, nedum in in Monachatu Discipulus; quippe S. Benedictus 12. suo tempore erecta, & non procul à se invicem circa specum dissita monasteria, quæ Yepes *in Chro-*

nico suo recenset, per se ipse administrabat, & regebat testibus S. Gregorio *lib.2. Dialog.* Joann. Diacon. *in ejusdem vita*, in quorum nullo S. Equitius vel fuit, vel vixit; Cum ipse in provincia Valeria longius inde dissita vixerit Abbas, plurimaque habuerit monasteria, viris, ac virginibus refertissima. S. Gregor. M. *lib.1 Dial.12.* qualia nec S. Benedictus habuit, ut pote in quorum singulis non nisi 12. personæ reperirentur. S. Gregor. *lib.2. Dial. cap.4.* Ut proinde S. Equitius S. Benedicti nec fuerit in Regimine Collega, nec in Monachatu discipulus.

S. Equitius & S. Benedictus instituto vitæ differunt.

Adhæc S. Equitius, & S. Benedictus vitæ *institutis* omninò differebant. Nam ille etiam sacris Ordinibus non insignitus, oppida, villas concionando obibat, lucroque animarum intendebat. S. Gregor. *lib.1. Dial. c.4.* hic verò solitudinem ac vitam merè contemplativam amabat, ad eamque suos Discipulos Monachos instituebat, ut ipse S. Gregorius M. testis est locupletissimus, *lib.2. Dial.* Quod si igitur S. Gregorius M. Monachum indutus, non S. Benedicti, sed S. Equitii assecla, & Imitator, hujusque institutum est amplexus, ac se, suumque monasterium ad D. Andreæ Valentino S. Equitii discipulo dedit regendum, nemini dubium esse poterit, quin S. Gregorius Magnus non Ordinis S. Benedicti, sed illius, cujus fuit S. Equitius, Monachum egerit. Quæ in contrarium allegantur verba, non ostenduntur esse Urbani Papæ VIII. neque ego in ulla Constitutionum Urbani VIII. quotquot mihi ad manum fuerunt, inveni. Solum *in Constit.53. Gregorii XIII. Incip. quoniam divinæ bonitati, dat. 15. Kal. Maij. An. 1579. apud Cherubin.* reperi, quod Pontifex instituens Collegium Anglicum in Urbe pro Scholaribus Nationis Anglicæ piè ibi educandis, & instituendis, dicat §.3. *Nos igitur Gregorii ejus nominis primi pia in Anglos officia, ejusq; erga illos bonitatem imitari cupientes &c. in ædibus hospitalis Anglorum de Urbe, unum Collegium Anglicanum nuncupandum perpetuò erigimus, & instituimus, in quo non minus, quam quinquaginta Scholastici ex omni natione, & linguæ idiomate Regni Angliæ cum suo Rectore, & ministris necessariis alantur, qui ibi in Philosophia, ac Theologia se exerceant, Græcis, item Hebraicis, pro captu cujusque operam dent.* Et §.16. subjiciat; *postquam verò in Collegio recepti fuerint, non statim Collegii alumni censeantur, sed per quatuor, & sex menses, plus vel minus, prout superioribus & Collegii moderatoribus visum fuerit, eorum conversatio probetur, deinde si Collegio digni videbuntur, juramentũ præstetur, se vitam Ecclesiasticam perducturos, seque omni tempore ad jussum superiorum in patriam revertendum, & ad animas quantum in Domino potuerint, adjuvandas paratos esse*: Hæc ibi Pontifex de sua institutione, & alumnorum Juramento, quo se ipsi studiosi alumni, (non verò Monachi stabilitatem loci voventes, secus ac F. Romanus existimat) obstringere possunt.

Collegii Anglicani Romæ erectio.

Et esto. forent ea Urbani Papæ VIII. verba; nihil tamen officerent; quia verba ista, *Ordinis sui decus*, non ad Monachos Benedictinos, sed ad ipsum

ipsum S. Gregorium, ipsiusque Ordinem referuntur, ut hic sensus clarus evadat; quod Benedictini sint imitati S. Gregorium, qui Ordinis sui (in quo nimirum ipse S. Gregorius vixit, & Monachum egit, quem perperam F. Romanus Benedictinum interpretatur.) Decus fuerit.

S. Gregorius M. Ordinis sui fuit decus.

Quod autem *S.* Gregorius M. passim Ordinis S. Benedicti fuisse jactetur, inde profectum credo; quod ipse vixerit in Occidente, ubi S. Benedictus tanquam Monachorum Patriarcha vulgò apprehenditur, ejusque regula percrebruerit, ad quã alii multi Religiosi sese transtulerint, per not. Laudmeter. *de vetere Clerico Monacho lib. 2. part. 2. c. 2.* Alioquin & ante, & cum ipso S. Benedicto, imò & pòst alii quoque alterius Ordinis Monachi Cœnobitæ in Occidente reperti fuerunt, prout supra ex S. Ambrosio *lib. 3. epist. 25.* fuit ostensum, qui nimirum sub Regula Monastica S. Basilii viverent, quam illi post reditum S. Eusebii Vercellensis Episcopi ex Oriente in Italiam, & post fugam S. Athanasii, Treviros in Occidente nominatim in Sicilia, Calabria, Apulia receperant, atque etiam observabant, ex quibus Doctiorum quorundam operâ Eugenius IV. in Græcis pro Concilii Florentini Unionis executione usurus, ordinationes quasdam pro eorundem reformatione in Capitulo Generali Romæ celebrato factas approbavit, *in Constit. sua 26. incip. Inter cæteras. dat. Romæ Anno* 1446. 19. *Kal. Januar. sicut & postmodum Julius II. & Julius III. in constitutione edita* 19. *Decemb.* 1550. confirmarunt. Vid. Bullarium, & Bzovium *Annal. tom.* 16. *ad Ann.* 1446. *§.* 8. *& seqq.* Postmodum Gregorius XIII. *in Constit.* 58. *Incip. Benedictus Dominus. dat. Kal. Novemb. Anno* 1579. tanquam vitæ sanctitate, & doctrinâ insignes, totoque terrarum orbe, maximè verò in Asia, Palæstina, Thracia, & Italia multis sæculis florentes, regimini unius Abbatis Generalis cum multis privilegiis subdidit. Præter hos id temporis dabantur alii Monachi, qui sub regulis S. Augustini, Cassiani, *S.* Cæsarii, Patricii, Columbani, aliorumque viverent; Monachi verò illi in provincia Valeria, ubi S. Equitius vixit, sicut & alii Trevirì in S. Maximini Monasterio Regulam *S.* Basilii, ante S. Benedicti adventum agnovêre, licet eorundem Regula non ita per totum Occidentem, ac S. Benedicti celebrata, & vulgata fuerit, ut inde fortè *S.* Gregorius M. in Occidente celeberrimus Regulam eam celebriorem professus fuisse vulgo credatur, & existimetur, maximè quòd ipse Gregorius Pontifex summus creatus S. Benedicti Regulam publico testimonio approbaret, & valde commendaret, prout *ex Chronico Cassinensi* hic omnibus propono, quod ita se habet. *Ego Gregorius S. R. Ecclesiæ Præsul scripsi vitam B. Benedicti, & legi Regulam, quam ipse Sanctus propriâ manu scripsit, laudavi eam, & confirmavi in Sancta Synodo, & per diversas partes Italiæ, & ubicunque Latinæ literæ legerentur; præcepi, ut diligentissimè observarent, quicunque ad conversionis gratiam accessuri essent usq; in finem mundi.*

Error vulgaris, quod S. Gregor. M fuerit Ordinis S. Benedicti.

S. Gregor. M. S. Benedicti Regulã commendat.

Ex

Antonii Yepes conjectura refellitur. Ex hoc autem, *quod S. Gregorius M. S. Benedicti Regulam commendârit, atque ejus Ordinis Religiosos in Britanniam miserit,* non sequitur (secus ac putat Antonius Yepes *in Chron. General. Benedictin.*) *quod S. Gregorius M. etiam ejusdem, & non alterius Ordinis fuerit, quasi quisque suum, & non alienum cupiat Ordinem promotum.* Nam cum S. Gregorius M. id temporis Summus Pontifex publicam, & non privatam egerit personam, ac Caput Universalis Ecclesiæ constitutum fuerit, ideò ipsius erat non ex privato aliquo affectu, quem Yepes attendit, sed consideratâ publicâ utilitate pro publico, & universali ejusdem Ecclesiæ bono de singulis disponere, prout videlicet non uni duntaxat membro, sed universo corpori magis conveniebat. Cum Capitis sit, singulis membris distribuere, prout illis expedit. *9. q. 5. cuncta, & c. per principalem. de excess. prælat. Clem. frequens. §. præterea.* Simile inducit Laud. de Principe sæculari *ff. de administr. ad Civit. pert. l. legatam.* Cum etiam privatum publico bono cedat. *l. 1. C. de primipil.* Videbatur, S. Gregorius M. publico bono expedire, ut regula, quæ à pluribus suscipiebatur, & laudabatur, etiam pluribus commendaretur, atque in ea instructi aliis præficerentur, quo faciliùs adhuc reliqui ignari caperentur.

Yepes ex Epistola S. Bernardi nõ evincit, S. Gregor. M. fuisse Benedictinum. Deinde quod affert idem Yepes *ex Epistola S. Bernardi,* Monachos Provinciæ Valeriæ ad Benedictinorum institutum transisse; inde certè concludi non poterit, quod S. Gregorius M. fuerit Benedictinus; tum quia incertum est, quando Monachi provincæ Valeriæ, ad Benedictinos transierint. Volunt enim id tempore invasionis Longobardicæ circa annum 589. accidisse, quod tunc Romam confugerint; At si tunc S. Gregorius M. prius Novitiatum eorum Religiosorum subjisset, non certè fuisset Monachus, quando mox Anno 590. Summus creatus esset Episcopus. At hic assertus transitus illius ad Ordinem Benedictinum non probatur, uti probandus esset. Et esto, tunc Monachi fugerint, & aliqui ex quibusdam Monasteriis istius provinciæ transierint; saltem illi, quibus *S.* Equitius immediatè præfuerat, atq; apud quos sepultus erat, non fugerunt Romam; sed suo in loco remanserunt. Invocatione enim S. Equitii à Longobardis fuêre liberati, teste ipsomet S. Grego: M. *lib. 1. Dial. 4.* Vt proinde illi Romam ad Benedictinos transiisse nequaquam sint asserendi.

Aliud Argumentum Yepes solvitur. Neque etiam obstat, quod S. Gregorius M. *S. Benedictum* vocet *Magistrum optimum vitæ arctissimæ, ac severitatis summæ discipulum* appellet; *Sanct. Equitium* vero nec Patrem nec Magistrum vocitet; quia inde non efficitur, quod Sanct. Gregorius M. fuerit quoque Monachus Ordinis Sancti Benedicti, nisi quis ex quolibet quidlibet, aut ex disparatis velit inferre. Quotus enim quisque *Sanct. Benedictum* aut *Sanct. Franciscum* collaudat Magistrum strictioris vitæ, imò & severitatis discipulum agnoscit,

agnoſcit, non tamen propterea ſe monachum aut *Sancti Benedicti* aut Sancti Franciſci confitetur. Quin etiam S. Gregorius M. S. Equitium valde commendat, quandoquidem non ipſum, ſed ipſius diſcipulum *Valentinum, ſuum* in ſuo Monaſterio celebrat *præſidem, Abbatem*: S. Benedictum verò non ſuum, ſed indeterminatè & impersonaliter Magiſtrum optimum vitæ arctiſſimæ vocitavit, ut ex ſupra adductis patet.

Vnde relinquitur, Cardinalis Baronii ſententiam de Sancto Gregorio M. ſuperius allatam, minimè everti, quin potius confirmari, quod videlicet S. Gregorius M. non Benedictini, ſed alterius Ordinis Religioſi Monachum egerit ac profeſſus fuerit.

Sed hæc hactenus de Monachis eorumque inſtitutis ſufficiant, nunc ad ea, quæ contra Societatem fuere allata, properemus, ut ſimiliter ea dilucidentur. Sit igitur.



LIBER SECVNDVS

DE SOCIETATE JESU EJVSQVE CONSTITVTIONIBVS, ORDINATIONIBVS, DOCTRINIS, Moribus & falsis acatholicorum insimulationibus.

Hic liber in varias subdividitur sectiones;

quarum

SECTIONE PRIMA

Quaritur.

Vtrum Societatis nostræ Institutum, eiusque Constitutiones à Monachis Benedictinis, eorumque Regula proficiscantur.

§. I.

Opinio Monachorum asserentium recitatur.



Arolus Stengelius *in vita S.Benedicti lib.3.c.6.*tradit, *Societati nostræ Regulam & Ordinem S.Benedicti profuisse, quia parens & author noster S. Ignatius Loiola in quatuor Ordinis ipsorum Cœnobiis præclara quadam Ordinis Nostri fundationem spectantia perfecit. Primitias enim spiritus sui in celeberrima B.Mariæ æde, quæ in Monte Serrato à Monachis Benedictinis incolebatur, hausit. Apud eius Cœnobii virum virtute inclytũ Clanonium veteris vitæ noxas generali confessione expiavit, eiq; sua de vita ineunda ratione consilia ex ordine patefecit. In monte deinde Martyrum Sanctimonialium Ordinis S.Benedicti Monasterio, cum primis sociis prima vota æterno Deo nuncupavit. In Cassino Monte Societatis nostræ Regulas conscripsit, ibiq; ut An-*

ut Antonius Scipio prodidit, tum libris, qui opus essent, tum unius alteriusq; Monachi subsidio à præside instructus, ad Albanetum se contulit, locum in eodem Cassinatis saltu quingentos circiter passus à primario cœnobio disjunctum, ubi plures dies traduxit. Denique confirmata ab Apostolica sede Societate, in Monasterio S. Pauli via Ostiensi, quod ibidem Ordinis S. Benedicti est, solemni ritu Professionis suæ vota ex Apostolici diplomatis formula, Ignatius ipse aliique cum eo nuncuparunt, ut scribit Nicolaus Orlandinus. Eadem ferè enarrat Ascanius Tamburinus de jure Abbatum, tom. 2. disp. 24. quæst. 4. n. 69. *lib. 3. hist. Societ. n. 23.*

Non immeritò igitur Jacobus Alvaretz de Paz *de ipsius Ordinis Benedictini Legislatore agens, eum vocat venerandum omnium sanctarum Religionum Patriarcham Benedictum, ac specialiter nostræ Societatis Patrem sanctissimum, ad cujus honorem perscriptos ab eo duodecim humilitatis gradus suscepit explicandos.* Hæc ipse, quæ videtur ex Constantini Abbatis Cajetani tractatu *de Religiosa S. Ignatii & . Fundatoris Societatis Iesu per Patres Benedictinos Institutione cap. 3.* sed à sede Apostolica prohibito desumpsisse. *Tom. 3. lib. 4. part. 3.*

§. 2.

Hæc opinio Monachorum erronea esse ostenditur.

VErum priusquam Respondeam, *noto*, quod S. P. N. Ignatius seu Hispanicè Inigo, sicut Egnatius Enigo, fuerit appellatus, secus ac post sæculum D. Abbas Cajetanus existimat, qui ipsum Enneconem à S. Ennecone Abbate Monasterii Ord. S. Benedicti Leucis à Burgis XII. multisque non modo à *Loyola domo*, sed & à Guipuscoa tota in Cantabria, interjacentibus Cantabriæ montibus, dissiti, (quasi ab ipso indigenæ suas appellare soleant proles,) vult appellatum, non advertens, quod *nomina* dentur alia *appellativa rerum* à proprietatibus ipsarum; alia *propria hominum* ex sola eorundem voluntate; alia *adjectiva* ex rei vel naturali, vel accidentali qualitate desumpta, ut pluribus docet Vacon. à Vacun. *lib. 4. declar. 56. num. 1. 2. 3. & seqq.* Hoc verò nomen *S. Ignatii* nec sit *appellativum*, nec *adjectivum*, sed *proprium*, adeoque non ex accidentali illa qualitate & quidem peregre ultra montes petitum, uti D. Prælatus *Cajetanus* existimabat; cum ex sola hominum voluntate penderet, itaque se in suis literis S. P. N. Ignatius subscriberet, prout ego ipsemet complures à S. P. N. subscriptas literas vidi. Quod autem verbi minister Hulsius *in famosi sui libelli* Loiolitische Schandflecken *inscripto. pag. 18. §.* dieweil die Secitsten, nomen S. Patris N. *Ignatii* invadat, ac pro eo per calumniam falsò supponat Ignico: relatu indignum est; Cum Hispanicè *Innigo* indigitare debuisset, quod Latinè Ignatiū denotat, quemadmodum & ipse Sanctus Pater N. haud dubiè nominis sui conscius literas suas omnes subscripsit. Vid. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 10. lib. 1. c. 1. n. 4.*

Prius nomen S. P. N. Ignatii defenditur.

Nomina alia appellativa rerum, alia propria hominum, alia adjectiva.

 Deinde

S.P.N. Ignatii parentes & Domus paterna.

Deinde noto, quod S.P.N. à *Bertramo* Loyolæ & Ognes Domino in provincia Guipuzcoa & *Maria Sanchez* al. *Maria Sona* natus fuerit; Cujusmodi *Loyola* Domus opere antiquo in modum Validæ turris haud procul ab *Aspeythia* oppido ædificata, nunc in facellum est conversa, ubi Sancti Patris Nostri festum asportato Aspeithiâ *Cingulo* S.P.N. affabrè ad exprimendum Jesu nomen implicato & exposito, magno populi accursu & solemnitate celebratur, uti Didacus Gamboa S. I. *in suis ad adm. Rev. P.N. Mutium. Vitellescum p.m. 1642. datis litteris* locuples est testis.

Inde tribus circiter passuum millibus distat *domus Ognes vel Onnes* Loyolâ longe antiquior & illustrior, quæ ab *Ognate*, unde Comites Ognatenses dicuntur, & Loyolâ duodecimo circiter lapide distat; tum ab *Ognez* Monasterio S. Benedicti *S. Enneconis* memoriâ Celebri integra provincia & montibus Cantabriæ, vulgo *serras de Burgis*, dirimitur, prout P. Joannes Rhoo ex Michaele de Arbieu socio provincialis in veteri Castella, cui proximi sunt Cantabri Asturesque, contestatur. Unde Abbatis istius *Cajetani* errores sunt corrigendi.

Constitutiones Societatis ex Regula S. Benedicti nō profluxerunt.

His suppositis ajo, quod sup. citati vehementer fallantur, dum tradunt cum *Gravina*, Societatis nostrę Constitutiones ex S. Benedicti Regula, Patribus Benedictinis S.P.N. Ignatium dirigentibus & adjuvantibus profluxisse.

Neque n. id ostendunt, nedum evincunt argumenta ab ipsis eo fine in medium adducta; quin etiam ex circumstantiis vitæ ipsius S.P.N. sub initium conversionis actæ refellitur.

Opinio cōtraria refellitur.

Nam I. cum S. P. N. Ignatius anno 1521. militiæ sæculari se abdicasset, an. 1522. in celeberrima B. Marię æde, quæ in *monte Serrato* à Monachis Benedictinis propè Barcinonem incolebatur, apud Joannem Clanonium Virū ejus Monasterii religiosum triduo commorans, prioris vitæ suæ noxis sacrâ Exomologesi expiandis totus occuparetur, non fuit illi tunc tempus cum Clanonio, neq; huic occasio data cum S.P.N. de Societate nostra condenda eique præscribendis Regulis conferendi, eò quod temporibus suis omnia convenire debeant *c. si Ecclesia 23. q. 4.* Sicut verò medicis & juris peritis tempora sunt observanda, quibus quæq; notanda vel agenda norint, teste Cyno *in l. un. in princ. & Bald. n. 8. C. de Caduc. toll.* Mantic. *de dub. & ambiguis convent. vol. 1. lib. 3. tit. 15. n. 2. 3.* ita & Medici spiritualis Clanonii erat observare tempus purgationis animi, & quidem exiguum valde, nimirum triduum, quo de nova Religione condenda minimè conveniebat tractare, maximè cum Constitutio novę Religionis esset altioris indaginis, quàm quę extemplo intra triduum plenè ac deliberatè concludi posset; Neq; in re tanti momenti præcipitandum esset judicium *arg. l. quia. ff. de interrog. act. l. 1. in princ. ff. de exercit. l. si speculum. §. fin. ff. de statulib. & c. quæro 6. q. 1. Clem. pastoralis. §. verum. de re jud. c. Deus omnipotens 2. q. 1. c. ponderet. 50. dist.* ubi traditur, *quod tempore indigeamus ad deliberandum, antequam agamus, ne Consilia &*

lia & opera nostra præcipitemus. Præcipitata verò fuissent, si intra triduum, illud & quidem purgando animo occupatum, de Societate atque de ejusdem necdum apparentis Constitutionibus condendis consultasset, ac conclusisset. Siquidem *præcipitatio* ex Modicitate temporis colligitur, quando nimirum illud tam breve est, ut verosimiliter intra illud fieri nequeat; Ancharan. *Cons. 83. Visis diligenter actis, num. 2. sub fin.* Francisc. Curt. *in repet. l. is, apud quem C. de edend. num. 35. & seqq.* Bart. *in l. prolatam. num. 10. C. de sentent. & interloc. omn. jud.* Can. *in c. cum ex literis, de rest. integr. & ibi* glo. *verb. instructus.* Hujusmodi breve tempus erat illud triduum, quo per generalem confessionem ex optimo Magistri Joannis Clanonii suasu, purgando animo vacabat. Accedit quod S. Pater N. itineri intentus Hierosolymitano, se ad illud variis exercitiis, corporisque afflictationibus diu multumque præparabat. Nam jumento, quo erat advectus, Cœnobio donato, gladio & pugione ad aram D. Virginis suspensis, nec non vestibus nobilibus sub feram noctem exutis, unique Pauperum liberaliter collatis, talari tunica è rudi sacco se induebat, atque hoc ornatu noctem, Natalitia Christi Domini festa præcedentem *Ann. 1522.* exegit, totum se toto pectore Deo devovens ac sanctissimæ Dei Matri commendans primo diluculo, ne per lucem agnitus in eo habitu sui admirationem concitaret, *Manresā* versus discessit, Oppidum à Monte Serrato tribus dissitum leucis, in ejus *Nosocomio S. Luciæ receptus*, ubi annum integrum rigidissimâ peractâ vitâ quotidianis jejuniis & flagellis corpus domabat, animum verò sacris epulis identidem pascebat, quibus illuminata divinitus mens libellum exercitiorum spiritualium, quo plures illustrati ad vitæ sanctioris callem transierunt, concepit.

Libellū Exercitiorum divinitus ex frequenti communione sacra illustratus conscribit.

§. 3.

Libellus exercitiorum spiritualium S. Patris N. Ignatii differt ab Exercitatorio Cisnerii.

Hic *libellus S. Patris N. est* à Rev. P. *Garzia Cisnerii* Abbatis quondam Montis Serratensis *exercitatorio vitæ spiritualis* paulò ante concinnato typisque evulgato, in fine, mediis ac modo tractandi discretus. Siquidem S. Pater N. omnis generis homines sine ulla differentia, propositis generalioribus meditationibus, iisque convenientibus Regulis in via spirituali *exercet*; Cisnerius verò Religiosos duntaxat per meditationes, iis, eorumque statui & quidem in Ordine S. Benedicti convenientes exercere satagit, uti ex utrinsque collatione videre est. Unde nec verum est, nec verisimile, S. Patris N. libellum exercitiorum spiritualium ex Cisnerii exercitatorio fuisse desumptum, secus ac Constantinus Cajetanus *in supra nominata Institutione cap. 7.* existimabat. Neque ex nomine *Exercitiorum* quicquam concludi poterit. Cum alii etiam spirituales viri & sancti Patres scripta sua ad pietatem erudientia inscripserint ascetica, id est, exercitia. Vide *Ascetica S. Basilii M.*

Libellus Exercitiorum S. Patris N. non est desumptus ex Cisnerii Exercitatorio.

§. 4.

Contrariæ de libello Exercitiorum Conjecturæ solvuntur.

CAjetani Conjecturæ facilè dissolvuntur, si quis attendat, illud *Proverb. 3. v. 32. Cum simplicibus sermocinatio ejus*, & Christi Domini N. *Matth. 11, vers. 25. Luc. 10. v. 21. revelasti ea parvulis*, in S. P. N. Ignatio impletum, quando parvulus in oculis suis ad mendicabula se abjecit, obtinuisse, ut arcana SS. Trinitatis ac mysteria incarnationis, in meditationibus suis libello exercitiorum consignatis didicerit, licet nec Theologiæ nec sacrarum scripturarum studio, (quemadmodum Cajetanus, *cap 6.* objicit) esset excultus. Idem olim judæi Christo Domino nostro, *Joan. 7. v. 15.* objecerant, *quomodo hic literas scit, cum non didicerit*, quibus Respondit Jesus S. Patris N. & Societatis nostræ author & antesignanus; *mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me.*

Defectus doctrinæ objectus diluitur.

Instantia

Replicabis, si S. Pater N. Ignatius fuit θεοδίδακτος, non igitur opus fuit, ut linguam addisceret latinam; cujus tamen notitiam sibi ad proximos convertendos necessariam existimavit.

Discutitur.

Respondeo cum S. Paulo *Ephes. 4. v. 7. Vnicuique nostrum*, inquiente, *data est gratia secundum Mensuram donationis Christi*; ac proinde non omnib. omnia donata sunt, secus ac non rectè sentit Abbas Cajetanus, sed secundum mensuram, quam Christus ex liberalissimæ suæ dispensationis Thesauro donat, solet Deus eos, qui singulariter ad ipsum convertuntur, illique peculiari animi submissione serviunt atq; inhærent, peculiari etiam gratiâ eamque concomitantibus Spiritus Sancti donis, *sapientiâ*, *intellectu*, *Consilio, fortitudine*, &c. locuplerare, ipsorum *illuminando intellectum*, ut sint docibiles Dei; *Voluntatem inflammando*, ut Deus sit ipsis omnia, divinaq; potius patiantur, quàm agant; prout pluribus exemplis, in quibus ob literarum & studiorum ignorationem idiota, sed à Deo valde illuminatus vir enituit Raymundus Jordanus, Præpositus Vricensis, commentationibus piis atque à nostro Raynaudo suæ integritati restitutis clarus, commonstrari posset, nisi opus id nimium excresceret; Unde hic iis recensendis supersedendum existimo.

§. 5.

Studia & S. P. N. variis in locis opera.

DEmum S. Pater N. *anno* 1523, Manresa in Italiam concessit, Româ Venetiisque lustratis, Hierosolyma, prout in monte Serrato constituerat, profectus,

profectus, ac sacra Christi vestigia veneratus fuit. Inde repetitâ Hispaniâ literis operam daturus, *Barcinonæ Anno* 1525. prima *Grammatices* Rudimenta inter pueros addidicit, *Compluti* Anno 1526. studia prosecutus, ac *Salmanticæ*, ubi *Anno* 1527. pluribus *libello exercitiorum* spiritualium excultis invidiam sibi conflavit & Carceres innocens induit, à quibus absolutus, Parisios Anno 1528. Mense Februario tenuit, ibiq; sub initium hospitali D. Jacobi domo precariò receptus, atque in singulos dies ostiatim victum quæritans, in *Collegio S. Barbaræ* tribus annis & dimidiato *Philosophiam* audivit, quibus exactis Magistri laureâ fuit condecoratus: Ibidem *An.* 1532. apud PP. Dominicanos SS. Theologiam audivit ac prosecutus. *Anno* 1534. *P. Petrum Fabrum* Allobrogem, *S. Franciscum Xaverium* Navarræum, *P. Iacobum Laynez* Seguntinum. *P. Alphonsum Salmeronem* Toletanum, *P. Simonem Rodericum* Lusitanum, ac *P. Nicolaum Bobadillam* Palentinum supremis liberalium artium insignibus conspicuos ac SS. Theologiæ studiosos exercitiis spiritualibus instructos sibi socios adlegit, qui S. P. Nostri exemplum secuti facultatibus in egenos distributis, ad hospitalem domum divertebant, victum mendicabulorum more ostiatim quærentes, Tum in Ecclesia suburbana *Deiparæ Virginis*, quæ *Mons Martyrum* nuncupatur, ac Parthenone Ordinis S. Benedicti insignis est; 18. Kal. Septemb. quo Deiparæ Virginis assumptæ memoria recolitur, peractâ exomologesi sumptoque sacro pabulo se obstinxere singuli omnium primis votis res humanas abdicandi, & in perpetua paupertate serviendi proximorum saluti, nominatim autem navigandi Hierosolyma, infidelium animos Deo conciliandi, & ad ejus cultum adjungendi, si quidem (post absoluta studia) Venetiis, quò cogitabant, tunc intra anni Circulum subsequentem solvendi occasionem nanciscerentur; Sin minus, Romam adirent, & Pontifici Maximo suam operam impensè ad auxilium Ecclesiæ proximorumque deferrent.

Anno 1525. cepit.

Prima vota nostrorum in Monte Martyrum.

§. 6.

An vota in monte Martyrum Ann. 1534. concepta, fuerint vota Religiosa, ex & in quibus Benedictini sibi aliquid vindicare possint.

CUjusmodi *vota* singulorum etsi sint *actus à virtute Religionis*, prout hæc est habitus voluntatis, quo Deus tanquam supremus & excellentissimus Dominus colitur, eliciti, non tamen fuêre *vota Religionis* aut *ineundæ* aut *profitendæ*, *prout Religio* statum dicit Religiosum sub certa Regula per sedem Apostolicam approbata observandum, ut patet ex præmissa formula, quâ vota *paupertatis* ac *peregrinationis* Hierosolymitanæ, vel oblationis summo Pontifici ad procurandam proximorum salutem faciendæ continebantur;

Hæc vota non fuerunt status Religiosi, licet ex virtute Religionis profecta.

bantur; Qualia vota per se statum religiosum non involvunt. Cum plures Hierosolyma ex voto inviserint, ac saluti animarum incubuerint, qui tamen non fuere Religiosi. *Deinde* illorum omnium vota non fuere in manibus alicujus Religiosi facta, qui potestate incorporandi voventes alicui corpori Religioso præditus esset, neque eo fine fuere istic in æde D. Mariæ Virginis omnibus hominibus propatula à primis nostris Patribus vota ista nuncupata. Certè absurdum foret animo concipere, ea fuisse in manibus Monialium istius loci emissa. Insuper nec castitas expresse, nec obedientia voto promissa est, quam tamen utramque simul in votis Religiosi status promittere necesse est, per tradita *in c. in præsentia. de probat, in c. insinuante. qui Cler. vel vov.* Ex hisce primorum nostrorum Patrum votis in æde seu templo Benedictini Parthenonis *ad SS. Martyres* nuncupatis quid Ordo Benedictinus vel ratione Instituti vel Regularum Societatis nostræ sibi vendicare queat, nemo est qui præter Constantinum Abbatem Cajetanum & Carolum Stengelium videat, sed nos ad lineam redeamus.

In his votis nihil sibi Benedictini vendicare possunt.

§. 6.

Venetias eunt S.P.N. & socii, sacerdotio initiantur, vota paupertatis & castitatis emittunt.

S.P.N. socios adscivit

SAnctus Pater Noster cum sociis paulo ante nominatis Parisios reversus, inde Anno 1535. studiis Theologicis absolutis, tres alios vitæ socios P. *Claudium Iajum* Allobrogem ? *Ioannem Codurium* Ebredunensem, *P. Paschasium Broëtum* Ambianensem Philosophiæ adoreâ laureatos & Theologiæ alumnos conciliavit, qui una cum primis sociis S. Patrem Nostrum in Hispaniam redeuntem per Lotharingiam, Germaniam, Basileam usque & Constantiam comitati Parisios redierunt, ut ibidem usque *ad Diem VIII. ante Kal. Februar.* 1537. in studiis subsisterent, ac postea S. P.N. Venetias subsequerentur, S.Pater N. *Valentia* ex Hispania solvens, *Genuam* Anno 1536. appulit, Venetiasque per Apenninos montes petiit, ubi cum plures ex commentationibus asceticis libelli exercitiorum adsciscerer socios, in salutemque proximorum intenderet, Calumniis impactis, sed apud *Hieronymum Verallum* id temporis Nuncium Apostolicum, postea S. R. E. Cardinalem dispulsis, adventu sociorum Lutetiæ relictorum, aliorumque novorum sodalium accessu *6. Idus Ianuarii Anno* 1537. recreatus fuit, omnibusque in circuitu Veneto suam attribuit Spartam, quam hyeme asperrima quisque adornaret, atque ineunte vere socios omnes Romam dimisit, Benedictionem Apostolicam pro itinere Hierosolymitano petitum; quâ impetratâ Venetias omnes reversi, mense Junio cum S.P.N. Ignatio ab Illmo. Dno. Nuncio Apostolico *Verallo*, sacro initiati fuere sacerdotio, ac voto

pau-

paupertatis & castitatis in eius manibus nuncupato, Orland. Histor. Soc. *lib.* 2. *num.* 59. visitandis Nosocomiorum infirmis, obeundisque viciniæ locis vacavere.

§. 8.

Quædam leges conduntur.

TVm ubi nulla toto anno itineris Hierosolymitani offerretur occasio, quemadmodum Parisiis convenerat, Vicentiam omnes abiêre, prius quibusdam initis legibus, non tamen stabilibus convenerunt. 1. *Vt mendicato viverent, in hospitalibus.* 2. *mutuis charitatis officiis sibi invicem servirent,* 3. *in animis hominum virtutis amorem, odium vitiorum excitarent.* 4. *Decalogi Ecclesiæque præcepta diligenter inculcarent, ad eaque servanda, quà præmiis cœlestibus, quà inferorum suppliciis propositis inflammarent.* 5. *Teneram juventutem ac rudem plebem Christianis præceptis ac moribus informarent.* 6. *pœnitentibus faciles præberent aures.* 7. *atque à publicis muneribus vacui, ægrotis solatia impenderent.* 8. *Denique nihil omitterent, quò maior Dei gloria & animarum salus promoveri posset*; atque ex Religione voti observarent.

Conduntur quædam leges, sed non stabiles. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Ex quibus colligitur, quod ante has non fuerint Constitutiones à S. Patre Nostro pro Societate nostra factæ, quia cæteroquin hæ fuissent supervacaneæ.

§. 9.

Sociis per Italiam distributis S. Pater N. Romam cum Laynio & Fabro petit, atque ibidem ad docendum &c. admittitur.

VIcentia secessione factâ Socii per Italiæ oppida & Academias fuere distributi, ita ut *Salmeroni* & *Paschasio* Senæ; *S. Francisco Xaverio & Bobadillæ* Bononia; *Claudio Iaio & Simoni Rodericio* Ferraria; Patavium *Ioanni Codurio & Hosio* assignarentur, ipse vero *S. P. N. Ignatius cum Sociis Fabro & Laynio* Romam discederet, ubi civitati Romanæ imminebat, relictis nonnihil Sociis templum quoddam devium desertumque ingressus fuit, ibique effuso in orationem animo atque à sensibus abstracto in magna luce per speciem ei se Deus Pater ostendit Iesu Christo filio crucem humeris gestanti, Ignatium Sociosque commendans, atque iis commendatis ad Ignatium conversus hilari ac Sereno vultu compellavit, *Ego vobis,* inquiens, *Romæ propitius ero.* Hac promissione confirmatus S. P. N. cum Sociis Fa-

ciis Fabro & Laynio Urbem mense Octobri (At Maffeio teste *lib. 2. c. 5.* Mense Novembri) Anno 1537. ingressus est, atque ut prima sese opportunitas obtulit, Pontificem adiit, cui & suam & reliquorum Sociorum operam, quibus ante convenerat legibus, humillimè offert, quæ etiam suæ Sanctitati grata fuit. Quare *Fabrū* jubet *Lainiumq;* in publico Sapientiæ Gymnasio profiteri, alterumq; scripturas sacras, & alterum Theologiam sacram explicare. *S.P.N.* Ignatius verò cum in aliis pietatis officiis ac muneribus studium suum, tum in spiritualibus exercitationibus proximo cuiq; impendebat, interq; alios Cardinalem Gasparem Cantarenum excellenti eruditione, pietate virum commentationibus sacris imbuit, quas adeo Cardinalis magnifecit, ut eas sua manu descripserit.

§. 10.

S. Pater N. Cardinalem exercitiis spirituolib. excolit

S. Pater N. cum Ortizio in montem Cassinum proficiscitur.

SVb initium anni 1538. S.P.N. Ignatius *Petrum Ortizium* SS. Theologiæ Doctorem Cæsaris apud Pontificem legatum, ut sacris commentationibus excoleret, urbe egressus, quo liberior à negociis esset, in montem Cassinum olim S. Benedicti domicilium cum ipso secessit, eumq; quadraginta diebus in spiritualibus exercuit meditationibus. *Orland. lib. 2. hist. Soc. n. 34. 35. 36.* Maffei. *lib. 2. vita S.P.N. cap. 6.*

§. 11.

Erronea quorundam Religiosorum de hoc secessu opinio.

Regula Societatis non sunt desumpta ex Regulis S. Benedicti, nec Benedictinis dirigentibus conscripta.

QVod verò de hoc secessu Benedictini aliiq; Religiosi moderni tradunt, quasi S. Pater N. Benedictinis Patribus dirigentibus Regulam Societatis nostræ pluribus ex Regula S. Benedicti mutuatis scripserit, sine ulla verisimilitudine asserunt, atq; ex ipsis circumstantiis, quas afferunt, refelluntur, in quibus ipsi inter se non conveniunt, sed sibi manifestè adversantur. Nam Constantinus Caietanus Abbas c. 4. eumq; secutus Carolus Stengelius asserunt, quod in Cassino monte Societatis Regulas S. Pater N. conscripturus librorū necessariorum subsidium atq; unius alteriusq; Monachi præsidium ex monasterio Cassinensi petierit, quibus instructus ad Albanetum locum in eodem Cassinensi saltu quingentos circiter passus à primario Cænobio disiunctum se contulerit, ibiq; complures dies commoratus fuerit, quem in finem citat Constantinus Caietanus Abbas Honoratum de Medicis Neapolitanum in annalibus Cassinensibus, Marcum Antonium Scipionem & Angelum Riccam Castro Sangrinum, qui tamen ipsi, ut mox videbitur, adversantur.

§. 12.

Refutatur allegatus Arnoldus VVion.

ARnoldus VVion *lib.1. Ligni vitæ c.1.* asseritur hæc tradere, *Ignatius Loiola Patrum S.I. Institutor in Hispania nobilibus parentibus editus, postquam sæculari militia relicta, atq; mundi curis abdicatis, ad Dei militiam se tradidisset, tum ad salutem animarum promovendam totum se contulisset, suas, quas condere volebat, ita ex huius Regula (de Benedictina loquitur) institutis informavit. Cassini enim positus montem illum contemplationis aliquot mensibus habitavit, ibique velut alter Moyses & legislator secundus religiosarum legum tabulas primis non absimiles composuit, ut brevissimo temporis intervallo multiplicatus fuerit, inde factum, ut eius instituti doctrina & pietate clarissimi viri totum terrarum orbem collustraverint.* Hæc VVion, quem refert & sequitur Gravina *lib.6. de voce Congeminata Turturis part.2. cap.32.* S. Ignatius de Loiola, inquiens, *fundator & princeps, suos quos condere volebat Canones ex Regula monachorum protoparentis Benedicti tanquam flores decerpsit, eiusdemq; S. Benedicti institutis suos informavit. Casini enim degens montem illum contemplationis, aliquot mensibus inhabitavit, ibiq; velut alter Moyses & legislator secundus Religiosarum legum tabulas fabricavit primis non absimiles.* — *Opinio Arnoldi VVionis recitatur.* — *Gravina.*

Verum Arnoldus VVion *cit. lib.1. ligni vitæ in meo exemplari* ne quidē S. Patris N. Ignatii mentionem facit, nedum hoc, quod Gravina atq; Constātinus asserunt, conscripsit, nisi forte in suis exemplaribus quasdam additiones habeant, quæ in meo desiderantur; Alias totum hoc videretur commentum esse, quia sicut ajunt ICti, *quando relatum non invenitur, referens nō subsistit, l.2. ff. de hæred. instit. l. in testamento. de condit. & demonstrat.* Bart. *in l. edita col. pen. C. de edend. & in Extrav. Henrici Imp. Ad Reprimendū. in verb. prout, quom. in crim les. Maj. proc.* Dec *cons.106. in fin.* & omnes *in Auth si quis in aliquo C de edend.* Vide Boer. *decis.16. n.2.* Natt. *cons.40. in fin.* Et esto, scripsisset hoc VVion; attamen illud ex infra adductis rationibus non subsisteret, Igitur &c. — *Refellitur.*

§. 13.

Refutatur item Honoratus.

HOnoratus verò de Medicis Neapolitanus *in Annalibus Casinensibus mscr. part.3.* à Constantino Cajetano laudatus, ita loquitur. *pag.372. In Albanetana Grancia Sa.ri Casini B. Ignatius, P. Salmeron cum aliis sociis fecerunt Regulam Iesuitarum, adhibentes Regulam S. Benedicti, & ibi fecerunt multas Constitutiones. Hi Iesuitæ exinde tanquam novus Sol in precio sunt per totum mundum propter vita Exempla.* Hactenus mscr. — *Assertio Honorati.*

In quibus verbis ipse Honoratus Constantino Caietano contrariatur. Siquidem *Constantinus* vult, S. Patrem nostrum à Monachis Casinensibus in Regula Societatis cudenda instructum & adiutum, quorum tamen nec VVion nec Gravina supra. *cit. loco.* meminerunt. Et *Honoratus* non à Monachis, sed à Patre Salmerone aliisque Sociis suis — *Refellitur.*

S. P. N. Ignatium Iesuitarum Regulam adhibitâ Benedictinâ velut subsidiariâ composuisse tradit; quæ cum sibi contrarientur, faciunt, ut neutrum subsistat, neutrumque verum credatur aut verum præsumatur *per l. ubi pugnantia 188. ff. de R. I.* Accedit, quod id temporis S. Patri nostro P. Salmeronaliique socii non adfuerint; cum P. Salmeron cum Paschasio Broëto Senis tunc commoratus fuerit, socii verò S. Patris nostri Faber & Lainez Romæ relicti in Sapientiæ Gymnasio docerent, neque Constitutiones nostræ cum Regula S. Benedicti convenirēt, sed dissimiles essent. Ut proinde illæ ex hac veluti idæa desumi non potuerint; adeoque nec ista Honorati narratio vera aut verisimilis esse queat.

§. 14.

Refellitur Marcus Antonius Scipio.

Alter à Constantino Cajetano, Carolo Stengelio & Tamburino productus testis Marcus Antonius Scipio, ad P. Ioannem Rho Societatis nostræ ita quidem scribit; *cæterum ad Constitutiones quod attinet, fama & constantissima fama à maioribus ad posteros deinceps transmissa pervulgavit, fuisse ab Ignatio ad Albanetam compositas uti ego (M. Antonius Scipio) in meis elogiis explicatiùs adnotavi.* ,, *Quamvis in Cassinatis tabularii membranis nihil* ,, *repererim, quod communem hanc opinionem nobis certò confirmet ac stabili-* ,, *at*; pergit idem. *Adducor ego, ut credam, Ignatium in Albanetano secessu* ,, *degentem, cum è D. Benedicti Regula aliorumque legislatorum insigniores lo-* ,, *cos complures condendis sui instituti Regulis maximè accommodatos non solum* ,, *diu atque attentè expendisset, sed & in scripta etiam redegisset, suarum le-* ,, *gum prima veluti elementa duxisse, quibus deinde per ocium ampliatis, & ac-* ,, *curatiore diligentia expolitis ultimā deinde manum fortunatissimo eventu impo-* ,, *suit. Hinc simillimum vero, tritissimum, quæ etiamnum apud nos, ut cum maxi-* ,, *mè viget, conditarum à S. Ignatio in Albaneto Cœnobiolo constitutionum famam emanasse. Aliud hac super re quod certius atque exploratius ad te perscribam, mihi sanè occurrit nihil. Vale. Casini Idibus Iulii Anni 1642.* Hæc ipse.

Opinio M. Antonii Scipionis.

Refellitur. Verum cum ista fama in facto tertii eiusq; incertiori nitatur interpretatione & conjectura, cuiusmodi interpretatio facti tertii etiam prudentissimos fallat, teste Neratio *in l. in omni pœna. 2 ff. de iur. & fact. ignor.* ideo huic conjecturatæ interpretationi non multū videtur tribuendum, maximè cum in tabulis Casinensibus nihil de eo facto appareat conscriptum.

Quod verò idem M. Antonius Scipio in elogiis Abbatum Casinensiū *pag. 66.* asserit, *S. Patrem Nostrum, quo tempore oportunam remotioris secessus* ,, *quietem præscribendis suæ Sodalitati Regulis exquirebat, Casinum abiisse, ibique* ,, *tum libris, qui opus essent, tū unius alteriusve Monachi subsidio à præside instru-* ,, *ctum ad Albanetum se contulisse, locum in eodem Casinati saltu quingentos circiter passus à primario Cœnobio seiunctum &c.* Illud Honorato Monacho ex eadem fama scribenti, & S. P. Nostro non *Monachos*, sed *P. Salmeronem*

alios &

aliosque ipsius socios in Regularum compositione addenti, quoad has circumstantias ad ipsam substantiam facti concurrentes, adversatur, ideoque neutrum in veritate subsistet per *sup. cit. l. ubi pugnantia* 188. *ff. de R. I.*

§. 15.

Refellitur relatio Angeli Sangrii.

PORrò quod refert Constantinus Cajetanus *d. cap.* 4. sibi *juveni aliisque plurimis sæpè ab Angelo Ricca Castro Sangrino in Samnio Messina oriundo, sene nonagenario narratum, quod ipse Angelus Sangrinus, religiosis, principibus, quin & summis Pontificibus charus, & clarus libris, qui diversa postmodum in congregatione Casinensi Cœnobia per sanctè gubernavit, & totius congregationis Præsidens fuit,* & Benedictus Canophilus, *etiam Castro Sangrinus ob prudentiam & juris scientiam summis Pontificibus notissimus; Tum Gregorius de Pisonibus Viterbiensis ICtus & Theologiæ professor & commentator, in administrationibus plurimis prudentiæ & pietatis celebris ex præscripto Abbatis sui, anno salutis suæ M. D. XXXVIII. curam instituendi & adjuvandi in condendis legibus Ignatium perplexum adhuc in statuenda perfectiori aliqua vitæ socialis formula libentissimè susceperint, ac duos ferè menses in hac laudabili prorsus opera consumpserint apud S. Mariam de Albaneta, locum se motum, & tanto habilem negocio, ab ipso Cassinensi Cœnobio Centenos aliquot passus distantem, ut quemadmodum* Joannes Clanonius *Montis Serrariensis Monachus Ignatio ad privatæ perfectionem vitæ; Sic illi tres ad socialem communemque erudierint. Idque ipse* Cajetanus *ex eo putat verisimiliter probari, quod S. P. Noster non toto tempore voluerit lateri D. Ortizii adhærere, ideoque nec præsumendum sit, ipsum propterea in montem Cassinum secessisse, cum alias pro exercendo Ortizio in spiritualibus exercitiis viciniora Romæ loca potuisset occupare, sed famâ illorum triū virorum excitum eosdem convenisse, ut cum iisdem de instituto societatis ejusque regulis formandis & præscribendis conferret.* Narratio.

Ad illud Respondetur, quod Constantinus Abbas Cajetanus se ipsum designet testem, qui dicat, se ab Angelo Sangrio dicente & referente, *(quod à S. Patre N. in monte Cassino Benedictinis Monachis instructoribus Regula societatis sit composita)* audivisse, nec alios nominet contestes, qui ab eodem Sangrio idem audiverint, [illegible]per alii, qui audivisse sine certo authore se dicunt, non eodem modo, sed diversimode, ut vidimus, deponant, hinc consequitur, quod d. testi Constantino Abbati Cajetano minimè veniat credendum. Deinde assertum Angeli dictum nimis est generale, nihil certi concludens, adeoque perinde habetur, ac si nihil esset dictum, per not. Angel. de Perus. in *addit. de testib. nu*[illegible]4. Tum *ex eo*, quod Angelus Ricca Cassinensi Congregationi præfuerit, Benedictus Canophilus Sangrinus Refellitur.

S.P.N. Ignatii parentes & Domus paterna.

Deinde noto, quod S.P.N. à *Bertramo* Loyolæ & Ognes Domino in provincia Guipuzcoa & *Maria Sanchez* al. *Maria Sona* natus fuerit; Cujusmodi *Loyola* Domus opere antiquo in modum Validæ turris haud procul ab *Asseythia* oppido ædificata, nunc in sacellum est conversa, ubi Sancti Patris Nostri festum asportato Aspeithiâ *Cingulo* S.P.N. affabrè ad exprimendum Jesu nomen implicato & exposito, magno populi accursu & solemnitate celebratur, uti Didacus Gamboa S. I. *in suis ad adm. Rev. P. N. Mutium. Vitellescum p. m. 1642. datis literis* locuples est testis.

Inde tribus circiter passuum millibus distat *domus Ognes vel Onnes* Loyolâ longe antiquior & illustrior, quæ ab *Ognate*, unde Comites Ognatenses dicuntur, & Loyolâ duodecimo circiter lapide distat; tum ab *Ognez* Monasterio S. Benedicti *S. Enneconis* memoriâ Celebri integra provincia & montibus Cantabriæ, vulgo *ferras de Burgis*, dirimitur, prout P. Joannes Rhoo ex Michaele de Arbieu socio provincialis in veteri Castella, cui proximi sunt Cantabri Asturesque, contestatur. Unde Abbatis istius *Cajetani* errores sunt corrigendi.

Constitutiones Societatis ex Regula S. Benedicti nō profluxerunt.

His suppositis ajo, quod sup. citati vehementer fallantur, dum tradunt cum *Gravina*, Societatis nostrę Constitutiones ex S. Benedicti Regula, Patribus Benedictinis S.P.N. Ignatium dirigentibus & adjuvantibus profluxisse.

Neque n. id ostendunt, nedum evincunt argumenta ab ipsis eo fine in medium adducta; quin etiam ex circumstantiis vitæ ipsius S.P.N. sub initium conversionis actæ refellitur.

Opinio cōtrariarefellitur.

Nam I. cum S. P. N. Ignatius anno 1521. militiæ sæculari se abdicasset, an. 1522. in celeberrima B. Mariæ æde, quæ in *monte Serrato* à Monachis Benedictinis propè Barcinonem incolebatur, apud Joannem Clanonium Virū ejus Monasterii religiosum triduo commorans, prioris vitæ suæ noxis sacrâ Exomologesi expiandis totus occuparetur, non fuit illi tunc tempus cum Clanonio, neq; huic occasio data cum S.P.N. de Societate nostra condenda eique præscribendis Regulis conferendi, eò quod temporibus suis omnia convenire debeant *c. si Ecclesia 23 q. 4.* Sicut verò medicis & juris peritis tempora sunt observanda, quibus quæq; notanda vel agenda norint, teste Cyno *in l. un. in princ. & Bald. n. 8. C. de Caduc. toll.* Mantic. *de dub. & ambiguis convent. vol. 1. lib. 3. tit. 15. n. 2. 3.* ita & Medici spiritualis Clanonii erat observare tempus purgationis animi, & quidem exiguum valde, nimirum triduum, quo de nova Religione condenda minimè conveniebat tractare, maximè cum Constitutio novę Religionis esset altioris indaginis, quàm quę extemplo intra triduum plenè ac deliberatè concludi posset; Neq; in re tanti momenti præcipitandum esset judicium *arg. l. quia. ff. de interrog. act. l. 1. in princ. ff. de exercit. l. si peculium. §. fin. ff. de statu lib. & c. quæro 6. q. 1. Clem. pastoralis. §. verum. de re jud. c. Deus omnipotens 2. q. 1. c. ponderet. 50. dist.* ubi traditur, *quod tempore indigeamus ad deliberandum, antequam agamus, ne Consi-*

lia &

lia & opera nostra præcipitemus. Præcipitata verò fuissent, si intra triduum, illud & quidem purgando animo occupatum, de Societate atque de ejusdem necdum apparentis Constitutionibus condendis consultasset, ac conclusisset. Siquidem *præcipitatio* ex Modicitate temporis colligitur, quando nimirum illud tam breve est, ut verosimiliter intra illud fieri nequeat; Ancharan. *Consl. 83. Visis diligenter actis. num. 2. sub fin.* Francisc. Curt. *in repet. l. is, apud quem C. de edend. num. 35. & seqq.* Bart. *in l. prolatam. num. 10. C. de sent. & interloc. omn. jud.* Can. *in c. cum ex literis, de rest. integr. & ibi* glo. *verb. instructus.* Hujusmodi breve tempus erat illud triduum, quo per generalem confessionem ex optimo Magistri Joannis Clanonii suasu, purgando animo vacabat. Accedit quod S. Pater N. itineri intentus Hierosolymitano, se ad illud variis exercitiis, corporisque afflictationibus diu multumque præparabat. Nam jumento, quo erat advectus, Cœnobio donato, gladio & pugione ad aram D. Virginis suspensis, nec non vestibus nobilibus sub seram noctem exutis, unique Pauperum liberaliter collatis, talari tunica è rudi sacco se induebat, atque hoc ornatu noctem, Natalitia Christi Domini festa præcedentem *Ann. 1522.* exegit, totum se toto pectore Deo devovens ac sanctissimæ Dei Matri commendans primo diluculo, ne per lucem agnitus in eo habitu sui admirationem concitaret, *Manresâ* versus discessit, Oppidum à MonteSerrato tribus dissitum leucis, in ejus *Nosocomio S. Luciæ receptus*, ubi annum integrum rigidissimâ peractâ vitâ quotidianis jejuniis & flagellis corpus domabat, animum verò sacris epulis identidem pascebat, quibus illuminata divinitus mens libellum exercitiorum spiritualium, quo plures illustrati ad vitæ sanctioris callem transierunt, concepit.

Libellū Exercitiorum divinitus ex frequenti communione sacra illustratus conscribit.

§. 3.

Libellus exercitiorum spiritualium S. Patris N. Ignatii differt ab Exercitatorio Cisnerii.

Hic *libellus S. Patris N. est* à Rev. P. *Garzia Cisnerii* Abbatis quondam Montis Serratensis *exercitatorio vitæ spiritualis* paulò ante concinnato typisque evulgato, in fine, mediis ac modo tractandi discretus. Siquidem S. Pater N. omnis generis homines sine ulla differentia, propositis generalioribus meditationibus, iisque convenientibus Regulis in via spirituali *exercet*; Cisnerius verò Religiosos duntaxat per meditationes, iis, eorumque statui & quidem in Ordine S. Benedicti convenientes exercere satagit, uti ex utriusque collatione videre est. Unde nec verum est, nec verisimile, S. Patris N. libellum exercitiorum spiritualium ex Cisnerii exercitatorio fuisse desumptum, secus ac Constantinus Cajetanus *in supra nominata Institutione cap. 7.* existimabat. Neque ex nomine *Exercitiorum* quicquam concludi poterit. Cum alii etiam spirituales viri & sancti Patres scripta sua ad pietatem erudientia inscripserint ascetica, id est, exercitia. Vide *Ascetica S. Basilii M.*

Libellus Exercitiorum S. Patris N. non est desumptus ex Cisnerii Exercitatorio.

§. 4.

Contrariæ de libello Exercitiorum Conjecturæ solvuntur.

CAjetani Conjecturæ facilè dissolvuntur, si quis attendat, illud *Proverb. 3. v. 32. Cum simplicibus sermocinatio ejus*, & Christi Domini N. *Matth. 11, vers. 25. Luc. 10. v. 21. revelasti ea parvulis*, in S. P. N. Ignatio impletum, quando parvulus in oculis suis ad mendicabula se abjecit, obtinuisse, ut arcana SS. Trinitatis ac mysteria incarnationis, in meditationibus suis libello exercitiorum consignatis didicerit, licet nec Theologiæ nec sacrarum scripturarum studio, (quemadmodum Cajetanus, *cap 6.* objicit) esset excultus. Idem olim judæi Christo Domino nostro, *Joan. 7. v. 15.* objecerant, *quomodo hic literas scit, cum non didicerit*, quibus Respondit Jesus S. Patris N. & Societatis nostræ author & antesignanus; *mea doctrina non est mea, sed ejus, qui misit me.*

Defectus doctrinæ objectus diluitur.

Instantia

Replicabis, si S. Pater N. Ignatius fuit θεοδίδακτος, non igitur opus fuit, ut linguam addisceret latinam; cujus tamen notitiam sibi ad proximos convertendos necessariam existimavit.

Discutitur.

Respondeo cum S. Paulo *Ephes. 4. v. 7. Vnicuique nostrum*, inquiente, *data est gratia secundum Mensuram donationis Christi*; ac proinde non omnib. omnia donata sunt, secus ac non rectè sentit Abbas Cajetanus, sed secundum mensuram, quam Christus ex liberalissimæ suæ dispensationis Thesauro donat, solet Deus eos, qui singulariter ad ipsum convertuntur, illique peculiari animi submissione serviunt atq; inhærent, peculiari etiam gratiâ eamque concomitantibus Spiritus Sancti donis, *sapientiâ, intellectu, Consilio, fortitudine*, &c. locupletare, ipsorum *illuminando intellectum*, ut sint docibiles Dei; *Voluntatem inflammando*, ut Deus sit ipsis omnia, divinaq; potius patiantur, quàm agant; prout pluribus exemplis, in quibus ob literarum & studiorum ignorationem idiota, sed à Deo valde illuminatus vir enituit Raymundus Jordanus, Præpositus Vticensis, commentationibus piis atque à nostro Raynaudo suæ integritati restitutis clarus, commonstrari posset, nisi opus id nimium excresceret; Unde hic iis recensendis supersedendum existimo.

§. 5.

Studia & S. P. N. variis in locis opera.

DEmum S. Pater N. *anno* 1523, Manresa in Italiam concessit, Româ Venetiisque lustratis, Hierosolyma, prout in monte Serrato constituerat, profectus,

professus, ac sacra Christi vestigia veneratus fuit. Inde repetitâ Hispaniâ literis operam daturus, *Barcinonæ Anno* 1525. prima *Grammatices* Rudimenta inter pueros addidicit, *Compluti* Anno 1526. studia prosecutus, ac *Salmanticæ*, ubi *Anno* 1527. pluribus *libello exercitiorum* spiritualium excultis invidiam sibi conflavit & Carceres innocens induit, à quibus absolutus, Parisios Anno 1528. Mense Februario tenuit, ibiq; sub initium hospitali D. Jacobi domo precariò receptus, atque in singulos dies ostiatim victum quæritans, in *Collegio S. Barbaræ* tribus annis & dimidiato *Philosophiam* audivit, quibus exactis Magistri laureâ fuit condecoratus: Ibidem *An.* 1532. apud PP. Dominicanos SS. Theologiam audivit ac prosecutus. *Anno* 1534. *P. Petrum Fabrum* Allobrogem, *S. Franciscum Xaverium* Navarræum, *P. Iacobum Laynez* Seguntinum. *P. Alphonsum Salmeronem* Toletanum, *P. Simonem Rodericum* Lusitanum, ac *P. Nicolaum Bobadillam* Palentinum supremis liberalium artium insignibus conspicuos ac SS. Theologiæ studiosos exercitiis spiritualibus instructos sibi socios adlegit, qui S. P. Nostri exemplum secuti facultatibus in egenos distributis, ad hospitalem domum divertebant, victum mendicabulorum more ostiatim quærentes, Tum in Ecclesia suburbana *Deiparæ Virginis*, quæ *Mons Martyrum* nuncupatur, ac Parthenone Ordinis S. Benedicti insignis est; 18. Kal. Septemb. quo Deiparæ Virginis assumptæ memoria recolitur, peractâ exomologesi sumptoque sacro pabulo se obstinxere singuli omnium primis votis res humanas abdicandi, & in perpetua paupertate serviendi proximorum saluti, nominatim autem navigandi Hierosolyma, infidelium animos Deo conciliandi, & ad ejus cultum adjungendi, si quidem (post absoluta studia) Venetiis, quò cogitabant, tunc intra anni Circulum subsequentem solvendi occasionem nanciscerentur; Sin minus, Romam adirent, & Pontifici Maximo suam operam impensè ad auxilium Ecclesiæ proximorumque deferrent.

Anno 1525. cœpit.

Prima vota nostrorum in Monte Martyrum.

§. 6.

An vota in monte Martyrum Ann. 1534. concepta, fuerint vota Religiosa, ex & in quibus Benedictini sibi aliquid vindicare possint.

Ujusmodi *vota* singulorum etsi sint *actus à virtute Religionis*, prout hæc est habitus voluntatis, quo Deus tanquam supremus & excellentissimus Dominus colitur, eliciti, non tamen fuêre *vota Religionis* aut *ineundæ* aut *profitendæ*, *prout Religio* statum dicit Religiosum sub certa Regula per sedem Apostolicam approbata observandum, ut patet ex præmissa formula, quâ vota *paupertatis* ac *peregrinationis* Hierosolymitanæ, vel oblationis summo Pontifici ad procurandam proximorum salutem faciendæ continebantur;

Hæc vota non fuerunt status Religiosi, licet ex virtute Religionis profecta.

bantur; Qualia vota per se statum religiosum non involvunt. Cum plures Hierosolyma ex voto invisetint, ac saluti animarum incubuerint, qui tamen non fuere Religiosi. *Deinde* illorum omnium vota non fuere in manibus alicujus Religiosi facta, qui potestate incorporandi voventes alicui corpori Religioso præditus esset, neque eo fine fuere istic in æde D. Mariæ Virginis omnibus hominibus propatula à primis nostris Patribus vota ista nuncupata. Certè absurdum foret animo concipere, ea fuisse in manibus Monialium istius loci emissa. Insuper nec castitas expresse, nec obedientia voto promissa est, quam tamen utramque simul in votis Religiosi status promittere necesse est, per tradita *in c. in præsentia. de probat. in c. insinuante. qui Cler. vel vov.* Ex hisce primorum nostrorum Patrum votis in æde seu templo Benedictini Parthenonis *ad SS. Martyres* nuncupatis quid Ordo Benedictinus vel ratione Instituti vel Regularum Societatis nostræ sibi vendicare queat, nemo est qui præter Constantinum Abbatem Cajetanum & Carolum Stengelium videat, sed nos ad lineam redeamus.

In his votis nihil sibi Benedictini vendicare possunt.

§. 6.

Venetias eunt S.P.N. & socii, sacerdotio initiantur, vota paupertatis & castitatis emittunt.

S.P.N. socios adscivit

SAnctus Pater Noster cum sociis paulo ante nominatis Parisios reversus, inde Anno 1535. studiis Theologicis absolutis, tres alios vitæ socios P. *Claudium Iajum* Allobrogem ; *Ioannem Codurium* Ebredunensem , *P. Paschasium Broëtum* Ambianensem Philosophiæ adoreâ laureatos & Theologiæ alumnos conciliavit, qui una cum primis sociis S. Patrem Nostrum in Hispaniam redeuntem per Lotharingiam, Germaniam, Basileam usque & Constantiam comitati Parisios redierunt, ut ibidem usque *ad Diem VIII. ante Kal. Februar.* 1537. in studiis subsisterent, ac postea S. P. N. Venetias subsequerentur, S. Pater N. *Valentia* ex Hispania solvens, *Genuam* Anno 1536. appulit, Venetiasque per Apenninos montes petiit, ubi cum plures ex commentationibus asceticis libelli exercitiorum adsisceret socios, in salutemque proximorum intenderet, Calumniis impactis, sed apud *Hieronymum Verallum* id temporis Nuncium Apostolicum, postea S. R. E. Cardinalem dispulsis, adventu sociorum Lutetiæ relictorum, aliorumque novorum sodalium accessu *6. Idus Ianuarii Anno* 1537. recreatus fuit, omnibusque in circuitu Veneto suam attribuit *Spartam*, quam hyeme asperrima quisque adornaret, atque ineunte vere socios omnes Romam dimisit, Benedictionem Apostolicam pro itinere Hierosolymitano petitum; quâ impetratâ Venetias omnes reversi, mense Junio cum S.P.N. Ignatio ab Ill*mo.* Dno. Nuncio Apostolico *Verallo*, sacro initiati fuere sacerdotio, ac voto pau-

paupertatis & castitatis in eius manibus nuncupato, Orland. Histor. Soc. *lib.* 2. *num.* 59. visitandis Nosocomiorum infirmis, obeundisque viciniæ locis vacavere.

§. 8.

Quædam leges conduntur.

TVm ubi nulla toto anno itineris Hierosolymitani offerretur occasio, quemadmodum Parisiis convenerat, Vicentiam omnes abiêre, prius quibusdam initis legibus, non tamen stabilibus convenerunt. 1. *Vt mendicato viverent, in hospitalibus.* 2. *mutuis charitatis officiis sibi invicem servirent,* 3. *in animis hominum virtutis amorem, odium vitiorum excitarent.* 4. *Decalogi Ecclesiæque præcepta diligenter inculcarent, ad eaque servanda, quà præmiis cœlestibus, quà inferorum suppliciis propositis inflammarent.* 5. *Teneram juventutem ac rudem plebem Christianis præceptis ac moribus informarent.* 6. *pœnitentibus faciles præberent aures.* 7. *atque à publicis muneribus vacui, ægrotis solatia impenderent.* 8. *Denique nihil omitterent, quò maior Dei gloria & animarum salus promoveri posset*; atque ex Religione voti observarent. *Conduntur quædam leges, sed non stabiles.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

Ex quibus colligitur, quod ante has non fuerint Constitutiones à S. Patre Nostro pro Societate nostra factæ, quia cæteroquin hæ fuissent supervacaneæ.

§. 9.

Sociis per Italiam distributis S. Pater N. Romam cum Laynio & Fabro petit, atque ibidem ad docendum &c. admittitur.

VIcentia secessione factâ Socii per Italiæ oppida & Academias fuere distributi, ita ut *Salmeroni* & *Paschasio* Senæ; *S. Francisco Xaverio & Bobadillæ* Bononia; *Claudio Iaio & Simoni Roderico* Ferraria; Patavium *Ioanni Codurio & Hosio* assignarentur, ipse vero *S. P. N. Ignatius cum Sociis Fabro & Laynio* Romam discederet, ubi civitati Romanæ imminebat, relictis nonnihil Sociis templum quoddam devium desertumque ingressus fuit, ibique effuso in orationem animo atque à sensibus abstracto in magna luce per speciem ei se Deus Pater ostendit Iesu Christo filio crucem humeris gestanti, Ignatium Sociosque commendans, atque iis commendatis ad Ignatium conversus hilari ac sereno vultu compellavit, *Ego vobis*, inquiens, *Romæ propitius ero.* Hac promissione confirmatus S. P. N. cum Sociis Fa-

cijs Fabro & Laynio Urbem mense Octobri (At Maffeio teste *lib. 2. c. 5.* Mense Novembri) Anno 1537. ingressus est, atque ut prima sese opportunitas obtulit, Pontificem adiit, cui & suam & reliquorum Sociorum operam, quibus ante convenerat legibus, humillimè offert, quæ etiam suæ Sanctitati grata fuit. Quare *Fabrũ* jubet *Lainiumq;* in publico Sapientiæ Gymnasio profiteri, alterumq; scripturas sacras, & alterum Theologiam sacram explicare. *S.P.N.* Ignatius verò cum in aliis pietatis officiis ac muneribus studium suum, tum in spiritualibus exercitationibus proximo cuiq; impendebat, interq; alios Cardinalem Gasparem Cantarenum excellenti eruditione, pietate virum commentationibus sacris imbuit, quas adeo Cardinalis magnifecit, ut eas sua manu descripserit.

§. 10.

S. Pater N. Cardinalem exercitiis spiritualib. excolit

S. Pater N. cum Ortizio in montem Cassinum proficiscitur.

SVb initium anni 1538. S.P.N. Ignatius *Petrum Ortizium* SS. Theologiæ Doctorem Cæsaris apud Pontificem legatum, ut sacris commentationibus excoleret, urbe egressus, quo liberior à negociis esset, in montem Cassinum olim S. Benedicti domicilium cum ipso secessit, eumq; quadraginta diebus in spiritualibus exercuit meditationibus. *Orland. lib. 2. hist. Soc. n. 34. 35. 36.* Maffei. *lib. 2. vita S.P.N. cap. 6.*

§. 11.

Erronea quorundam Religiosorum de hoc secessu opinio.

Regula Societatis non sunt desumpta ex Regulis S. Benedicti, nec Benedictinis diligentiis conscripta.

QVod verò de hoc secessu Benedictini aliiq; Religiosi moderni tradunt, quasi S. Pater N. Benedictinis Patribus diligentibus Regulam Societatis nostræ pluribus ex Regula S. Benedicti mutuatis scripserit, sine ulla verisimilitudine asserunt, atq; ex ipsis circumstantiis, quas afferunt, refelluntur, in quibus ipsi inter se non conveniunt, sed sibi manifestè adversantur. Nam Constantinus Caietanus Abbas *c. 4.* eumq; secutus Carolus Stengelius asserunt, quod in Cassino monte Societatis Regulas S. Pater N. conscripturus librorũ necessariorum subsidium atq; unius alteriusq; Monachi præsidium ex monasterio Cassinensi petierit, quibus instructus ad Albanetum locum in eodem Cassinensi saltu quingentos circiter passus à primario Cænobio disiunctum se contulerit, ibiq; complures dies commoratus fuerit, quem in finem citat Constantinus Caietanus Abbas Honoratum de Medicis Neapolitanum in annalibus Cassinensibus, Marcum Antonium Scipionem & Angelum Riccam Castro Sangrinum, qui tamen ipsi, ut mox videbitur, adversantur.

§. 12.

§. 12.

Refutatur allegatus Arnoldus VVion.

ARnoldus VVion *lib.1. Ligni vitæ c.1.* asseritur hæc tradere, *Ignatius Loiola Patrum S.I. Institutor in Hispania nobilibus parentibus editus, postquam sæculari militia relicta, atq; mundi curis abdicatis, ad Dei militiam se tradidisset, tum ad salutem animarum promovendam totum se contulisset, suas, quas condere volebat, ita ex huius Regula (de Benedictina loquitur) institutis informavit. Cassini enim positus montem illum contemplationis aliquot mensibus habitavit, ibique velut alter Moyses & legislator secundus religiosarum legum tabulas primis non absimiles composuit, ut brevissimo temporis intervallo multiplicatus fuerit, inde factum, ut eius instituti doctrina & pietate clarissimi viri totum terrarum orbem collustraverint.* Hæc VVion, quem refert & sequitur Gravina *lib.6. de voce Congeminata Turturis part.2. cap.32.* S. Ignatius de Loiola, inquiens, *fundator & princeps, suos quos condere volebat Canones ex Regula monachorum protoparentis Benedicti tanquam flores decerpsit, eiusdemq; S. Benedicti institutis suos informavit. Casini enim degens montem illum contemplationis, aliquot mensibus inhabitavit, ibiq; velut alter Moyses & legislator secundus Religiosarum legum tabulas fabricavit primis non absimiles.* Opinio Arnoldi VVionis recitatur. Gravina.

Verum Arnoldus VVion *cit. lib.1. ligni vitæ in meo exemplari* ne quidē S. Patris N. Ignatii mentionem facit, nedum hoc, quod Gravina atq; Constātinus asserunt, conscripsit, nisi forte in suis exemplaribus quasdam additiones habeant, quæ in meo desiderantur; Alias totum hoc videretur commentum esse, quia sicut ajunt ICti, *quando relatum non invenitur, referens nō subsistit, l.2. ff. de hæred. instit. l. in testamento. de condit. & demonstrat.* Bart. *in l. edita col. pen. C. de edend. & in Extrav. Henrici Imp. Ad Reprimendū. in verb. prout, quom. in crim læs. Maj. proc.* Dec *cons.106. in fin.* & omnes *in Auth si quis in aliquo C de edend.* Vide Boer. *decis.16. n.2.* Natt. *cons.40. in fin.* Et esto, scripsisset hoc VVion; attamen illud ex infra adductis rationibus non subsisteret, Igitur &c. Refellitur.

§. 13.

Refutatur item Honoratus.

HOnoratus verò de Medicis Neapolitanus *in Annalibus Casinensibus mscr. part.3.* à Constantino Cajetano laudatus, ita loquitur. *pag.372. In Albanetana Grancia Sa. ri Casini B. Ignatius, P. Salmeron cum aliis sociis fecerunt Regulam Iesuitarum, adhibentes Regulam S. Benedicti, & ibi fecerunt multas Constitutiones. Hi Iesuita exinde tanquam novus Sol in precio sunt per totum mundum propter vita Exempla.* Hactenus mscr. Assertio Honorati.

In quibus verbis ipse Honoratus Constantino Caietano contrariatur. Siquidem *Constantinus* vult, S. Patrem nostrum à Monachis Casinensibus in Regula Societatis cudenda instructum & adiutum, quorum tamen nec VVion nec Gravina supra *cit. loco.* meminerunt. Et *Honoratus* non à Monachis, sed à Patre Salmerone aliisque Sociis suis Refellitur.

S.P.N. Ignatium Iesuitarum Regulam adhibitâ Benedictinâ velut subsidiariâ composuisse tradit; quæ cum sibi contrarientur, faciunt, ut neutrum subsistat, neutrumque verum credatur aut verum præsumatur *per l. ubi pugnantia* 188. *ff. de R. I.* Accedit, quod id temporis S. Patri nostro P. Salmeronaliique socii non adfuerint; cum P. Salmeron cum Paschasio Broëto Senis tunc commoratus fuerit, socii verò S. Patris nostri Faber & Lainez Romæ relicti in Sapientiæ Gymnasio docerent, neque Constitutiones nostræ cum Regula S. Benedicti convenirēt, sed dissimiles essent. Ut proinde illæ ex hac veluti idæa desumi non potuerint; adeoque nec ista Honorati narratio vera aut verisimilis esse queat.

§. 14.

Refellitur Marcus Antonius Scipio.

Alter à Constantino Cajetano, Carolo Stengelio & Tamburino productus testis Marcus Antonius Scipio, ad P. Ioannem Rho Societatis nostræ ita quidem scribit; *cæterum ad Constitutiones quod attinet, fama & constantissima fama à maioribus ad posteros deinceps transmissa pervulgavit, fuisse ab Ignatio ad Albanetam compositas uti ego (M. Antonius Scipio) in meis elogiis explicatiùs adnotavi.* „*Quamvis in Cassinatis tabularii membranis nihil* „*repererim, quod communem hanc opinionem nobis certò confirmet ac stabili-* „*at*; pergit idem. *Adducor ego, ut credam, Ignatium in Albanetano secessu* „*degentem, cum è D. Benedicti Regula aliorumque legislatorum insigniores lo-* „*cos complures condendis sui instituti Regulis maximè accommodatos non solum* „*diu atque attentè expendisset, sed & in scripta etiam redegisset, suarum le-* „*gum prima veluti elementa duxisse, quibus deinde per ocium ampliatis, & ac-* „*curatiore diligentia expolitis ultimā deinde manum fortunatissimo eventu impo-* „*suit. Hinc simillimum vero, tritissimum, quæ etiamnum apud nos, ut cum maximè viget, conditarum à S. Ignatio in Albaneto Cœnobiolo constitutionum famam emanasse. Aliud hac super re quod certius atque exploratius ad te perscribam, mihi sanè occurrit nihil. Vale. Casini Idibus Iulii Anni* 1642. Hæc ipse.

Opinio M. Antonii Scipionis.

Refellitur.

Verum cum ista fama in facto tertii eiusq; incertiori nitatur interpretatione & coniectura, cuiusmodi interpretatio facti tertii etiam prudentissimos fallat, teste Neratio. *in l. in omni pœna. 2 ff. de iur. & fact. ignor.* ideo huic conjecturaræ interpretationi non multū videtur tribuendum, maximè cum in tabulis Casinensibus nihil de eo facto appareat conscriptum.

Quod verò idem M. Antonius Scipio in elogiis Abbatum Casinensiū *pag. 66.* asserit, *S. Patrem Nostrum, quo tempore oportunam remotioris secessus* „*quietem præscribendis suæ Sodalitati Regulis exquirebat, Casinum abiisse, ibique* „*tum libris, qui opus essent, tū unius alteriusve Monachi subsidio à præside instru-* „*ctum ad Albanetum se contulisse, locum in eodem Casinati saltu quingentos circiter passus à primario Cœnobio seiunctum &c.* Illud Honorato Monacho ex eadem fama scribenti, & S. P. Nostro non *Monachos*, sed *P. Salmeronem*

alios

aliosque ipsius socios in Regularum compositione addenti, quoad has circumstantias ad ipsam substantiam facti concurrentes, adversatur, ideoque neutrum in veritate subsistet per *sup. cit. l. ubi pugnantia* 188. *ff. de R. I.*

§. 15.

Refellitur relatio Angeli Sangrii.

PORrò quod refert Constantinus Cajetanus *d. cap.* 4. sibi *juveni aliisque plurimis sæpè ab Angelo Ricca Castro Sangrino in Sammio Messina oriundo, sene nonagenario narratum, quod ipse Angelus Sangrinus, religiosis, principibus, quin & summis Pontificibus charus, & clarus libris, qui diversa postmodum in congregatione Casinensi Cœnobia persanctè gubernavit, & totius congregationis Præsidens fuit*, & Benedictus Canophilus, *etiam Castro Sangrinus ob prudentiam & juris scientiam summis Pontificibus notissimus*; *Tum Gregorius de Pisonibus Viterbiensis ICtus & Theologiæ professor & commentator, in administrationibus plurimis prudentiæ & pietatis celebris ex præscripto Abbatis sui, anno salutis suæ M. D. XXXVIII. curam instituendi & adjuvandi in condendis legibus Ignatium perplexum adhuc in statuenda perfectiori aliqua vitæ socialis formula libentissimè susceperint, ac duos ferè menses in hac laudabili prorsus opera consumpserint apud S. Mariam de Albaneta, locum se motum, & tanto habilem negocio, ab ipso Cassinensi Cœnobio Centenos aliquot passus distantem, ut quemadmodum* Joannes Clanonius *Montis Serrariensis Monachus Ignatio ad privatæ perfectionem vitæ*; *Sic illi tres ad socialem communemque erudierint. Idque ipse* Cajetanus *ex eo putat verisimiliter probari, quod S. P. Noster non toto tempore voluerit lateri D. Ortizii adhærere, ideoque nec præsumendum sit, ipsum propterea in montem Cassinum secessisse, cum alias pro exercendo Ortizio in spiritualibus exercitiis viciniora Romæ loca potuisset occupare, sed famâ illorum triū virorum excitum eosdem convenisse, ut cum iisdem de instituto societatis ejusque regulis formandis & præscribendis conferret.* *Narratio.*

Ad illud Respondetur, quod Constantinus Abbas Cajetanus se ipsum designet testem, qui dicat, se ab Angelo Sangrio dicente & referente, *(quod à S. Patre N. in monte Cassino Benedictinis Monachis instructoribus Regula societatis sit composita)* audivisse, nec alios nominet contestes, qui ab eodem Sangrio idem audiverint, [illegible] per alii, qui audivisse sine certo authore se dicunt, non eodem modo, sed diversimode, ut vidimus, deponant, hinc consequitur, quod d. testi Constantino Abbati Cajetano minimè veniat credendum. Deinde assertum Angeli dictum nimis est generale, nihil certi concludens, adeoque perinde habetur, ac si nihil esset dictum, per not. Angel. de Perus. in *addit. de testib. nu*[illegible] 4. Tum *ex eo*, quod Angelus Ricca Cassinensi Congregationi præfuerit, Benedictus Canophilus Sangrinus *Refellitur.*

 juris

juris civilis & Canonici fuerit scientissimus, scripseritque utriusque juris summas, ac in *cap.1. de Constit.extrav ambitiosa, de reb. Eccles. non al. tum de juris observantia quoad forum poli* commentarios, & Gregorius Viterbiensis ICtus & Theologus, in monte Cassino, tempore S.P.Nostri vixerint, non rectè infertur, quod ipsi S.P.Nostro quo ad familiam novam instituendam eique præscribendas leges auctores vel adjutores extiterint. Denique factum non præsumendum, sed probandum est glo. pen. *in addit. Marg. in l. adseveratio* 10. *C de non num. pecun.* quod sine fundamento Cajetanus præsumere videtur; Cujus præsumptionis conjecturas *seq. §.* elidemus.

§. 16.

Refelluntur Conjecturæ Constantini Abbatis Cajetani.

PRæsumptionis aut potius conjecturæ ratio vel fundamentum à Cajetano allatum est nullum. Nam cum Petrus Ortizius Cæsareus Legatus in urbe notus esset, si in viciniòre aliquo loco Romæ substitisset, facilè in Exercitiis spiritualibus, quibus per 40. dies vacare constituerat, fuisset ab aliis interpellatus; quod non conveniebat fructum spiritualem consecuturo. Unde *juxta annotationem S. Patris N. vicesimam libelli exercitiorum*, quantò magis ab amicis, notisque omnibus atque ab omni rerum humanarum sollicitudine sese abstracturus esset, tanto majorem quoque vitæ spiritualis facturus progressum. Hinc in reconditiorem locum seu montem Casinum secessit. Unde ipsi Ortizio liberum securumque esset egredi ad matutinum, sacrum missæ, vel ad vesperarum officium cum liberet, audiendum, aliisque horis contemplationi, meditationi, lectioni spirituali vacandum &c. absque familiaris cujusquam interpellatione, ut hac ratione gratiam à Deo non mediocrem mereretur, animusque liberior & expeditior quæreret id, quod tantopere desiderabat, ac Deo magis appropinquaret.

1. Conjectura ex secessu refellitur.

Similiter nec *altera conjectura* Cajetanum juvat, *quasi S. Pater N. non propterea Roma exivisse præsumendus sit, ut semper lateri Ortizii inhæreret*; quia videtur ipse D. Cajetanus officium Instructoris exercitia spiritualia tradituri ignorare, quod nimirum qui modum & ordinem meditandi alteri tradit, *ex annotationibus S. Patris N. ante* unamquamque meditationem vel contemplationem, ipsius materiam vel historiam percursis obiter punctis illius præcipuis, & adjecta brevi declaratiuncula, fideliter narrare debeat, juxta *annotat.2.* meditaturo verò non præsignificare, quid in aliis subsequentibus meditationibus sit acturus, aut meditaturus aut contemplaturus; cum id ei expediat nescire; *annotat. 11.* quò in meditationibus evitetur confusio, & fructus spiritualis in singulis meditatio-

2. Conjectura ex personali præsentia S. Patris. N. petita diluitur.

tationibus præcipuè intentus non impediatur; quin etiam ut spiritualis Pater præsenti animæ necessitati & indigentiæ opportuna exercitia præscribere possit, *juxta annotat.* 17. Insuper si consideretur, quod *juxta annotat.* 12. unoquoque die non una, sed quatuor aut quinque pro cujusque valetudine suscipiendæ sint meditationes, quarum *prima* nocte, *secunda* mane, simul ac quis surrexerit, *tertia* ante vel post missæ sacrum, nondum cibo sumpto, *quarta* circiter horam vesperarum, ac demum *quinta* una hora ante cœnam peragatur, ut *in libello exercitiorum sub finem hebdomadæ primæ ante additiones, & in quinta die hebdomadæ secundæ, tum in d. annotatione* 12. *ad exercitia* notatur. Si ergo tradens exercitia spiritualia materiam pro qualibet meditatione proponere, quin etiam post eam de successu & fructu spirituali cum eo, qui exercetur, conferre debet, ut eum in Domino dirigere possit, quemadmodum *ex annotationibus S. Patris N. ad exercitia spiritualia* palam est, sequitur, quod tradens exercitia spiritualia ab exercendo minimè abesse, alioque secedere possit, sed in dies singulos statis horis invigilare habeat, quò exercendus speratum fructum spiritualem consequatur.

Quod haud difficile erit salutem animarum sitienti. 1. Si cogitet, quantâ Charitate nos Dominus Noster Jesus Christus sit complexus, ut propter unius etiam hominis salutem paratus fuerit humanam assumere naturam, ac pro illo ditissimam crucis mortem subire, quemadmodum constans est Theologorum sententia. *Deinde* nec hoc difficile erit S. Patris Nostri sociis considerantibus, quanta Charitate non solum Ortizium virum sibi addictum, sed etiam alios minus faventes complexus fuerit; ut propter illorum salutem procurandam sepositis omnibus, longius excurrerit, illorumque saluti totus invigilaverit. Hinc etenim ad Callistum Segoviæ decumbentem ac moribundum pedes aliquot milliaribus confectis dies ac noctes perrexit, ægrotoque sanitatem attulit, ut testis locuples est Orlandinus *lib.* 1. *histor. so. iet. sub. nu.* 55. qui *num.* 68. subjungit, *quod S. Ignatius illum, qui pecuniam ipsi* S. Patri N. Barcinonæ submissam in suos usus converterat, dum in Hispaniam iter moliretur, & Rhotomagi morbo inopiaque opprimeretur, consolaturus, & ad amorem, si posset, vitæ optimæ pellecturus, iter duodetriginta Leucarum, quibus Rhotomagum Lutetiâ distat, sine ullo cibo ac potione planè jejunus, pedibus nudis triduo confecerit, neque solatio tantum fuerit illi, sed & admirationi, ut valetudine brevi recuperata trajiciendi in Hispaniam opportunitatem nancisceretur, ut mirum nemini esse debeat, si S. P. Noster cum Ortizio Cæsareo Legato Romæ in Montem Cassinum secesserit; illicq; in exercitiis spiritualibus vacaverit, adeoq; & allata suprà in contrariũ Cajetani conjectura, quasi S. Pater N. famâ trium *sup. nominatorũ Monachorũ excitus in montem Cassinum secessisset, ut cum iisdem de condendis Societatis Regulis ageret*, per se ipsa evanescat.

§. 17.

§. 17.

Refellitur allegatio ex Theophilo Raynaudo.

Authoritas Raynaudi affertur.

DEnique Constantinus Cajetanus *Theophilum Raynaudum* nostrum allegat, quasi ipse *in splendore moralis veritatis, (in quo Ioannes Barnesius Monachus S. Benedicti, Leonardi Lessii societatis Iesu Theologi Antagonista refellitur) per auditorem suum Fratrem Emonesium Ordinis S. Francisci apud Salassios Commissarium edito & quidem in ejusdem præfatione* S. P. Benedictum alloquendo fateretur, inquiens, *S. Ignatii soboles domi primum tua, in monte Martyrum Lutetia concepta, postmodum verò instituti Idea absolutissima parenti exorata, felici enixu in Cassinensi tuo asceterio veluti edita fuit, quam tum & sanctissimam & Ecclesiæ fructuosissimam prospiciens, sacro sinu excepisti atque fovisti.* Quæ verba cum propter allegoricam & impropriam significationem nonnihil sint obscura, Constantinus Abbas Cajetanus ea pro suo affectu interpretatur, (sicuti facta obscura quisque pro suo affectu interpretari solet *l. capienda occasio. 129. ff. de R. I.*) quasi P. Theophilus Raynaudus fateretur, *Societatem nostram ut inceptam in Monte Martyrum, sic in Monte Cassino absolutam esse*, ratione addita, *quod ibidem S. Benedictus, instituti Ideam consummatissimam, leges scilicet & Constitutiones exorasset Ignatio, ut etiamsi prius jam in unum coaluissent, & socii; non tamen prius essent respublica, non societas, quàm pro ea Repub. leges, pro ea societate Constitutiones latæ fuissent, quæ cum in Cassinensi Monasterio concepta essent, tum demum absoluta & perfecta fuisset Societas & felici enixu edita mundo.*

Ad eandem Respondetur.

Sed Constantinus verum Theophili sensum non fuit assecutus, ut patet inde, quod *Theophilus* de S. Patris N. sobole loquatur, eamque in monte Martyrum veluti conceptam, atque in monte Cassino felici enixu editam fuisse asserat: Siquidem à S. P. Nostro socii adlecti Anno 1534. XVIII. Kal. Sept. ipso die assumptæ Deiparæ sacro in præfato Monte Martyrum prope Parisios primis se votis res omnes humanas abdicandi, atque in perpetua paupertate proximorum saluti incumbendi, nominatim autem Hierosolymam navigandi, (dummodo post absoluta studia Venetiis, quò cogitabant, intra annum, oportunitatem invenirent, aliàs se suamque operam sedi Apostolicæ offerendi) obstrinxerant, ut supra d: Ubi verò Anno 1538. Ortizium Cæsareum legatum &c. Casini in Albaneto secessu sub D. Virginis & S. Benedicti patrocinio excolere cœpit, haud dubiè multa S. Patri Nostro lumina ad perficiendum Institutum suum, ut saluti proximorum cum fructu invigilaret, obtinuit, quibus illustratus & fœcundatus Dn. Ortizium in spiritu parturiret, ac mundo ederet. E contra Constantinus non S. Patris Nostri sobolem, sed Societatem ipsam, seu ipsius Corpus & Remp. in Monte Mar-

re Martyrum conceptam, ac post leges pro Societate nostra in monte Casino conceptas mundo feliciter editam fuisse asserit. Cum tamen An 1538. Societas nostra in esse Reip. alicujus sacræ necdum constituta, utpote quæ in esse alicujus corporis politici sacri seu Hierarchici à Sede Apostolica necdum approbata esset. Et aliud sit de S. Patris Nostri sobole loqui, & aliud de Societatis ipsius Corpore vel Rep. sermonem miscere, ut palam est. De priori agebat noster Raynaudus; De posteriori verò Cajetanus; Ut proinde hinc Theophilus intellectus, uti vere intelligendus est, quid pro Constantino Cajetano vel Carolo Stengelio faciat, non videam, adeoq; ipse ab iisdem frustra in testem suorum dictorum fuerit imploratus. Videatur etiam ipse Theophilus, quid iis de verbis ipse ad nostrum P. Joannem Rhoo pridie Kal. Septemb. 1641. scripserit, quomodo eadem acceperit, cui potius, quàm Constantino credendum est, cum quisque suorum verborum sit optimus interpres, *per l. si quis in intentione ff. de judic. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de V. O.*

§. 18.

Fons, unde iste quorundam error profectus, aperitur.

Nihilominus mihi consideranti omnes circumstantias, (maximè quod S. Pater N. singulari affectu Beatissimam Virginem Mariam, S. Ignatium Martyrem sibi cognominem, ac supra omnes excellentissimo gradu honoris Christum patientem prosequeretur, tum in excolendis per exercitia spiritualia animis secessum ac solitudinem amaret) non inverisimile est, quod S. Pater N. cum Petro Ortizio per exercitia spiritualia excolendo in Albanetanum sacellum, (ubi altare purificanti B. Mariæ Virgini à Leone Pontifice X consecratum, atque hinc inde Christus patiens, S. Ignatius Martyr, tum S. Scholastica depicti cernebantur) quingentis passibus à Cassinensi Monasterio in eodem tamen saltu dissitum secesserit, ut dum S. Pater N. Ortizium excoleret, se ipse non negligeret, simul meditationibus ac contemplationibus vacaret, in quibus ipsi à Deo ad Majorem sui consolationem, aut aliam quamcunque spiritualem affectionem varia obvenerint lumina; fortè etiam statum vitæ Religiosæ concernentia, quæ, (prout ex historia Societatis ac *tertio* primæ hebdomadæ *exercitio* licet colligere) diligenter notaverit; de iisdem cum viris Religiosis ac fortè cum iisdem tribus supra nominatis *juxta Regulam discretionis spirituum* 13. contulerit, variosque libellos spirituales, interque eos vitam & Regulam S. Benedicti *juxta notabile primum primi diei hebdomadæ secundæ in libello exercitiorum, & regulam 6. de victu recte temperando &c.* tam pro se, quàm pro Petro Ortizio commodato acceperit, quorum lectione mens à meditationibus & con-

Verisimile est, S. Patrem N. in Albanetū sacellum secessisse. Quod quale fuerit, hic describ.

templationibus vacua spiritualiter reficeretur, aut ei saltem novum spirituale pabulum pro sequentibus meditationibus submittraretur, ut ea ratione, se conformiter regulis à se traditis vivere, adeoque non tantum docere, sed & facere ea, quæ doceret, ostenderet ac comprobaret. Quin etiam fieri potuit, ut ob defectum exemplarium libelli exercitiorum, ipsi tres viri Religiosi, imitatione Cardinalis Contareni, eundem descripserint, ac sanctum Patrem in describendo juverint, interque describendum varias Regulas circa orandi & meditandi modos, spiritus discernendos, victum temperandum & sim. conceptas invenerint, ac legerint, de quibus cum S. P. Nostro contulerint; Unde natum puto, quod quæ senior Angelus Sangrinus Constantino Cajetano aliisque junioribus de se ac duobus aliis supra nominatis dixit, se de iis præmissis cum S. Patre N. locutos fuisse atque ipsum in Regulis d. libelli Exercitiorum describendis juvisse, ipsi juniores Societatis nostræ Instituti & Constitutionum ignari, æquivocatione nominum *Regularum earumq; Scriptarum* capti, de Constitutionibus Societatis nostræ cōscriptis aut conditis acceperint, putarintq; à tribus illis senioribus S. Patrem Nostrum, in scribendis seu condendis Constitutionibus adjutum fuisse; cum ipse ab iis imitatione Cardinalis Contareni, ut dixi, ob raritatem libelli exercitiorum in ejusdem Regulis describendis solummodo adjuvaretur. Contrarium errorem facilè D. Constantinus ponet, si nomen æquivocum *(scriptum,)* in famosiori suo significato æquivocato acceperit, uti nobiscum debebit, juxta not. Alexandri Raudens. *de Analog. Vnivoc. Æquivo. c. 19. n. 5.*

§. 19.

Regulæ in libello Exercitiorum S.P.N. comprehensæ non sunt Societatis Constitutiones, quibus corpus Societatis nostræ regitur.

Quid tractetur in Regulis libelli Exercitiorum.

PRæfatæ Regulæ plurimū à Societatis nostræ Constitutionib. differunt, eò quod Regulæ in libello exercitiorum relatæ privati cujusque etiam sæcularis perfectionem spectent, ut patet ex Regulis *de emendatione vitæ status*, ubi præscribitur, ut quisque *ruminando sedulò colligat, quam amplam domum & familiam æquum sit se habere, quibus eam modis tractare & administrare conveniat; quibus instruere verbis & exemplis; quantum præterea de possessis facultatibus sumptum facere liceat in usus proprios sive domesticos; quid rursum pauperibus erogare vel impendere pus operibus deceat &c.* tum ex regulis *in distributione eleemosynarum* servandis aliisque, quæ certè Religiosis paupertatē voventib9 & quidem in Societate nostra, minime cōveniunt &c.

Quid in Constitutionib Societatis nostra & quando fer- ... cœperint

At Constitutiones corpus Societatis nostræ ejusque & singularum personarum perfectionem Religiosam concernentes, post Societatem ann. 1540. à Sede Apostolica approbatam, demum jussu Pontificis Anno 1541. primis

primis delineamentis depingi cœperunt, ac postmodum absolutæ fuerunt, ut mox ostendetur, quemadmodum & ipse S. Pater Noster contestatus est; *quod jussu suæ Sanctitatis constitutiones post erectam Societatem scribere occœperit.* Ut proinde à verò abeant juniores quidam scriptores Constantinus Abbas Cajetanus, Carolus Stengelius, Gravina aliiq; rerum nostrarum minus gnari, quando ex dubio & æquivoco senioris cujusdam dicto capti, perhibent à S. Patre Nostro in secessu Albanetano ann. 1538. biennio ante erectam & conditam Societatem Constitutiones conscriptas esse, non secus ac discipuli quondam Christi ex ambiguis ejusdem verbis *Ioann. 21. v. 22. si sic eum volo manere, quid ad te*, de S. Joanne Evangelista pronunciatis, eundem non moriturum putaverant; *Cum tamen Christus S. Ioannem non moriturum, sed si sic eum volo manere, dixisset* Joan. 21.

Quod ad alterum Cajetani assertum, *quasi S. Pater noster in statuenda perfectiori aliqua vitæ Societatis formula perplexus fuisset*, attinet, mihi verisimile est, quod S. Pater noster hoc secessu Albanetano in Colloquio suo spirituali cum Religiosis illis viris habito per discursum varia pro una alterave parte *juxta Regulas electionum*, rationum momenta protulerit, ut super iisdem aliorum quoque virorum prudentum audiret judicium, non quod ea in re, (quemadmodum Abbas Cajetanus minus bene apprehenderat) perplexũ se ostenderet; (cum propositâ & objectâ sibi amantissimi Jesu Christi Crucẽ gestantis imagine solidè fundatus esset), sed ut rem prudenter cum omnibus circumstantiis à se consideratam etiam aliis proponeret, quò eos hac ratione suaviter illustraret, idque exemplo Magistri sui ac Domini nostri Jesu Christi *Matth. 16. v. 17. Marc. 8. v. 27. Luc. 9. v. 18.* ex discipulis suis quærentis, *quem se esse dicerent homines*, ut ex responsione accepta eosdem erudiret ac confirmaret, ipse alioquin hominum corda & sensum noverat; *Actor. 1. v. 24. & cap. 15. v. 8. Ioan. 2. v. 24.* Ita similiter Christus Jesus ex Philippo *Ioan. 6. v. 7.* quærebat, *unde ememus panes, ut manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum; ipse enim sciebat, quid esset facturus.* Haud absimiliter S. Joannes Baptista suos instructurus discipulos, misit rogatum à Christo Domino; *Tune es, qui venturus es, an alium exspectamus, Matth. 11. 3. Luc. 7. v. 19. 20.* Ex quibus relinquitur, hactenus nihil solidi contra Constitutiones S. Patris nostri, ac Societatis nostræ idæam & formam exadversum fuisse allatum.

§. 20.

S. Pater Noster ex Albanetano secessu montis Casini redit Romam ac cum sociis de Instituto suscipiendo deliberat.

TAndem S. Pater absolutis quadraginta diebus, qui in alterum excurrebant mensem, cum Ortizio ex monte Casino discedens, in itinere novum

 vum

vum adſcivit ſocium *Franciſcum Stradam* Romamque rediit, ut reliquos ſocios, quemadmodum conſtitutum erat, in media quadrageſima exſpectaret reduces, qui etiam tunc iſtuc reverſi fuere. Maffæ, *lib. 2. c. 6. & 7. vitæ S. P. N.* ac cum ipſo de Societate impoſterum propaganda certiſque vincienda legibus ſtabilibus convenêre, priusquam in varias à ſummo Pontifice provincias deſtinarentur. Ann. 1539. Congregatione habita deliberarunt, placeretne ad *votum paupertatis* omnium primum in *monte Martyrum* prope Pariſios nuncupatũ ac poſtmodum *alterum Caſtitatis* adjectum *Venetiis* in Apoſtolici Legati manibus emiſſum, *obedientiæ tertium* adjungere, atq; è ſuo corpore creare aliquem, cujus cæteri obſequerentur imperio, & quibus ipſe perpetuo cum poteſtate præeſſet; Ad eam quippe diem *nullis certis legibus ſtabilibus*, nullo proprio duce atq; præpoſito vivebatur, ſed Ignatium venerabãtur omnes & agnoſcebãt ut Patrem. Tandem conſiderato, quod ſicut Vicentiæ Conſtitutum eſſet, Jeſum ducem ſequi in paupertate & Caſtitate; ita nunc etiam in obedientia ſequerentur, ſibiq; caput & prępoſitum poſt multorum dierum preces & deliberationes concluſerunt. Orlandin. *lib. 2. hiſtor. Soc. n. 58. 59. 60. 61.*

§. 21.

Sanctus P. N. brevem idæam & formulam Societatis 1539. concipit, quam Paulus III. viſam mirè collaudat.

An. 1539. formulam ſocietatis ſummus Pontifex valde laudat & approbat.

QUibus ita placitis idæam ſeu formulã inſtituti Societatis obiter conceperunt, Orland. *d. loc. n. 64.* ac communi conſenſu decreverunt, ut ſanctus Pater Noſter formulam iſtam in certa quædam Capita dilucide breviterq; digeſtam ſummo Pontifici Paulo III. offerret auctoritate Apoſtolica comprobandam Orland. *d. loc. n. 82.* Maffæ. *in vit. S. P. N. lib. 2. c. 9.* quemadmodum tunc à ſe digeſtam per Cardinalem Contarenum in Tiburtino ſeceſſu ſuæ Sanctitati obtulit, quę illam hiſce honorificis verbis, *ſpiritus Dei eſt hic*, 3. Non. Sept. An. 1539. comẽdavit. Orland. *d. lib. 2. n. 83.* ac tandem diu multumq; examinatam dato diplomate re ipſa V. Non. Octob. An. 1540. approbavit, prout apud Orlandinum. *d. lib. 2. n. 113. 114.* & Maffæi. *d. lib. 2. c. 12.* ex Bulla Pauli III. luculenter poterit videri.

§. 22.

Fuſiorem S. Pater N. formulam concipit.

S. Pater N.

COnfirmatâ Societate noſtra ſub an. 1541. in Congregatione Romę habita in medium ſunt prolata, quæ ex ſociorum Conſilio ac voluntate de Generalis prępoſiti creandi, & inferiorũ pręfectorũ legendorũ ratione elucubrarat S. Ignatius, brevicula videl. capitũ ac formularũ, quibus ille nudam

Religionis

Religionis nostræ formam, & velut quædam lineamenta descripserat, quæ Patres velut à Deo dictatam Regulam summo omnes recepere consensu, singulisque subscriptis ac probatis decretis, & se pariter & posteros obstrinxerunt.

Hæc autem ab Ignatio tunc conscripta & digesta non fuerunt ipsa instituta Constitutionesque sed decreta duntaxat quædam & veluti constitutionum sementis, ut qui ex eo numero Societatis præpositus renunciaretur, is ab eis, quæ in pleno sociorum concilio constituta jam essent, & ipse ultro recepisset, haud temere leviter discederet, sed tanquam suarum constitutionum materiam ac segetem adhiberet, Orland *lib.3.n.4.5.*

Unde videre est, quod sanctus Pater Noster anno 1538. in monte Casino constitutiones Societatis directoribus & adiutoribus Monachis Benedictinis conscripsisse minime possit asseverari.

§. 23.

Sanctus P. N. eligitur Generalis, Socii professionem in æde D. Pauli emittunt.

DEmum 5 Idus April. 1541. sanctus Pater Noster omnium suffragiis etiã absentium per schedulam in urbem missis electus est Præpositus Generalis I. Orland. *lib.3.n.6.* Maffæ. *in vit.S.P.N.lib.2.c.13.* atque tertia paschatis feria, 13. Kal. Maii onus illud admisit, iussitque, ut ad opem divinam implorandam socii, septem urbis templa sanctitate celebriora feriâ sextâ obirent, atque in D. Pauli æde ad altare B. Virginis solenni ritu professionis vota ex Apostolici diplomatis formula ipsoS. Ignatio celebrante nuncupareut. Orland. *lib.3.nu.11.*

§. 24.

Ex his votis nihil Monachi sibi arrogare possunt.

QUomodo autem ex hoc facto, quod Socii Sancto Patre Nostro in æde D. Pauli omnibus hominibus patula & communi ad altare D. Virginis celebrante solennia vota emiserint, Constantinus Cajetanus & Carolus Stengelius concludere possint, Societati nostrę, Regulam & Ordinem S. Benedicti profuisse non video. Cum locus inanimatus in actus vitales solennium votorum nuncupatorum nihil causalitatis influere possit.

Deinde quod traditur apud Constantinum Caietanum, quasi in manibus

nibus prælati Monachorum ea vota essent nuncupata, nec verum esse potest ostendi, nec ullatenus verisimile. Siquidem vota Religiosa in eius manibus fieri debent, qui habeat potestatem solenniter voventes Religioni, in qua profitentur, incorporandi. *c. ad Apostolicam Sedem, de Regular. c. insinuante, qui cler. vel vov. & utrobique Can. not.* Huiusmodi autem non erat Prælatus Monachorum Benedictinorum in æde D. Pauli, respectu Sociorum S. Patris Nostri Societati Nostræ per solennem professionem incorporandorum; neque eam potestatem vel à Sede Apostolica, vel à sancto Patre Nostro sibi delegatam, prout necesse fuisset *ex d. c. ad Apostolicam*, ostendere poterit, sed erat S. Pater Noster Ignatius celebrans, in cuius manibus socii professionem edebant. Ut proinde contrarium Caietani assertum tanquā juri repugnans, minimè sit verisimile. Barbos. *axiom. verisimile. 223. n. 5. & seq. arg. l. si extraneus. ff. de cond. caus. dat.* Oldrad. *cons.* 13.

§. 25.

Constitutiones Societatis absolutæ, perfectæ atque approbatæ.

POst recepta verò sociorum vota sanctus Pater Noster Generalis Societatis Nostræ Præpositus, jussu Iulii III. Pontificis (uti Iacobus Damian. testis est. *in synops. primi sæculi Societ. lib. 1. cap. 7.*) atque ex unanimi sociorum voluntate ac beneplacito, totus Constitutionibus scribendis invigilavit, easque post multiplices preces, variaque lumina divinitus accepta elaboravit, Ribadiner, *lib. 4. vitæ S. P. N. Ignatii cap. 2.* Orland. *lib. 2. histor. Societ. num.* 116. ac circa annum 1552. absolutas mox in Mense Aprili eiusdem anni 1552. Hieronymo Natali VIII. Kal. April, in numerum professorum cooptato in Sicilia primum, Orland. *lib. 12. hist. n.* 34. tum sequenti anno 1553. 5. Id. April. in Hispania dedit promulgandas Orland. *lib. 13, n. 7.* &c. quæ tandem in prima Congregatione Generali post sancti Patris nostri obitum anno 1558. habita Can. 4. fuerunt unanimiter approbatæ, & per universam Societatem usu receptæ. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 10. libr. 10. cap. 14. num* 4.

Unde manifestè relinquitur, Constitutiones Societatis nostræ non anno 1538. in secessu Albanetano montis Casini fuisse Monachis directoribus & adjutoribus à sancto Patre Nostrò scriptas & elaboratas. Cum eæ primum Anno 1539. cæperint concipi & delineari, ac demum Anno 1552. fuerint absolutæ, quemadmodum ex Ribadineira, Orlandino, junctis Constitutionibus Apostolicis fuit deductum.

§§. 26. &

§§. 26. & 27.

Utrum S. Pater Noster ulla patrarit miracula? eaque sint testata; Ubi & de imagine S. P. N. aliquid innuitur.

HUlsius in *sui famosi libelli tertio artis Pelagæ specimine pag.* 12. refert, *quasi Ribadineira noster attestetur, S. Patrem nostrum nulla patrasse miracula, & nihilominus tres alios in Hispania Anno* 1609. *&* 1610. *pro concione dixisse, (quorum conciones Franciscus Solier noster Gallicè vertit) plura & maiora S. Patrem Nostrum fecisse miracula, quàm à Moyse scripta legantur &c.*

Verum quod Ribaneitam attinet, non is *lib.* 5 *c.* 15 *vitæ S P. N. Ignatii*; negat à S. Patre N. ulla fuisse patrata miracula, sed illius sanctitatem fortè alicui videri *minus testatam* seu non adeo videri vulgatam miraculis (ita enim vox *minus* pro *non adeo*, apud Tursellinum *de particulis*, & Rebuff. *in l. si cui ex empto minus solvit. ff de V.S.* ac vox *testata*, pro *vulgata* accipitur apud Calepinum *ex Ciceronis Verr.* 4.) revera autem sat multis iisque amplissimis miraculis esse comprobatam, sicuti ejusdem sanctitatem complura puerperis aliisque tam corporalia quam spiritualia exhiberi solita beneficia contestantur; unde primus ex citatis tribus concionatoribus, quos Solier noster Gallicè vertit, Petrus de Valderiana SS. Theol. Doctor ex Ordine S. Augustini videtur in sua concione, quam in Beatificatione S. Patris N. habuit, ea plura & maiora censuisse quam Moysis; quòd Moyses corporalia, sanctus verò Pater noster etiam spiritualia patrarit miracula, quæ teste Gregorio M. *hom.* 29. *in Evang.* corporalibus tantò maiora sunt, quantò anima corpori præcellit. *Secundus* P. Fr. Petrus Doza, & Tertius P. Fr. Iacobus Rebulosa ex Ordine Dominicano Concionatores miracula S. Patris nostri in propositionibus quatuor per hæreticum Ioachimum Ursinum & Calumniatores Anno 1620. sub titulo *flosculi blasphemiarum Iesuiticarum* allegatis non attingunt, sed prior excellentiam & sublimitatem operum maximè internorum describit; posterior *Pontificem Christi successorem* non in persona, cum Christus in persona sua nec cedat, nec decedat; sed in Vicario & ministeriali officio succedere asserit, de quo pluribus tractat Augustinus de Ancona. *in tract. de Eccles. potest quæst.* 8. *ad* 3.

Adhæc quia tres illi Concionatores sunt aliorum Ordinum Religiosi, hinc nonnisi perperam & falsò Societatis nostræ fuisse perhibentur.

Quod Barnabas, vel potius Burabas se ipsum ab Ecclesia Catholica & Ordine Religioso segregans in sua concione apostaticâ contra imaginem S. Patris N. movet, non est, quod illi inhæreamus, qui scimus ex *Act.* 5. *v.* 15. umbrâ S. Petri, & *Act.* 19. *v.* 11. sudariis & semicinctiis Apostolorum

varios

varios languores curatos, & spiritus nequam ejectos; quin etiam & in nomine Iesu, *Matth.7.22. Marci 9.38. & c.16.v.7. Luc.7.v.49,* ac signo crucis, quo utroque imago S. P. N. signatur, dæmones fugari. Sed hæc aliis superioribus Ecclesiasticis examinanda & discutienda relinquo.

§. 28.

De nomine Iesu Societati nostræ indito.

HUlsius *in suprad. famoso suo libello*, Societati nostræ & nomen Iesu quasi ex Cano invidet, atque ex Ludolpho de Saxonia *vit. Christi parte 1.cap.* 10. asserit, *quod nomen Christi sit nomen gratiæ; & nomen Iesu nomen gloriæ; & sicut homines per gratiam baptismalem à Christo dicuntur Christiani; sic in cœlesti gloria ab ipso Iesu dicantur Iesuitæ.*

Econtra pro Societate nostra Rex Galliarum Henricus IV. Anno 1603 respondet, *At vos*, inquiens, *ipsum etiam Iesuitarum nomen in crimen trahitis, sed vidéte, quàm hoc non æquo iudicio. Nam si tam sacrum nomen ipsis vitiosum sit, quid de iis viris Religiosis dicetis, qui se à Sanctissima* Trinitate *nuncupant? Quod amplius est, vestra hic Parisiis filia, quo loco apud vos erunt, quæ se Dei filias appellant? Qua tandem censurâ notabitis Equites meos, quos à spiritu S. decoram appellationem trahere nō nescitis. Ego certè non abhorreo à Christi, quàm ab alterius cuiusvis Societate nomen sortiri.* A nomine *Iesu*, i.e., *Salvatoris* Congregatio peculiaris Religiosorum Canonicorum Regularium ex primo suo Monasterio, quod sub oraculo Salvatoris in Sylva Lacus non procul Senis obtinuit, nuncupata est & instituta à Fr. Stephano Eremita Ord. S. Augustini Anno 1408. teste Barbos. *de iur. Univ Eccles. lib.1.c.41.n.151. & seqq.* 2. Ordo *Iesuatorum* S. Hieronymi à S. Ioanne Columbino Senensi sub Regula S. Augustini & patrocinio S. Hieronymi, Anno 1354. inchoatus; inde nominatus, quod ita à lactentibus pueris in primordio Religionis vocari sit solitus, vel quod ex ore primorum istorum patrum, Iesu nomen frequenter audiretur, Barbos. *d.loc.n.*142. ubi *n.*174. & Ordinem Clericorum boni Iesus, Ravennæ recenset anno 1504. vel 1508. excitatum.

Neque propterea quod hæ Congregationes & Societates à dulcissimo nomine *Iesu* appellationem suam obtineant, alii in Ecclesia Catholica ab eodem excluduntur, ut bene advertit Florimundus Ræmundus. *lib.5.c.2.§.5.* Neque *verò*, inquiens, *ab hoc nomine* Societatis Iesu *propterea cæteri homines exclusi censendi sunt, quemadmodum nec cæteri Principes minus pro Christianis habentur atque agnoscuntur; eò quod Francorum Rex Christianissimus appellatur: Eodem modo* Ecclesiastici *dicuntur ii, qui divini cultus servitiis sunt consecrati, quamvis ab* Ecclesiæ Societate *nemo excludatur.* Cum à particulari

culati affirmante subordinata propositione, non rectè ad destructionem & negationem generis inferatur. Ecquis enim ex eo, quod Petrus sit sensitivus, rectè intulerit, ergo animal non est sensitivum. Deinde notandum est, quod alio sensu generi, & alio quodammodo diverso sensu speciei idẽ nomen attribuatur; quia unum & idem verbum ad diversa relatum, non uniformiter, sed secundum propriam cuiusq; naturam intelligitur gloss. *ord. in l. Gallus. §. quidam rectè. in verb. non exprimat. de lib. & posthum.* prout patet in nomine *Universitatis*, quod si tribuatur integræ provinciæ, dicetur *universitas* sed *larga*; si civitati, *minus larga*; sin autem castro, villæ, nuncupabitur etiam *universitas*, sed *minima*. Vid. Franc. Marc. *quæst. 366 n. 16. tom. 1.* Cæterum nomen generis subinde tribuitur speciei debiliori, at tunc videtur denotare, quod species nihil habeat præter id, quod commune est; subinde etiam nomen cõmune quantumvis excellens, uni alicui ob penuriam nominum appropriatur, sicut in SS. Trinitate nomen commune *spiritus sancti* tanquam proprium tertiæ personæ attribuitur. Vid. Suar. *tom. 4. de Rel. tract. 10. lib. 1. c. 1. n. 13.*

Hoc verò in casu Societas nostra minima non quidem ob penuriam nominum, sed ex ratione communi universalis Ecclesiæ Catholicæ sub nomine Iesu militantis & salutem proximorum intendentis participatâ, suum sortita est nomen, quia juventutem bonis literis & moribus excolendo, populum pro concione ad amplectendas virtutes viciaque fugienda stimulando, eidem sacramenta administrando, Iesu Christo Domino suo & Authori cooperatur, ac saluti proximorum intendit, ut ex Bullis Apostolicis constat; itaq; commune nomen, quod latiori & excellentiori modo universali Ecclesiæ competit, minimæ nostræ Societati auctoritate Apostolicâ peculiariter est appropriatum, ut proinde illud ex arrogantia quadam nonnisi per calumniam dicatur sibi adscivisse. Et quis est homo, qui alium de interioribus cogitationibus soli Deo cognitis judicet? Melchior Canus non de iis, qui ex humilitate, devotione & amore erga Iesum, uti Societas nostra auctoritate Apostolicâ Concilio Trid. collaudante, sed qui ex arrogantia quadam sibi nomen Iesu assumunt, loquitur. Unde ipse Canus nihil contra Societatis nostræ appellationem facit.

Ludolphus de Saxonia non in sensu morali, sed allegorico & anagogico nomen illud appellativum *Iesuita*, accepit. Unde frustra contra sensum moralem nostrum allegatur; eò quod à diversis non rectà fiat allatio.

Ex suprade ductis efficitur, ꝙ nomen Iesu generale, prout alteri additum cõsideratur tanq̃ appellativũ, potuerit Societati nostræ applicari, sicut reipsa auctoritate Apostolicâ fuit attributum. Et quidem rectè. Cum nomina appellativa alicui secundum naturalem quodammodo ipsius proprietatem attribuantur, teste Vacon. à Vacuna. *lib. 4. declarat. 56. in l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat. 1.* & naturalis quodammodo proprietas Societatis Iesu sit,

Salvatori nostro in salute proximorum curanda & promovenda cooperari, quemadmodum supra fuit deductum. Hinc ipsa illud nomen tanquam appellativum ex auctoritate Apostolica rectè admisit.

SECTIO II.

Vtrum vicissim F. Romanus Presbyteros Societatis Iesu rectè Fratres nuncuparit, ubi varia de Religiosis Societatis Iesu simul attinguntur.

F.Romani opi nio refertur

FR. Romanus nostris Sacerdotibus videtur ex Cathechismo Iesuitico. *li. 2.c.15.p.68.* Patris nomen eripere velle; quare passim toto libro me & reliquos Patres Presbyteros Societatis Iesu *fratres* appellat, ut videre licet *ex horti confinibus, sub tit. hospitalitas. n.6.p.298. tit. fratres n.5.p.332. tit. sepulchra concupiscentiæ. n.3.p.341. Horti Paradox. 13. n.29. p.449. in fin.* quam appellationē *fratris* videtur F. Romanus ex Hæretici & infamis illius authoris Ioann. Leonardi Willichii *Iubilæo, seu speculo Iesuitico, Ann. 1643. impresso & tetrarchis Noviomagensibus dicato* mutuatus esse. Hic n. *ad An. 1545. Societatē, Fraternitatē* appellat, *Anno hoc*, inquiens, *Romæ constitutio sancita est, ne* Fraternitas Iesu *certo numero aut loco alligaretur, sed permitteretur incrementa sumere, quantacunque omnino posset*; Ipse F. Romanus dum nos appellat *Fratres*, existimat. *d.p.332.* hoc nomen, *si originem nostram intueamur, nobis deberi, licet Patrum nobis hodie assumpserimus nomen.* Eam in rē *in Horti Confin. sub tit. fratres n.5. in fi. p.332.* depromit literas S.P.N. Ignatii datas *Romæ 7. Kal. Feb. An. 1556.* & quidē his verbis, *Ignatius de Loyola Societatis Iesu Præpositus Generalis, dilecto in Christo* Fratri *Ioanni de Victoria, sacerdoti eiusdē Societatis, salutē in Domino sempiternam. Cum probata nobis sit vitæ tuæ integritas, doctrina & studium illud Charitatis, quo animarum salutem pro virili parte curas, ad gloriam Dei & communē utilitatem fore confidimus, si arma illa spiritualia, quæ nobis Apostolica Sedes dispensanda tribuit, tibi committamus. Omnes Ergo & singulas gratias & facultates, quocunque modo Societati nostræ juxta Præpositi Generalis dispositionem concessas, & nominatim, quæ ad prædicationem sive lectionem verbi divini pertineret, & alias, quæ* Fratribus Societatis *usui esse possunt, tibi communicamus, precamurque Deum altissimum, ut his armis cum fructu maximo adipsius laudem & Ecclesiæ ædificationem utaris. Romæ in ædibus Soc. Iesu 7. Cal. Febr. an. 1556.*

IGNATIVS

Quidni & affert ipse Constitutionē *Summi Pontificis* Pauli III. *licet debitum dat. Romæ 1549 15. Cal. Nov.* in qua inferiores subditi Societatis aliquoties vocantur *Fratres*, & inter alia, ibi, *& tam Generalis quam alii inferiores præpositi eiusdem* Societatis Fratres *seu Socios dictæ Societatis, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis seu aliis Ecclesiarum Prælatis & personis, in Socios aut alias ad ullum eorum ministerium deputare minimè teneantur.* Cur non meminit & aliarum quarundam literarum patentium, Patribus nostris ad alia Collegia vel Provincias Societatis nostræ commigrantibus in quibusdam Provinciis à Superioribus localibus dari solitarum; in quibus Pater alio cōmigraturus, etiamnum vocatur *Frater noster.* Demum subjicit *d. pag. 332.* F. Roma-

Romanus; *ad huius Fraterni nominis asylum nuper cõfugerat Paulus Layman.* prooem.3. justæ defensi.n.63.*cũ dicebat,eos qui nonnullos Patrum Societatis errores refutant, id maximè velle & optare, ut plurimorum animi excitentur & armentur ad persequendos* Fratres. *Sed iam Fratribus omnibus bene precati, ad alia festinemus.* Hæc ipse

Verum fallitur hic F.Romanus,& graviter in pluribus aberrat. Si errores omnes ego hic solum recensere vellem, quot non essent numerandi? Ut verò clarius horum errorum Hajanorum scaturiginem ob oculos ponam, *Refellitur.* Prius noto ex Ioa.And.*in c. Ioannes de Regul ir.* ꝙ octo modis in jure aliquis *Frater* appelletur. Nam ita ferè ait Ioa.And.*d.loc. Est sciendum,ꝙ fraternitas in iure multis modis sumatur,* 1. *Est enim fraternitas inter omnes Christianos ex Sacramẽto Baptismi orta,sic sumitur.*11.q.3. ad mensam de judic.novit.*per hanc* 1.
*omnes Christiani unũ habent patrem generantem,scil. Deum, & unam Matrem regenerantem,scil. Ecclesiam, & quia hoc secundum non habent Iudæi vel pagani,nec sunt etiam de hac fraternitate.*12.q.2.qui abstulerit. 2. *Sumitur strictius* Fraternitas,*pro cognatione spirituali,quæ est inter filios duorum compatrum,per* 2.
quorum alterum compaternitas est contracta,30.q 3.c.1.&3. 3. *Est etiam fraternitas ex Ordine sacro desumpta,secundum quam omnes Episcopi sunt fratres ipsi* 3.
Papæ.7.q.1.quia Fratres & c.scias Frater.16.q.1.Frater. de don.fraternitatem de sepult.c.fraternitatem,de crim.falsi.quam grave.*ita sumitur* in d.c. Ioannes.*Unde sequebatur ibidem in antiquo,*frater & Coepiscopus noster per Justum Clericum. 4. *Est & fraternitas charitatis,humilitatis,& reverentiæ,secũdum quam Prælatus subditos fratres vocat*,12.q.1.dilectissimus.de excess. præl. 4.
c.1. 5.*Est fraternitas officii,secundum quam Cardinales permixtim de eis loquendo sunt fratres D.Papæ,idq; ex universalis Regiminis officio.*Infr.tit.1.dudum. in 5.
fin.de off.leg.c.1.lib.6.ubi de hoc. 6. *Est fraternitas institutionis, secundum quam intitulati in eadem Ecclesia Collegiata vel non Collegiata fratres sunt.*13. 6.
q.3.terrulas.de rescrip.cũ adeo.& c.constitutus,de præsum.c.fin.7.*Est & fraternitas carnalis, de qua* 8,q.1.olim 22.q.2.ꝙ ait. de præsum. literas. de Simõ. 7.
& si quæstiones. & in arbore. 8.*Est fraternitas Monachalis,quæ est idem,quod Monachatio,& de hac in* hoc titulo & sup.de elect.cum in veteri,de maior.& 8.
obed.legebatur. qui Clerici vel vovent. insinuante. & sic putabat Ioannes Andr. cit. lo. sumi, anteq̃ videret ex antiquo textu aliter decisum.Hæc ferè Andr. Quos modos fraternitatis distinctos cũ F.Romanus nõ accuratè observet,inde fit,ut in errores prolapsus,alios quoq; iisdem involvere laboret.

Ex præmissis verò ut ego subsumã,constat,quod ab Adm.Rev.P.N.Generali reliqui *Superiores* Soc^{is}. ꝓpter officiũ,ad ꝙ ab eodẽ assumuntur, quove ejus loco funguntur in administranda Soc^{te} vocentur *Fratres*,itaq; à sua paternitate in literis patẽtib. cõstitutoriis inscribũtur. Sic S.Pater N qa in sup. d. literis constitutoriis P.Joan.de Victoria partem curæ spiritualis administrãdæ comiserat eundẽ *fratrẽ* vocat. Reliqui verò Patres ob fraternitatẽ sacerdotii, charitatis,humilitatis, q̃ in Soc^{te} nostra summa esse debet, rectissimè appel-

appellari possunt fratres, ptout eos in suis literis Sumus Pontifex dignatus est cōpellare: solentq; in quibusdā Provinciis Superiores locales nostros ad alia Collegia commigraturos in literis patentibus, alias commendatitiis vocati solitis, fratres inscribere. v.g. *Cum dilectus frater noster N.N. ex obedientia Viennam mittatur, omnib. hisce literis testatum volumus, cum Societatis nostra Religiosum esse, & quidem sacerdotem, &c.* Cæterum quod Societatis nostræ Sacerdotes, *Fratres* Monachales, i.e. Monachi appellentur & juri & rationi repugnat; Siquidem in jure Clerici Regulares à Monachis discernuntur, ut tanto magis Sacerdotes Regulares, Presbyteri Clerici à Monachis discreti intelligantur. Quod etiam apertè *in tract.2.* ex S.Dyon. Areop. *de Eccles. hierarch.c.5.* ostendi, ubi traditur, Ecclesiasticę Hierarchiæ tres esse *Ordines*, q ad Deum alios adducant, *unum* purgantem, *alium* illuminantem, *tertium* perficientem; *primum* Ministrorum sive Diaconorum, *secundum* presbyterorū, ultimum & *tertium* Episcoporum esse. At *c.6.* tres docet esse ADDUCENDORUM ORDINES, *nempe* purgandorum, illuminandorum, & perficiendorum, *purgandos* esse Catechumenos, energumenos, Apostatas, pænitentes; *illuminandum* populum fidelem; *perficiendos* Monachos, Vid. & Carol. Mansfelt. *in clericorum cœnobit.c.9.* Unde patet, quod *clerici* sacerdotes in *secundo* gradu adducentium; *Monachi* verò in ultimo gradu adducendorum ponātur; quanta igitur differentia est inter adducentes & adducendos istos; tanta & inter Clericum sacerdotem & Monachum intercedit; Et quis unquam præter F. Romanum & Hæreticos, Sacerdotes Clericos, *fratres* & non *Patres* appellavit, Annon quotidiè in Confessionis formula SS. missę sacrificio prę-mitti solita, sacerdotes divinis operantes, *Patres* appellantur.

Certum quoq; est, ex formulis votorū solennium & publicorū, quas *S.P.* N. Ignatius scripto reliquit. *par.5. Const.c.3.§.3.c.4. §.2.* atq; ex eiusdem *S.P.* nostri inscriptione literarum *ad Patres & fratres Societ. Iesu, qui sunt in Hispania, de perfectione Religiosa* datarū, quod nomen Patris ab ipsa Societatis Iesu origine presbyteris seu sacerdotib. eiusdem Societatis tributum fuerit.

Quin etiam testatur observantia hactenus subsecuta & usus communis, quòd in Societate nostra *Sacerdotes* vocentur *Patres*; idq; etiā notoriū est ex literis tam S.P. nostri modò citatis, quàm adm. R.P. Francisci Borgiæ, *ad Patres & fratres provinciæ Aquitaniæ. datis Romæ mense April.* 1569. Adm. R. P. Claudii Aquavivæ *ad Patres & fratres Societatis de renovatione spiritus. datis Romæ 3 Kal. Octob. An.* 1583. tum ex commentario P. Julii Nigronii *in Regul. comm.22.n.15.& seq.* Neq; id solum intra, sed & extra Soc^tem^. usu vulgati loquendi receptū est, ut externi Domini & Scriptores, *Sacerdotes* nostros vocēt *Patres*, quemadmodū docet Barbos. *de iure univ. Eccl.li.1.c.41.n.213.* & ante eum Hieron. Gabr. *conf.27.li.1.* Fr. Emanuel. *tom.1.qq. Reg.q.55.art.5.& tom. 3.q.49.art.2.* Idem comprobat Rot. Rom. *decis.246.n.9. decis.321.n.9.par.2. in recentiss. & 3.* Camera Inquisitionū apud Paponium *in Arrestis Galliæ.li.21. tit.8.appen.2.An.1552.23. Decemb.*

Nunc

Nunc autem certum est, quod ex jure, communis usus loquendi omnino sit attendendus, cum nomina non ex singulorum opinionibus, sed ex communi usu exaudiri debeant. *text. in l. Labeo. & ibi* glo. Barr. Alber. *ff. de suppellectil. legat. l. cum de lanionis.* §. *asinam*, ubi Bart. *num.* 4. & 5. *ff. de fund instruct. & instr. leg. l. librorum.* §. *quod tamen Cassius. ff. de legat.* 3. & *ibi* glo. *in verb. non continebantur. l. ut Alphenus. ff de V.S. c. un. de injur. in 6. & ibi* glo. *c. ex literis. de sponsal.* Gregor. XV. *decis.* 123. *n.* 1. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 3. *tit.* 8. *n.* 7. Everard. *in loc. ab opinione vulgi. n.* 2. Georg. Natt. *in repet. Clem. saepe. n.* 38. *de V.S.*

Ita & communis usus loquendi habet.

Qui quidem usus communis loquendi hîc tanto magis veniet attendendus, quod praegnantibus nitatur rationibus, quarum *altera* est, quod Societas Jesu sit per se ordo Presbyterorum. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 9. *lib.* 1. *c.* 9. *num.* 5. *tract.* 10. *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 23. Paulus III. *in Constit. Regimini militantis Ecclesiae. dat. Ann.* 1540. 5. *Kal. Octob.* Jul. III. *in constit. Exposcit debitum pastoralis officii, dat. Ann.* 1550. 12. *Kal. Aug.* ibi; *socii autem omnes, cum Presbyteri esse debeant.* Pius V. *in Constit. dum indefessa. dat.* 1571. 7. *Iul.* Gregorius XIII. *in Constit. quacunque sacrarum Religionum. dat. Ann.* 1576. 16. *Iul. &c.* ad hoc potissimum institutus, *ut ad fidei defensionem & propagationem & profectum animarum in vita & doctrina Christiana per publicas praedicationes, lectiones & aliud quodcunque verbi Dei Ministerium, ac spiritualia exercitia, puerorum ac rudium in Christianismo institutionem, Christi fidelium in Confessionibus audiendis ac caeteris sacramentis administrandis, spiritualem Consolationem intendat, ac etiam alia opera Charitatis erga proximum exequatur, teste* Jul. Papa III. *in d. Constit. Exposcit debitum pastoralis officii, & sic finis Societatis sit, non solum saluti & perfectioni propriarum animarum, cum divina gratia vacare, sed cum eadem impensè in salutem & perfectionem proximorum incumbere.* Regula 2. *summar. Constit.* Exam. *c.* 1. §. 2. Itaque Societatis Jesu Presbyteri per praedicationem Evangelii, Instructionem juventutis, & sacramentorum administrationem, juxta mentem S. Augustini *brevic. Collat.* 3. *cap.* 7. filios sibi spirituales generent, eo sensu, quo Paulus. 1. *Cor.* 4. *vers.* 15. dixit, *per Evangelium ego vos genui*, unde ipsi Presbyteri Societatis Jesu rectissime *Patres*, secundùm *spiritum*, non secundùm carnem dicentur & appellabuntur. Euthym. *in cap.* 23. *Matth.* Ludovic. Richeom *in expostulat. Apologet. c.* 72. §. 376.

Communis usus loquendi nititur rationibus. 1.

Quia per praedicationē Evangelii filios generat spirituales.

Altera ratio est, quod S.P.N. ex mente S. Pauli *Rom.* 12. 10. (ubi ait, *honore invicem praevenientes*) velit, *ut omnes è societate se mutuo in animo suo tanquam sibi superiores ducant, & exterius honorem ac Reverentiam, quam exigit cujusque status, cum simplitate & moderatione religiosa exhibeant, quò in devotione crescant, ac Deum in unoquoq; velut in illius imagine agnoscant.* Constit. *summar. regul.* 29. Constit. S.P.N. *part.* 3. *cap.* 1. § 4. adeoque ut non solum juniores, sed etiam Presbyteri ipsimet erga alios Presbyteros Socie-

2. *Quia omnes jubentur alios tanquam sibi superiores ducere, venerari.*

Exemplo Essenorum. tatis, se habeant veluti Germani liberi ad Parentes seu Patres, itaque sequantur probos mores Essenorum, quibus ut author est Philo *lib. de lib. probi viri. Reverentia erga seniores & cura talis est, qualis esse potest germanorum liberorum erga parentes.* Quo faciunt tradita Agellij. *lib. 2. cap. 15. Majores natu*, inquientis, *à minoribus colebantur ad Deûm prope & parentum vicem &c.*

Hinc quando F. Romanus contra communem usum loquendi & nominandi, *Presbyteros Societatis* Jesu *Patres*, summorum Orbis Christiani tribunalium sententiis confirmatum, ex opinione sua singulari vel heterocliti istius Catechistæ *lib. 2. c. 15. per P. Richeomum refutati* vocat Fratres; omnino rejiciendus erit.

Resp. ad literas S. Patris Nost. Nec ipsum F. Romanũ literæ S.P.N. Ignatii Constitutoriæ juvant. Nam cum hic ipse sit Supremum in ordine Societatis caput, & Pater Patrum, rectissimè alios Superiores in officio Regiminis cõcurrentes sibiq; subordinatos, *ex officio*; reliquos verò inferiores ex amore, quo erga illos fertur, juxta 1. *Tim.* 5. 1. & ordine sacro potuit appellare *Fratres*, licet sacerdotes etiam alibi vocet *Patres*, quemadmodum ex ejusdem literarum inscriptione vidimus. Idem de reliquis superioribus localibus est sentiendum. Ut proinde falsum sit F. Romani assertum, quasi Societatis Jesu Presbyteri, *Fratres ab* origine vocati fuerint; hodie verò sibi *nomen Patrũ* assumpserint.

Resp. F. Romano, quoad Constit. Pauli III. Deinde Paulus III. *in d. Constit. licet debitum*, sacerdotes, inferiores Societatis Jesu non absolutè, sed comparativè ad R.P. Generalem aliosq; præpositos ejusdem Societatis, & quidem *indirectè* in *Casu obliquo, non autem recto*, considerans, vocavit *Fratres*, quod videlicet tam Generalis, quam alij inferiores Præpositi ejusdem Societatis, *Fratres* seu socios dictæ Societatis *ex officio* vel *amore* ita compellatos, Patriarchis, Archiepiscopis &c. in ullum ipsorum ministerium deputare minimè teneantur. Verba autem eo respectu & sensu intelligenda, quo prolata sunt. VVesenb. *part. 1. Cons.* 10. *n.* 4. *per l. si Paterfam. §. qui duos*, ubi Bald. *ff. de adopt. l.* debitor §. fin. ad Trebell. Mynsing. *Cons.* 58. *causa. n.* 6. Ex cujusmodi appellatione *fratrum*, contra suprad. cõmunem usum loquendi, quo *Presbyteri* Societatis Jesu *Patres* appellantur, non plus F. Romanus pro sua erronea & singulari opinione evincit, quàm si ex eo, quod Pontifex Cardinales appellet *fratres*, evincere vellet; sibi licere ipsos Cardinales *fratres* appellare, quod quàm foret absurdũ, *Pontifex Cardinales vocat fratres.* nemo est, qui non videat. *Non debet* autem (ut inquit Lucas de Penn. *in l. eam legem. C. de excusat. munerũ lib.* 10. *col.* 2.) *subtilis aliqua ratio, quæ absurditatem induceret, æquiorem sententiam impugnare. ff. ad L. Aquil. l. ita vulneratus. §. pen. & fin.* ideoque tanquam absurdum nos illud præteribimus.

Resp. ad allegatam authoritatem Laymanni. Denique, quod F. Romanus *pag.* 332. ex Layman. *just. defens. proam.* 3. *num.* 63. pro appellatione *fratris* affert, suppositiтium est, & fallax commentum. Nam P. Laymannus *d. loc.* de turbatoribus Christianæ & fraternæ

Chari-

Charitatis agens, dicit: *quantis itaque peccatis, quot morsibus obnoxios se reddunt ij, qui odij, dissensionis atque discordiarum fomitem prabent, atque in plurimorum corda de industria conjiciunt, idque maximè volunt & optant, ut plurimorum animi excitentur & armentur ad persequendos Fratres!* Hæc ille. Quomodo autem exinde, ipse nostros sacerdotes absolutè, & per se consideratos, *fratres* esse appellandos, concludere velit, nemo est qui assequatur.

Tum ego non nego, omnes Christianos & Religiosos nostros esse in Christo & vinculo Charitatis *fratres*; non tamen propterea à quovis absolutè & rectè nominabitur frater dicendo, *Frater Petre, Frater Paule*, licet dici possit Frater noster Petrus, Frater noster Paulus. Nam in *priori* loquendi modo videtur alicui nomen fratris, uti apud Monachos fit, appropriari, at *posteriori* modo loquendi ostenditur, ex communi aliqua ratione Charitatis esse *frater*. Num quia omnes omnino Christiani superiores & inferiores Religiosi, prælati & subditi comparatione Christi Capitis *fratres* sunt, ideo F. Romanus suum Abbatem & Prælatum absolutè & rectè fratrem appellarit? *Ad Argumentum F Romani Resp.*

Certè ex deductis patet, quàm imperitè F. Romanus ac minus sincerè nostrorum Patrum scripta tractet, quamq; Punicâ fide ea alleget, expliceteq;, ut proinde se ipse falsarum allegationum reum constituat, cui nihil fidei sit tribuendum.

SECTIO III.

Vtrum F. Romanus Religiosos Societatis, maximè Professos cum servis rectè compararit?

F. Romanus *in horti Confinib. sub allegat.* 496. *Tit. Medicus. num.* 17. *pag.* 400. *& in horti appendice parador.* 17. *n.* 27. ex eo, quod *P. Laymannus Monachum stabilitatem loci promittentem cum servo*; ac quod Lavanda, *eundem cum servo hæreditario* comparatit, *ex glo. in l.* 1. *§. veteres, ff. de acq. poss.* in Societatis nostræ Religiosos invehitur, dicendo, *quòd planè ejusdem & ipsi Patres Iesuitæ conditionis erunt cum Monachis! Tam parum n. possunt velle vel nolle, quàm parum Monachi, & quicquid acquirunt, non sibi acquirunt, sed Societati, sicut Monachi Monasterio; servisq; comparantur in omnibus, in quibus & Monachi propter vota paupertatis & obedientiæ solennia, quare ut ajā ego* Eclipf. (quæst. 7.) c. 2. n. 4. *utrobiq; sunt ejusdem speciei, & utrobiq; pariter emittuntur. Vnde si per §.* Veteres l. 1. ff. de acq poss. & Joan. Andr. *probatur quod Monachus unus superstes non possit adire aliud Monasterium, in quo etiam unicus superest, ex dicta ratione, quia* asinus intumescit &c. *sequitur infallibiliter, per eundem.* §. & per eundē Joan. Andr. *probari, quod unus Pater Societatis non possit alterius invadere Cathedram, professuram, officium, aut quamcunq; functionem, ex eadem ratione*, quia scil. asinus intumescit, cum per comparem se videt apprehendi. *Imò illi asinis erunt viciniores, qui minus libertatis, & plus servitutis in se susceperunt; Et tales sunt professi Societatis Iesu, qui quarto se præ Monachis voto solenni obligant Pontifici Romano.* *Commenta F. Romani.*

Wilhelmus Hulsius hac & simili occasione ex F. Romano arreptâ, Societatis nostræ *Religiosos* vocat *Asinos*, sed in sensu longe alieno, atque à prioris F. Romani intellectu diverso. Siquidem ipse in famoso suo libello *pag.3.* ait, das nehme R. P. Ked oder einander Societets-Esel auch für lieb: id est, *illud R. P. Ked aut alius aliquis ex Societate Asinus aequi bonique consulat.*

Ibid. *sub fin & pag.4. in princ.* ait; Es thut Hay an einem andern Ort noch hinzu / die Jesuiten musten wol grobe Esel seyn / die auß den Zehen Gebotten nicht hetten gelernet; Non concupisces: id est; *Hajus alio in loco addit; Iesuitæ crassi erunt asini, qui ex decalogo non didicerint, Non concupisces.*

Ita Hulsius vel crassâ, sed fallaci Minervâ discurrit non advertens, quod F. Romanus disceptabat, *utrum Religiosi Societatis quoad actus voluntatis tam elicitos quàm imperatos veniant asinis comparandi*; vel certè fraudulenter & fallaciter adducet priori loco Hajum, quasi ipse Religiosos Societatis quoad actus intellectus & scientiæ, non voluntatis cum asinis compararet; Et aliàs in Christiano orbe notorium sit; in Societate præclara reperiri ingenia, loquuntur & testantur id omnes Apostolicæ, Cæsareæ, ac Principum literæ *tractatu nostro 3.* allegatæ. Neque illud ipsum acatholici inficias ire possunt, sed palam fatentur, doctissimos in Societate nostra reperiri Religiosos, qui juventutem optimè in literis instruant. Qua de causa subinde ipsi suos filios ad scholas nostras ablegant erudiendos. Ita quondam Nobilissimus Dominus Joannes à Drebber Celsissimorum Ducum Brunsvico-Lunæburgicorum Harburgi Cancellarius & Consiliarius intimus huc ad nostrum Gymnasium Trium Coronarum Coloniense suum destinaturus filium VV. O. 8. Februar. Ann. 1637. ad me datis literis contestatur; inquiens;

Refutatur Hulsij calumnia.

Nechst Anerbietung meiner bereitwilligen Dienste / erinnere ich mich seiner gegen die angewandten geneigten animi propension; insonderheit der dahero gegen meinen in Gott ruhenden Schwiegervatter Herrn Otten Hedeman geflossenen gutwilligen declaration, vnnd anerbottene Befürderung zu ersprießlicher manuduction vnd institution jemand seiner Söhne.

NB. Wann mir nun wissend / daß ihr vornehmer geehrter Orden hierin vornemblich excellire / vnnd ich meinen eltisten Sohn W. O. der nunmehr 15. Jahr erreichet / ihrer Philosophiæ Institution, ad majora capessenda gern vntergeben möchte.

So bitte ich freundlich / der Herr Schwager mir so günstig erscheinē / meinen Sohn dazu befürdern / vnd vnbeschwert / wie es mit Tisch vnd sonsten des Orts füglich mit ihm zuhalten / vermelden wolle / were ich alsdann wol

wol bedacht/ihn zum fürderlichsten inzuschicken ꝛc. Harburg/ den 8. Febr. Anno 1637.

Meines großgünstigen Herrn Schwagers

Dienstbereitwilligster Diener

Johan von Drebber.

PRavia paratissimorum meorum obsequiorum oblatione ego suæ erga propinquos inclinatæ animi propensionis memoriam recolo, præsertim suæ inde erga meum in Domino defunctum socerum D. Ottonem Hedeman ultroneè manantis declarationis & ad proficuam manuductionem institutionemque alicujus ex ipsius filiis factæ oblationis.

Quoniam verò mihi constat, quod præcipuus & honoratus ipsorum Ordo hac in re maximè excellat, egoq; meum filium seniorem VV. O. 15. annos natum Philosophicæ institutioni, ad majora capessenda lubens subderem, NB.

Hinc peramicè rogo, Dominus affinis hunc mihi præstet favorem, ut filius meus istuc promoveatur, & haud gravate conditionem mensæ aliorumq; istius loci ab ipso observandorum significet. Siquidem constitui ipsum quamprimum illuc amandare &c. Harburgi. 8. Febr. Anno 1637.

D. M. P. A.

Officiosissimus Servus

Joannes à Drebber.

Idem postea mihi alios similiter à nobis erudiendos comendavit interq; illos & alterum filium Juniorem Joannem & VVilhelmum Ottonem ab Elventhal, ut Societatis nostræ Gymnasium frequentarent. De hoc ita scribit.

JCh hoffe mein vorgestriges Brieflein ihn in allen ersprießlichen Wolwesen gefunden haben werde/dessen continuation ich auch nun mit diesem wünsche. Dabey denn der Amptman allhier Dieterich Elventhal hiemit seinen Sohn ad uberiorem doctrinam capessendam überschickt/ vnd wie er mein sonderlicher guter Freund/ deme ich sampt den Seinigen alles gedeyliches gerne gönne; Dahero auch zu dieser Abschickung seines Sohns gerahten. Also wünsche ich/ und zweiffele nicht/ er seine intention darunter erreichen werde ꝛc. Harburg/ den 13. Jul. Anno 1639.

Des Herrn Schwagers

Diener

Johann von Drebber.

Spero

SPero meas nudiustertius ipsi adhuc sano traditas, cujus continuationem hisce apprecor, simulq; Praefectus sive Amptmannus hujus loci Theodorus Elventhal suum filiū ad uberiorem doctrinam capessendam ablegat, & quia is est meus singularis amicus, cui cum suis bene volo, ideo ipsi ad filii sui ablegationem suasor fui; optans nec dubitans, quin suam intentionem sit assecuturus &c. Harburgi 13. *Iulij, Anno* 1639.

Domini mei affinis

Officiosissimus Servus

Joannes à Drebber.

Pro quo eodem adolescente recepto, postmodum 27. *Iul.* 1640. Celsissimo Principi ac Domino Domino Ottoni Brunsvico-Luneburgico Duci gratias agere Clementissimè placuit, uti seqq. literæ contestantur.

Von Gottes Gnaden Otto Hertzog zu Braunschweig vnd Lüneburg.

Vnseren gnädigen vnd günstigen Gruß zuvor/Vester/hochgelehrter lieber besonder.

NAchdem wir vermerckt / welcher gestalt an Wilhelm Otten Elventhal ein guter Indoles sich erzeigt. So haben wir gegen denselben ein sondere gnädige Neigung gefasset / auch Hoffnung / er in studiis etwas rühmliches proficiren, auch zu allen Tugenden sich führen vnd anleiten lassen werde. Derowegen zu dessen allen so viel mehrerer beförderung wir ersprießlich erachtet / daß er ad uberiorem doctrinæ cultum nacher Cöllen geschicket werden solle.

Daß der Herr nun denselben zu seiner Manuduction sich so gutwillig anbefohlen lassen seyn / dessen thun Wir vns in Gnaden vnd Gunsten bedancken / vnd seind es in allen Begebenheiten vmb ihn wol zuerkennen sonders gnädig geneigt &c. Vnd bleiben in Gnaden vnd Gunsten ihm sonders wol gewogen. Datum auff dem Schloß Harburg / den 27. Julij / Anno 1640.

Des Herren gutwilliger

L. S.

Otto Hertzog zu B. vnd L.

Inscript.

Dem Vesten vnd Hochgelährten / vnserem lieben Besonderen Johanni Esaiæ Krüsen.

Dei

Dei Gratiâ

Otto Dux Brunſvicenſis & Luneburgicus.

PRævia noſtrâ Clementiſſima & propenſiſſima ſalute. Doctiſſime, ſingulariter dilecte. Poſtquam advertimus in VVilhelmo Ottone Elventhal bonam indolem elucere, illi ſingulariter & Clementer affecti eſſe cœpimus, ſpe freti, ipſe in ſtudiis præclare ut proficiat, ſeque in virtutibus educari patiatur. Hinc ad majus ipſius emolumentum utile futurum exiſtimavimus, ut ad uberiorem doctrinæ cultum Coloniam deſtinaretur. Quod nunc Dominus ipſius manuductionem tam voluntariè ſuſceperit, propterea nos illi oblata noſtra gratia & favore gratias agimus ſumusque omni occaſione in illo Clementer agnoſcendo ſingulariter propenſi &c. Manemus illi gratia & favore noſtro addicti. Datum in arce Harburg. 27 Iulii, Anno 1640.

Domini addictus

L. S.

Otto Dux, B. & L.

Inſcript.

Doctiſſimo noſtro ſingulariter dilecto Ioanni Eſaiæ Kruſen.

HActenus Celſiſſimus Princeps. Qui certè cum ſuo Cancellario omni exceptione majores luculentiſſimum Societatis noſtræ doctrinæ teſtimonium perhibuerunt, quam & ipſe Hulſius tam ſolidam invenit, ut contra eam nihil ſolidi afferat, ſed ubique ad calumnias delabatur, quemadmodum ex ejusdem contra P. Petrum VVitfelt, & P. Jodocum Kedd ſcriptis editis videre eſt. Vt proinde etiam contraria Hulſij aſſertio noſtræ Societatis doctrinæ detrahens tanquam calumnioſa veniat rejicienda.

Quod ad poſteriorem Hulſij locum attinet, ibi ipſe minus fideliter F. Romani verba recitat, ſed ea fraudulenter vertit, prout ſtatim lectori conſtitiſſet, ſi locus ipſe in d. F. Romani Horto fuiſſet deſignatus, nec generatim ab Hulſio allegatus. Ita verò F. Romanus *in alleg. 496. ſub Tit. Medicus, n. 14. pag. 397.* ait; *E vobis autem plurimi tam ſunt ignari humanitatis, ut illud è decalogo, Non concupiſces, vel prorſus neſcire, vel non ſatis intelligere videantur.* Ubi hæc verba; *Tam ſunt ignari humanitatis*, vertit VVilhelmus Hulſius; Es muſten wol grobe Eſel ſeyn / id eſt, *craſſi eſſent aſini.* Sed ex quo Calepino, Daſipodio verba F. Romani æquipollent Hulſij verſioni, aut illam ea continent ſignificationem. Tam rudis eſt Hulſius & ignarus nomenclatoris, ut neſciat quid verba Fratris Romani

Hulſij inſcitia redarguitur.

vulgaria & passim obvia significent. Relegandus ipse esset, ut primus vocabulorum addiscat significationes, & verborum inflexiones, modos modis, nec non tempora temporibus reddere, nec præsens cum imperfecto commutare.

Deinde quod ad rem ipsam attinet, calumnia est, quando cum F. Romano plurimos ex Societate accusat inhumanitatis & inscitiæ, quasi vel nesciant, vel non intelligant illud Decalogi; *Non concupisces:* quemadmodum *in Tractat. 2. Resolut. quæst. 6. cap. 2. §.* 28. contra ipsum ostendi. Verum his missis reliqua F. Romani persequamur, in quibus ipse quamplurimum aberrat. Et quidem

Diluuntur in iis recensendo errores

1. 1. Quando tradit, *Religiosos Societatis indefinitè, adeoque secundum* ICtos *in l. si ita relictum, & l. si pluribus ff. de legat. 3. l. si necessarias. §. si annua. ff. de pigner. act.* in re non odiosa *universaliter accipiendo, emittere vota solennia*, quod patet falsum esse. Cum in Scholasticis Societatis, tum in Coadjutoribus tam spiritualibus, quàm temporalibus formatis, ex quibus
2. illi privata; hi publica, non solennia vota emittunt. 2. quando ea, quæ ego de substantialibus votorum Religiosorum attuli, de accidentalibus
3. perfectionibus & solennitatibus perperam accipit. 3. quando propter votum paupertatis & obedientiæ Religiosos Societatis, non secus ac Monachos cum servis comparari dicit, quod itidem patet falsum esse; quia Monachi per votum solenne paupertatis, abdicant se dominio proprio, nec bonorum propriorum retinent ullum juris usum, illudque totum Monasterio acquirunt, prout *supra in lib.* 1. fuit ostensum; At Societatis Nostræ Religiosi Scholastici non obstante voto paupertatis retinent ad tempus, quamdiu adm. R. P. N. placuerit, bonorum suorum propriorum dominium jurisque usum Exam. *cap.* 4. §. 3. 5. *& seqq. Constit. part. 6. cap.* 2. §. 11. licet usum facti à superioribus independentem non habeant. Exam. *d. cap. 4. §. 2. 3. & part. 3. Constit. cap. 1. part. 6. cap. 2. §. 11. lit. H. part. 4. c. 4. lit. E.* Gregor. XIII. *Constit. Quanto fructuosius, &, constit. ascendente Domino*, Joseph. Ludovic. *decis.* 71. *num.* 6. 7. 8. *part.* 2. atque ita decidit S. Rota Rom. *in una Nullius seu Caputaquensis pensionis, die lunæ* 18. *April.* 1616. *coram R. P. D. Martino Andrea*, &, uti refertur apud Ioannem Paponium *in Arestis Parlamentorum supremorum Franciæ. lib.* 21. *tit.* 8. *in append. num.* 2. atque apud Renatum Choppinum *lib.* 2. *Monastic. tit.* 3. *sub. num.* 9. ita judicatum fuit pro *Francisco Robillardo* Societatis Iesu, adversus fratres ipsius & sorores ratione successionis in bona Nicolai Robillardi patris ipsius, *in Decreto Parisiensi* 4. *Id. Octob. seu* 17. *Octobr.* 1585. *in* 1. *Camera Inquisitionum*, & pro *P. Bernardino Castorio* Rectore Collegii Lugdunensis Appellati adversus VVilhelmū Imperatorem seu Tavernierū Appellantem à Seneschallo Lugdunensi seu à prætura Lugdunensi, pro successione Antonii Gangei, cujus

Differentia inter Monachos & Scholasticos Societatis.

Variæ præjudicia referuntur.

cuius frater è Societate Iesu *P. Ioannes Gangeus* ante 40. annos successionem obtinuerat Arresto *Senatus 18. Cal. Ian. seu 23. Decem. 1592. in 3. Camera Inquisitionum Dn. Coignesio relatore IC.*

Et postmodum post compositos motus & restitutam Societatem, ob bona alicuius, qui Societatem ingressus fuerat, *circa Ann.* 1603. aliquid in Gallia fuerit contra motum; attamen Curia *Aresto suo ultimo Apr.* 1604. ordinavit & decrevit, ut nostri Religiosi inposterum omnibus bonis mobilibus & immobilibus gauderent. Ut patet ex addit. ad Choppinum suprad. *loc. in secunda editione*, similiter & hic Coloniæ Anno 1637. pro P. *Matthia Merrhem* adversus fratrem D. Ioannem Merrhem *I.V.L.* eiusque id temporis curatorem D. Philippum Kochs in alto Electorali Scabinorum judicio fuit pronunciatum.

Notandum hic est, quod etiamsi Religiosi Societatis Scholastici vel Coadiutores temporales non formati retineant suorum bonorum Dominium, & usum juris; non tamen propterea ex illorum bonis propriis Societati aut ulli Collegio quicquam acquiratur, nec etiam Societas jus ullum in illorum bona sibi ullatenus etiã ab intestato decedentibus vendicare possit, *part. 6. Constit.* §. 12. Cum possint ipsimet scholastici &c. ea liberè in pauperes exteros erogare. *d. c. 4. Exam.* §. 2. *&c.* vel si ante eiusmodi erogationem decedant, omnia bona ad proximos agnatos vel cognatos devolvantur; *Si* verò in Societatis favorem disponere velint, etiam illud ex admod. R. P. N. Generalis facultate poterunt, quamvis alias ad id nullatenus sint obligati. *d. c. 4. Exam.* tum etiam Societas Professa nec ullius hæreditariæ successionis, nec bonorum stabilium præter domum &c. quam inhabitant, est capax, *Exam. c. 1. §. 3. part. 6. Constit. c 2. §. 2. 3. lit. B. C.*

Hinc patet, quod falsa sit *F. Romani* propositio, quod *quicquid Religiosi Societatis acquirunt, illud non secus ac Monachi vel servi Societati acquirant*, Cum ipsi Scholastici &c. bona profectitia, adventitia, vel etiam tempore eo, quo sunt in Societate, non huius intuitu, sed aliunde acquisita, Societati minimè acquirant, sed de iis liberrimè in favorem vel Societatis vel pauperũ exterorum vel etiam in alios usus cum adm. R. P. N. facultate disponere possint.

4. Quando ipse F. Romanus Monachos loci stabilitatem voventes cum Religiosis Societatis Iesu comparat; Cum hi stabilitatem loci non promittant, *Exam. c. 4. §. 35. part. 3. Constit. c. 2. lit. G. part. 4. proam. lit. A. part. 6. c. 3. §. 5. part. 7. c. 1. §. 1. & c. 2. in fin. Et vocationis nostræ sit diversa loca peragrare, & vitam agere in quavis mundi plaga, ubi maius Dei obsequium, & animarũ auxilium speratur.* Regul. 2. *summarii Constit. soc. part. 3. Constit. c. 2. lit. H. & p. 6. c. 3. §. 5. in exam. c. 1.* §. 6. Consequenter cum Religiosi Societatis Jesu in manibus Superiorum aut aliorum ab adm. R. P. N. Generali deputatorum, vel 4. *Error.*

 coram

coram illis voveant nec per vota ad certum locum se obligent, hinc nec possunt dici servi alicuius certi loci aut Collegii.

5. Error. 5. Quando ipse Religiosos Societatis indefinitè adeoque generatim & universim acceptos in voto paupertatis eiusque effectu cum servis comparat; Cum Religiosi Scholastici vel Coadiutores temporales non formati bonorum suorum Dominium & usum juris retineant, vel etiam usum facti à superiore dependentem, qui voto paupertatis Religiosæ non contrariatur, licet usus facti à superiore independens repugnet, prout *supra est* deductum. Et patet in antiquioribus Monachis, qui olim non obstante *voto paupertatis Religiosæ* etiam bonorum suorum dominium retinebant, uti testatur Jacobus Cuiac. *in Novell. 5. ex l. Generali C. de SS. Eccles.* Valentinus Mangion. *de Religios. paupert. part. 1. n. 32.* prout etiam jure potuere; Siquidem *votum paupertatis Religiosæ* essentialiter nihil aliud est, quàm promissio re aliqua pro libitu suo absque superioris sui veniâ non utendi; Cum etiam *votum in genere* essentialiter nihil aliud sit, quàm promissio aliquid agendi vel omittendi; consequenter effectus immediatus *voti paupertatis* erit obligatio ad non utendum re aliqua pro libitu suo absq; superioris facultate, itaq; materia *voti* illius erit, *non usus* rei alicuius pro libitu suo, sicuti, *voti in genere* effectus imediatus est obligatio ad aliquid agendū vel omittendū &c. quin & materia proxima voti est, actio vel omissio aliqua voventis: Vid. & nostrum P. Valentinum Mangion. *in d. tract.*

Votū paupertatis Religiosa in quo essentialiter consistat.

Ex quibus suppositis, ut hic contra F. Romanum subsumam; Capacitas vel incapacitas dominii, quin & ipsum dominium seu jus & facultas disponendi, non est non usus rei alicuius pro libitu suo, nec etiam huic contrariatur; Siquidem quis potest habere dominium rei, & tamen non propterea poterit re illâ pro libitu suo uti, sicut patet in *pupillis & minoribus*, quibus Religiosæ personæ comparantur. Vel etiam in maiore nnibus, quando à suis dejecti sunt. Unde demum eum, qui multa habet bona, sed iis frui, uti, pro libitu non potest, pauperem solemus appellare. Atque ita in causâ *P. Matthiæ Merrehms* variæ Academię, Duacena 14. Aug. & 16. Sept. Lovaniensis, Ingolstadiensis 1. Octob. & pridie Cal. Decemb. Pragensis 7. Nov. Ann. 1637. Rostochiensis 16. Febr. Anno 1638. responderunt, quarum omnium responsa P. Valentinus Mangionius *in suo tractatu de paupertate religiosa* refert ac recenset.

6. Error F. Romani. 6. Quando idem F. Romanus tradit, *Religiosos Societatis æque rectè ac Monachos sui Ordinis cum servo Hereditario comparari*, quod itidem patet falsum esse; Cum utrorumque sit dispar omnino ratio, ut patet *ex supra deductis hoc tract. lib. 1. cap. 5.* Nam posito, quod duo dentur eiusdem Ordinis sui monasteria per acatholicos destructa, à se invicem ut *membra proprietatis non dependentia*, atque in utroq; non detur, nisi unus Monachus; huic unus alteri non esset futurus subjectus, nec unus alteri haberet imperare, & quidquid alteruter eorum acquireret, suo & non alteri Monasterio acquireret, non

non secus *ac servus hæreditarius*; quod si unus servus contra comparem vellet insurgere, obtineret locum doctrina Ioannis, non Andreæ, sed antiqui glo. Basiani dicti, *quod asinus intumescit, cum videt se per comparem apprehēdi*. Quæ sane non nisi ineptissimè Societati Iesu eiusque professis applicantur. Cum Collegia materialia Societatis nō certo alicuius loci Collegio formali sed toti Societati acquirantur, *prout in tractatu. 2. Resol. q. 2. sect. 3.* est deductū Et patet *ex Constit. par. 9. c. 3. §. 6.* atq; ex iis, quæ Anto. de Butr. *in c. in præsentia n. 64. de prob.* Beroi. *q. 85.* & alii *sup. cit. loc.* citati docent, quod qui votis non ad certum locum astringuntur, sed toti Religioni obligantur, eorum bona non Collegio certi loci, sed toti isti Religioni acquirantur.

7. Pejus errat F. Romanus, quando ex *voto quarto* Professorū nostrę Societatis, *quo se Pontifici M. ad missiones inter infideles & hæreticos etiā sine viatico obeundas obligant*, tradit, eos maiorē inde contrahere servitutē. Cum illi *non servum Societatis contra, sed* divinæ confisi providentiæ, divinoq; adiuti auxilio ex solo Dei amore animatumq; zelo *supra naturam* voluntariè summo Pontifici tanquam Dei Vicario se obligent. Cuiusmodi voluntaria obligatio minimè potest servitus appellari, per ea, quæ docet, Rainald. Corsus. *li. 1. indagationū iuris. c. 14.* *7. Error F. Romani de voto quarto Professis Iesu.*

8. Nec minus ipse fallaciter *ex sup. deductis* infert hanc sequelam, *quod unus Pater Societatis non possit alterius invadere Cathedram, professuram, officiū aut quamcunq; functionem*, qua videtur tacite innuere, quasi simile quid in Societate fieret; vel certè ea sine ulla causa & nugatoriè duntaxat ab ipso infertur. Sed quicquid sit de intentione ipsius, qua illam intulerit; Certum est, quod in Societate nemo nostrum sibi ipsi possit officium deligere, Cathedram alterius occupare, &c. sed unusquisq; Provincialium, Præpositorum localium & Rectorum ab Adm. R. P. N. Generali designetur, atq; in officio constituatur, ac per eos cæteri socii quo ad officiorum administrationem & professionem &c. deputentur, eorundemq; directioni in omnibus subiaceant, *Constit. par. 9. cap. 3. §. 3. 4. 9. part. 3 c. 2. lit. F.* ut non videam, ex quo illud F. Romanus inferre possit, nisi per calumniam velit innuere; in Societate nostra non omnia per Superiores ordinatè dirigi. Cujus contrarium docent constitutiones Societatis, *d. part. 9. c. 3. & d. part. 3. c. 2.* & aliud praxis quotidiana ostendit. Quod si tn. aliquis ex Societate postulantibus prælatis vel iis, ad quos pertinet, à superiore deputatus esset ad docendum vel concionandum ibiq; doceret, & alius non Societatis vellet ipsum in officio suo sibi legitimè comisso impedire, haud dubiè ille rectè cōtra ipsū se defenderet. *8. Fallax F. Romani Illatio.*

Ex deductis patent F. Romani errores, quodq; ineptè religiosos Societatis cum servis, &c. comparatit. *Illatio generalis.*

SECTIO IV.

De divinis Ministeriis, quæ in Societate peraguntur.

Objicit F. Rom. *in hort. paradox. 2. nu. 5. pag. 432.* circa divina ministeria, *quod in Ecclesiis Societatis Iesu ex vi proprii instituti, cantus horarum* *Commenta Hayana.*

Cano-

Canonicarum nullus, baptiſmus nullus, unctio extrema nulla, nulla minorum ordinum collatio, nulla ad infirmos Euchariſtia deportatio, nulla coniunctio matrimonii, miſſa deniq; ſolemnis vix ſemel aut iterum in ſeptimana. Hac nimirũ eſt illa Indica ficus grandis diſtorta & paradoxa, qua Monachos ſibi Antipodes adverſo orbe ſtare ego mihi imaginor: habet enim ingentia folia, fructum nullum, inſtar illius Matthai. 21. Hæc ille.

At videtur ea ipſe aliquo modo ex condemnati Alphonſi Vargas *ſupra citato libello ſuo famoſo;c.2.* atque exinde *in Iubilaum ſeu ſpeculum Ieſuiticum Heretici Ioannus Leonhardi VVillichii* tranſlato deſumpſiſſe. Si legiſſet F. Romanus P. Suar. *tom.4. de Relig. tract.*10, *lib.*1, *c.*3, *n.*13. *& c.*8. *n.*3. *& ſeqq.* aliud ſenſiſſet.

Diluuntur. Næ illa grandis calumnia eſt, quòd Societatem comparet *ficui omnino infructuoſa*, cum expreſſe contrarium ſum̃a orbis Chriſtiani Capita, Catholici-Electores Principes, aliique unanimiter conteſtentur, quorum omnium teſtimonium in medium producere, nimis operoſum foret. Aliqua *in tractatu noſtro* 3. *retuli.*

§. I.

Saltem hic quędam ex Summorum Pontificum conſtitutionib. ac diplomatibus delibabo, ut videat benevolus lector, quàm immeritò F. Romanus Societati noſtræ miniſteria divina ac fructus ullos in Eccleſia Catholica productos deneget aut ſubtrahat. Paulus Papa III. *in conſtit. Regimini* " *militantis Eccleſia. Dat. Roma* 1540. *V. Cal. Octob.* tradit, quod *primi noſtra Societatis Patres in Theologicis ſtudiis per plures annos exercitati, ſpiritu ſancto, ut pie creditur, afflati, iam dudum è diverſis mundi Regionibus diſcedentes in unũ convenerint & ſocii effecti abdicatis huius ſeculi illecebris, ſuam vitam perpetuo* " Domini noſtri *Ieſu Chriſti, atque Romanorum Pontificum ſervitio dedicarint, & tum quam plurimis annis* laudabiliter in vinea Domini ſe exercuerint, *verbũ Dei pravia ſufficienti licentia publicè prædicando, fideles privatim ad bene beateq; vivendum exhortando, & ad pias meditationes excitando, hoſpitalibus inſerviendo, pueros & perſonas rudes ea, qua ad Chriſtianam hominis inſtitutionem ſunt neceſſaria, docendo: & demum omnia Charitatis officia, & qua ad animarum conſolationem faciunt, ubique terrarum, ubi peregrinati ſunt*, multa cũ laude *obeundo* &c. Et in conſtit. *Cum inter cunctos. dat Rom.* 1545. *attendentes*, inquit Pontifex, *igitur ad* fructus uberes, *quos in domo Domini hactenus* produxiſtis, *& producere non deſinitis veſtra Religione, integritate, ſcientia, doctrina, moribus & experientia &c.* Rurſus Conſtit. *Licet debitum. Dat. Roma* 1549. *Licet debitum paſtoralis officii omnibus Regularem vitam ducẽtibus, ut in ſuis diſciplinis & laudabilibus inſtitutis conſerventur & augeantur, nos reddat favorabiles & benignos, ad Societatem verò de Ieſu per Nos inſtitutam & approbatam, cuius ſpecimen*, veluti ager fertilis *in Domino* multiplices atque uberes fructus animarum *ad ſummi Regis laudem & fidei incrementũ attulit*, & affert.

fert quotidiè *verbo & exemplo in populo Christiano, dirigentes præcipuè veluti pius Pater, oculos mentis nostræ dignum censemus, ut ipsam Societatem, eiusque in odorem suavitatis altissimo deservientes Personas, specialibus favoribus prosequamur.* Paulus V. *in Constit. Quantum Religio. Dat. Romæ* 1606. *pridiè Non. Septemb.* ait, *quantum Religio Societatis Iesu in Ecclesia ad fidei, pietatis & religionis augmentum profecerit, & in dies magis proficiat. Nos ipsi scimus, & Christiana Respublica novit universa.* *Ex Constit. Paul. V.*

Hæc ipsi Summi Pontifices omni fide dignissimi, hæcque universa Christiana Respubl de Societate, eiusque fructibus in Ecclesia Catholica productis attestantur. Ut proinde F. Romanus quando contrarium asserit, & *Societatem ficui*, ingentia folia, nullos autem fructus proferenti comparat, à veritate quam longissime exerrare, tot ac tam luculentis Summorum Pontificum ac universæ Reip. Christianæ testimoniis convincatur.

§. 2.

De usu Chori & Cantus Ecclesiastici, &c. tum quid de exercitiis & ministeriis propriis Societatis.

QUod verò Religiosus *usus Chori & Cantus ecclesiastici ac psalmodia*, licet secundum se sit laudabilis & optimus, eò quod per illum Deus publicè laudetur, & in audientium animis etiam affectus excitentur; tamen in Societate nostra non sit receptus; *Ratio est*, quod non esset medium proportionatum fini, quem Societas ex Apostolica approbatione sibi præstituerat. *Usus Chori & cantus Ecclesiastici laudabilis est.* Hic enim cum sit procuratio salutis tam in se, quàm in aliis cuiuscunque generis, nationis, religionis, nec pro uno certo loco, sed quavis mundi plaga, ubi maior Dei gloria promovenda affulget; ideo requirit magnum studium tum in perfectione spirituali per mortificationem pravorum affectuum, & variarum virtutum exercitium acquirenda, tum in omnium literarum scientia adipiscenda, quas, ubi opus est, & Charitas Dei ac proximi postulaverit, *sine ulla determinatione loci ac temporis* aliis inculcet, juventutem in scholis, Cathechismis erudiendo, populum concionibus instruendo, morbos animi medicina spirituali, confessionibus & sacris epulis curando, quæ omnia sunt eiusmodi, ut aliquem ordinario Choro & Cantu ecclesiastico vacare non permittant, ut tradit Gregorius. *lib.* 4. *registri c.* 88. *epist.* 44. & in quodam Concil. *relat. in c. in sancta. dist.* 92. *Ratio 1.* Siquidem hic *Cantus Chori stabilitatem aliquam loci* requireret, vel certè residentiam quasi perpetuam, quæ impediret, quo minus quis liberè pro quavis occasione proximi saluti in quovis loco cooperari posset, adeoq; maius bonũ impediret. *d. c. in Sancta.* *Ratio 2.* At stabilitas loci & Residentia Societatis fini & instituto repugnaret. Deinde quod ipsa literarum cum fructu tradendarum gra-

vitas aliquem à choro & cantu illo Ecclesiastico avocet, alii quoq; agnoscūt Ordines, qui propterea suos *eximios Magistros* à Choro eximunt. Unde etiā Societas nostra cantum non habet in suis Ecclesiis; quia vacat doctrinæ & prædicationibus, ut sic teste D.Thom.*2.2.q.91. art. 2. ad 3.* nobilius munus divini ministerii obeat. Nam istic *citatum locum S. Gregorii* tractans, *Ad 3.* ait, *dicendum, quod nobilior modus est provocandi homines ad devotionem per doctrinam & prædicationem, quàm per cantum, & ideo Diaconi & prælati, quibus competit per prædicationem & doctrinam animos hominum provocare in Deum, non debent Cantibus insistere, ne per hoc à maioribus retrahantur.* Quæ pluribus prosequitur Suar. *tom. 4. de Relig. d. tract.* 10.*c.* 8.*n.* 3.*& seqq. ex 6. part. Cōstit. c.* 3.§.4. approbata & Canonizata à Gregorio Papa XIII. in Constit. *Ex Sede Apostolica. data Ann.* 1573.

§. 3.

De administratione solennis baptismi, & aliorum Sacramentorum.

Baptismi solēnis administratio est Religiosis prohibita. Limitatur.

Reliqua, quę F. Romanus de baptismo in Ecclesiis habendo & solenniter administrando, de copulatione matrimonii, atq; extrema Unctione affert, sunt ea propriis parochis in loco residentibus reservata ac Religiosis jure communi prohibita; Et quidem quoad *baptismum solenniter administrandum*, patet ex *c. placuit.* 2. 16. *q.* 1. *juncta* glo. & recepta Dd. *eum locum de Religiosis omnibus* accipientium interpretatione. Unde *& ipsius baptismi* solennis administratio etiam nostris prohibita est, nisi ipsis populorum pastoribus destitutorum cura comittatur, quo casu etiam solenniter baptizare possent, idq; ex jure communi in *c. doctos. 16 q. 1.* vel nisi in necessitate privatus baptismus impartiendus esset. Suar. *tom. 4. de Relig. tract.* 10. *lib.* 9. *c.* 4. *n.* 3. 4. 5. 6. 7.

Matrimonii copulatio prohibita.

Quod ad *matrimonii copulationem* attinet; cum in ea Sacerdotis ministerium ad duo tantum requiri possint, & quidem ministerium *prius* ad substantialem ipsius matrimonii valorem juxta novum Concilii Tridentini decretum. *Sess.* 24. *c.* 1. *de Reform.* ubi ad illius valorem requiritur, ut *assistat parochus*, vel ex ejus commissione aut licentia aliquis alius Sacerdos. Iam verò certum sit, nostros non parochos esse; hinc nostri non poterunt sine parochorum commissione vel licentia matrimonio assistere. Consequenter nostris hoc erit prohibitum.

Limitatur.

Posterius ministerium circa huius sacramenti administrationem est solennis benedictio nuptiarum, quæ sub gravi censura Religiosis est prohibita *Clem. Religiosi. de privil.*

Quod si tamen nostrorum curæ committerentur populi parochis destituti, tunc nostri & matrimonio assistere & solenniter benedicere possent

per

per not. Bonifacii Vitalin. *in d. Clem. Religiosi.* 1. *de privil. n.* 3. *& seq. per c. quod Dei timorem. de stat. Mon. & ibi Dd.* Nam quando alicui officium, vel eius usus aut exercitium committitur, tunc censentur omnia simul commissa & concessa, sine quibus illud officium, eius usus aut exercitium explicari nequit, aut non solet *l. fin. ff. de off. eius cui mand. est iurisd. d. c. doctos.* 16. *q.* 1. Et probat Suar. cit. loc n. 19. 20. 21. ex Privilegio Pauli III. *licet debitum* &c. Societati dato *An.* 1549.

Demum quod extremam unctionem attinet, eius administratio etiam omnibus Religiosis, adeoq; etiam nostris (cum nullibi per privilegium expresse excipiantur) sub censura Excommunicationis in *d. Clem. de privil.* est prohibita, nisi necessitate urgente ęgrotus in vero constitutus esset periculo mortis ac parochus non adesset, vel sacramentum hoc nollet administrare; tunc posset à nostris administrari sine illius licentia, & secluso scandalo, prout cuiq; simplici Sacerdoti in tali casu illud administrare liceret. *Extrema unctionis admini stratio prohibita* *Limitatur.* 1.

Potest tamen Societas hoc sacramentum ministrare non suis solum Religiosis, sed & familiaribus suis, seu domesticis famulis, idq; ex Privilegio Pauli III. *in d. constit. licet debitum. dat.* 1549. 15. *Kal. Nov.* relat. *in compendio privilegiorum Societatis verb. familiares,* §. 1. ubi in scholio additur, *familiaribus* id est, qui in familia propria domestica sunt, seu qui expensis alicuius sunt ipsius domestici commensales. *ex c. ult. de V. S. in* 6.) extrema unctio poterit administrari, atq; adeo iis solis, qui in domibus, Collegiis, Residentiis & aliis locis Societatis habitaverint: extra septa verò cum illis perinde ac cum aliis agatur; adeoq; extra illa non erit ipsis extrema unctio impertienda. *Suar. cit. loc. n.* 9. 10. 11. 12. 13. 14. Hęcq; optimè sunt constituta, quò inter parochos & Religiosos unio conservetur, & omnis confusio, quæ inde alioquin oriri posset, caveatur. *d. Clem.* 1. *de privil.* *Limitatur.* 2.

Alia est ratio prædicationis verbi divini, Eucharistiæ & pænitentiæ administrationis; Nam cum has ex Sanctæ Sedis Apostolicæ concessione & approbatione juxta instituti sui regulas ab eadem Sede Apostolica cōfirmatas nostri suscipiant, rectè ac legitimè eas suscipere ac peragere dicentur. *iuxta Clē. Vn. de privil & alias sup. recensitas Constitutiones Apostolicas in Societatis favorem & confirmationem datas.* Cumq; ad prēmissa ritè rectèq; peragenda meditationibus ac divinis contemplationibus quotidiè juxta illud Davidis *Ps.* 62. *v.* 7. *in matutinis meditabor adte & Ps.* 38. *v.* 4. *In meditatione mea exardescet ignis,* & horariis animi recollectionibus, tum singulis mensibus vel semestribus, vel etiam singulis annis prolixius spiritualibus exercitiis vacent, hinc nemo citra calumniæ notam asserere poterit, quasi nostri divinis ministeriis non vacarent, nec ijs operam darent, vel etiam essent ficus lata gerentes folia, nullos verò fructus scilicet spirituales proferentes. *Societas potest prædicare verbum Dei, Eucharistiæ & pænitentiæ sacramentum administrare.*

Geminam hic attexit calumniam Apostata Barnabas 1. quando p. 58 confessionis sacramentalis auditionem per ludibrium vocat *auricularem,*

asseritq; *Pontificium inventum esse*. Verum hæc contra ipsiusmet Christi Domini authoritatem impingitur. Cum Christus Dominus *Confessionem* instituerit, *Ioan.20.v.22.23.* quam peccatorum confessionem S. Apostolus Iacobus, *c.5.v.6.* commendavit, ac pænitentes Christiani etiam in principio Ecclesiæ Christianæ usurparût. *Act.19.v.18.19.* ut textus Syriacus clare explicat.

2. Quando *in altari suo 3. meritorio p. 65.66.* asserit, *quod Monachi aut Iesuitæ furtum* 1000, *florenorum* Dominis suis ablatorum symposio sibi exhibito iudicent compensari &c.

Totum fabulosum, & commentitium est. Nec enim ullus ex Societate tam imperitus est, qui putet iniustam alterius rei contrectationem vel usurpationem per symposium sibi exhibitum compensari. Cum sciant omnes, suum cuiq; tribuendum, & ius alterius læsum eidem reparandum esse; neq; Iesuitarum quenquam sibi pro lubentia suâ curare & frequentare posse symposia, ut vel hinc illa calumnia refutetur.

Quę inde quoq; elucescit, quod *p.56.* asserat, Societatis nostræ Religiosos omnibus improbis facinoribus præcellere, interq; ea facinora recēseat sacræ exomologesis auditionem. Illa etenim plurib. principibus ac clarissimis, quos aluit, atque etiamnũ alit Societas nostra, insimulatio iniuria est & præterea sacrilega, quando ita de sacra cõfessione loquitur. Sic *impius cũm profundũ venerit, contẽnit, Prov.* 8 3. Quod ibidem apostata comunionem sub utraq; quasi ex præcepto divino necessariam asserit, illud repugnat ipsius institutionis naturæ, quæ secundum se nec est præceptum, nec illud involvit. Et licet Christus verbis *imperativi modi* utatur; attamen *quando verba imperativi modi referũtur ad eum vel eos, de cuius vel quorum commodo* agitur, (uti hic) tunc *non important necessitatem*, præceptum aut jussum, *sed consilium*. glo.1. *in l 3. C. de transact.* Daoyz. *in indic. iur. civil. in voce. verbum. sub. nu.12.* Sed quid hic de comunione sub utraque loquitur, cum ipse de comunione cum utraq;, quã fertur deperiisse, laboret. Sed hæc alii prosequantur.

SECTIO V.

Vtrum Societas Iesu sit minima.

Commenta Hayana.

FR. Romanus in horti confinib. *allegat.* 477. *n.2. pag* 335. asserit, *plerosq; hæsitare, utrum Societas Iesu sit minima, non enim vident*, inquiens, *qua maior sit in orbe Christiano Societas ipsâ Societate Iesu, tã quoad multitudinem sociorũ & Collegiorum, eorumq; amplitudinẽ, quàm quoad opulentum, potentiam, præeminentiã in aulis Principum, in Cathedris, in Gubernandis Vniversitatibus & Academiis, Pontificum, Imperatorum, Regum, & magnatũ conscientiis, in apparatu ecclesiastico, in splendore ædificiorum, Comœdiarũ, in æstimatione hominũ & similib, ut non dubitarit R.P. Dominicus Gravina Ord. Prædicatorũ in congeminata voce turturis, c.16.* §. eiusdẽ *de occupatis* monasteriis prosecutio, *in h c mod t*

de e.a

de ea scribere: Tolerabile, si fieret quoque universalis contributio Episcoporum, civitatum, Canonicorum, imò & ipsius super omnes Religiones ditissima Societatis, adeo enim ob suam Religiositatem divitiis repleta est, ut Regum, Principum, Dynastarum (quod in ejus magnam laudem cedit) mammilla lactentur, & nedum seminaria, Collegia, sed & Episcopatus (si reditus computentur) aliave titulis de superfluis erigi possint, vel ad subventionem Captivorum, recuperationem terræ sanctæ, pauperum Ecclesiasticorum in dignitate constitutorum sublevationem, absque ullo Societatis domorum detrimento, & summo Ecclesiæ adjumento. Hæc ille, in quibus astipulatorem habet Apostatam Barnabam, *in concione sua revocatoria sub altari primo adorationis, pag.* 32. tradentem, *ubiq; in orbe terrarum à Societate nostra regia excitari ædificia ac palatia regiisq; frui reditibus. Iterum F. Romanus sub allegat.* 291. 293. *n.* 3. imputat nobis *opponentibus pertinacem Monasticorum bonorum appetitionem*, & alleg. 479. *tit. sepulchra concupiscentiæ sub n.* 11. dicit, *hodie petuntur paucula, cras paucula, sed perendie non erunt paucula; pro Collegio Moguntino jam dotato, Theodorus hodie petit duas Abbatias; pro Hadamariensi petuntur quatuor aut plures. Si passim* (ut vult idem) *Societas erigenda & amplificanda, cuique Collegio duæ, tres, quatuorve Abbatiæ pro dote uniendæ, ubi satis Monasteriorum inveniemus.*

Ibid. *num.* 14. *& seqq.* tradit, *P. Personium suasisse, ut universa totius Regni Angliæ bona Ecclesiastica in communem massam redigerentur, cujus cura esset penes septem sapientes, (quos nullibi melius, quam in sua Societate reperiri credidit) iiq; talia bona dispensarent & expenderent, prout judicaverint expedire Ecclesiæ Anglicanæ, adeoque omnium Episcoporum & Archiepiscoporum, aliorumque prælatorum, Regularium, & totius Cleri proventus & sustentatio, per universum regnum penderet à voluntate & arbitrio unius Ordinis mendicantium, ipsiusque præposito Generali. Atque ita hic videnda nova Ecclesiæ Anglicanæ delineatio de affectata Monarchia Ecclesiastica, cui nihil aliud superest, quam ut ipsum regnum Angliæ, veluti feudum Ecclesiæ Romanæ sibi suoque Synedrio ad majorem Dei gloriam promovendam conferri postulet, sibique dictum existimet, omnia poma nova & vetera, dilecte mi, servavi tibi &c.* N, 16. subjicit; *simile quid attentasse feruntur in Germania sub Ferdinando II. Imperatore Augusto de duodecim sapientibus, quibus in reformationis Catholicæ negotiis pariter subessent Archiepiscopi & Episcopi totius Germaniæ &c. Et quis dubitat, similia Consilia seu Memorialia secutura pro regnis Scotiæ, Hyberniæ, Daniæ, Sveciæ, Norvvegiæ, Gothiæ, VVandaliæ &c. Si Deus miseratus hujusmodi Regem aut Principem, penes quem est subditos ad fidem suam adigendi potestas, ad Ovile Catholicæ Ecclesiæ, quod optamus, aliquando reduxerit? Eadem enim ratio in omnibus militat.*

Hæc ille, quibus plurimas Calumnias olim ab Hæreticis objectas, *Diluuntur.* sed nunquam ab iis probatas nec unquam probandas, pridem autem refutatas Calumniosè regerit.

§. 1.

Quo sensu Societas sit minima.

Societas Iesu minima est abjectione sui.

VErum ut F. Romano respondeamus, Societas nostra dicitur ***minima***, quo sensu Christus *Matth.* 25.40. minimos requirit, abjectione sui, quemadmodum in *tractat.* 2. *resolut. quest.* 6. *cap.* 2. *num.* 15. pluribus ostendimus.

Ordo S. Francisci numero superat, & tamen est minimus.

Quod autem numero & multitudine personarum adeo excrescat est illa Benedictio Dei, *Gen.* 17. *v.* 1. & 20. *Esai.* 51.2. 2. *Cor.* 9.10. *Act* 6.7. Vel etiam quia ***minima*** facile multiplicantur; quamvis Societatem nostram Ordo F. Francisci numero personarum longè superet, exinde tamen nemo sanctum illum Ordinem etiam ***minimum*** negaverit.

§. 2.

De Collegiorum amplitudine.

Commenta Hayana sumpta ex hæreticorũ figmentis

QUid autem *contra hanc sui animi submissionem faciat asserta Collegiorum amplitudo*, nemo est qui videat, licet & ea ipsa calumniose objiciatur. Quod igitur spectat ad Collegiorum amplitudinem, si F. Romanus Collegia intelligat materialiter accepta seu ædificia & per eorundem amplitudinem intelligat quandam magnificentiam ; quam olim S. Bonaventuræ sæculares & rudes, ac P. Adamo Contzen Ludovicus JCtus Brandeburgicus objecerunt, & regerit Johannes Leonhardus VVillich. *in Iubilæo sive speculo Iesuitico, Mantissa* 5. *sub titulo jactantia Iesuitica in princ.* Eam abunde refutarunt S. Bonaventura *in q.* 6. *super Regul. S. Francisci, &* P. Adamus Contzen, in *tractatu suo de secretis Societatis Iesu impresso Moguntiæ* 1617. *sub tit. An Societatis ædificia sint nimium sumptuosa?* ubi tradit triplicia esse nostræ Societatis ædificia, *templa*, *scholas*, *domos privatas*, quas inhabitamus. *Templa*, *scholas*, publica esse ædificia omnibus commmunia, civibus servientia, totique provinciæ; de templorum amplitudine & magnificentia neminem queri posse, qui recogitet, Ecclesias Cathedrales, Collegiatas, Monasticas, Parochiales nostris templis multo esse majores ac sumptuosiores, ut notorium est.

Deinde scholas nostras in Europa multis in locis esse ruinosas, aliis nimis angustas, aliis in urbibus mediocres, aliis splendidas, nullo in loco nimis amplas: quasdam etiam scholas ac Collegia ab Imperatoribus, Regibus, vel Principibus exstructa videri, quibus formam ædificandi præscribere nec licuit, nec decuit; cum illi in eorum ædificatione Majestatis ac dignitatis suæ, tum sapientiæ ac nobilissimæ juventutis in literis ac pietate per varias Classes, diversaque auditoria erudiendæ, ipsarumq; literarum ratione habita, suos Architectos audierint, nec vilibus casis Imperatorium, Regium ac Principale nomen, titulosque inscribi aut suspendi voluerint.

De-

Demum plura per orbem Collegia nullam omnino speciem aut splendorem referunt. Quin lautiora & ampliora pro aliis Ordinibus exstructa visuntur in Italia, Hispania, imò in nostra Germania ædificia, ut nemini non notum est, qui exteras invisit provincias. Apostata Barnabas sequentium meminit Monasteriorum *in sua concione revocatoria* 11. *&* 16. *Ian. An.*1652. *habita, sub altari suo quarto, pag.*77.78. Cremisanensis, Campililiorum, Soccavienses, Rein Amenth, S. Lamperti, Sitticensis &c. quæ structura sua & ædificiis non solum Cæsarea Palatia, sed & antiquas Romanorum fabricas superare dicit. Aliquot in Germania spectantur Collegiorum ædificia, quę cum ob angustias loci ampliari nequeant, ea, ut omnes Collegas, diversasq; officinas, Bibliothecam, triclinium, hypocaustum, Culinam, Nosocomium, Cubicula hospitum & peregrinorum, tum singulorum complecti queant, in altum assurgunt, atque accedente ex Architecturæ legibus Symmetria, & omnium membrorũ artificiosa dispositione necessariò pulchriora conspiciuntur; ut S. Bonaventura *d.q.6.* respõdet; at sua secũ trahũt incomoda. Siquidem quies, quæ in aliis aliorum Ordinum amplioribus & latioribus habitaculis reperitur, in editioribus ejusmodi ædificiis dari nequit, quod qui in superioribus contignationibus habitant ac commorantur, facilè strepitu, ambulationeque aut motu inferiores conturbent.

Complura Monasteria multo sunt ampliora, quã Collegia Societatis.

Ex quibus apparet, calumniosè duntaxat Societati Collegiorum atq; ædificiorum amplitudinem & magnitudinem objici.

Quod si F. Romanus per *amplitudinẽ* velit ædificiorum *multitudinem* intelligi, quemadmodũ & iste Acatholicus *in suo asserto speculo Iesuitico, cit. loc.* accipit; non est, ꝙ Catholicus Christianus propterea carpat; Cum sciat, aut scire debeat, Deo gratos esse, qui complures Domos religiosas exstruunt; exosos vero, qui eas destruunt. Neq; etiam Societati tot ædificia, quot ipsi Ordini S. Benedicti, aut S. Francisci excitata videbuntur. Lustrentur omnes provinciæ; vix unum aut alterum in iis Collegium ædificatum conspicietur, quot a. istic memoratorum Ordinum Monasteria videbuntur, ut nulla ratione Societas iisdem Ordinibus quoad ędificiorum multitudinem comparari queat.

De Collegiorũ multitudine.

Antonius Yepes *in Chronico Generali Ordinis S. Benedicti ad Ann. Christi* 545. *cap.*3. ait; *in quibusdam Civitatibus triginta, quadraginta, quinquaginta Religiosas domos numerare licet, quas diversæ Clericorum Regularium Monachorum, fratrum familiæ hodie colunt. Totidem olim in nonnullis amplissimis urbibus possedit Divus Benedictus. Vienna in Gallia, nobili quidem, sed non primi nominis urbe, inque vicinia non minus sexaginta Monachorum & Monialium stetisse Ordinis D. Benedicti monasteria, pleraque magnifica, ut author est Sacius de vita S. Clari Abbatis,* 1. *Iunij.* Adjicitque *Ordinem Sancti Benedicti non una clausum fuisse provincia vel duabus, ut quadam alia Religiosa familia: Hieronymiani ultra Hispaniam fines non proferunt; Servitas ferè capit Italia:*

Comprobatur testimonio Yepes.

Grandimontenses Gallia se tenent; alii alio sinu contenti sunt. At sancti Benedicti Ordo quaquaversum effusus mundum implevit. Benedictus XII. sancivit Constitutiones, ad quas se totus Ordo S. Benedicti componeret. Cum enim animadvertisset, quot quantaq; Monasteria numeraret nullo tamen nexu mutuo conjuncta, *ideoq; nec iisdem ritibus utentia, legem triginta septem provinciis dixit, ne Ceremoniis dissentirent, sed inter omnia Monasteria conveniret.*

Inductione. *Quas autem ille vocat Provincias, Regna sunt, & diversa Nationes, nimirum Bohemia, Dania, Svecia. Quod si igitur hasce triginta septem Provincias aliorum Ordinum more dividamus, redundabit multitudo, & quemvis rapiet in admirationem. Provincia tendebantur ad Episcopatus, quorum aliqui Cœnobiis frequentes & quasi sparsi erant. Moguntinensem centum & viginti quatuor suo fovisse complexu, præter decem iam tum ab Ordine avulsa author est Trithemius.*

Denique hoc non prætereundum, à Monasteriis passim per Orbem positis, quædam fuisse libera, nullique subdita (Hispani Claustralia appellant) aliqua subjecta Congregationibus, quarum nonnulla ita præpollebant, ut plura Monasteria numerarent, quàm hodie aliquot Ordines simul juncti. Cluniacensis Congregatio bis mille amplius Abbatiarum ac Prioratuum numerabat; quibus innumerum numerum Prioratuum minorum, quos Cellas dixere, haud adjecero. Et sunt qui ferant Congregationem Cistertiensem (seu Divi Bernardi) quatuor millia Monasteriorum virorum, & sex millia sacrarum Virginum possedisse. Quod si igitur hoc pacto subducamus rationes, recensendo numerum hujus Ordinis, Congregationes supra viginti olim habuit, etsi alias minus copiosas; addendo insuper infinita Monasteria libera, nulli Congregationi addicta, quorum numerus priorem illum ingenti mole superat &c dabimus profecto manus tot victi gravissimis argumentis & momentis, Folengium & Genebrardum non Milesiam nobis fabulam cecinisse, sed calculum cœnobiorum ex vero edidisse. (Folengius autem literis prodidit, Ordinem sanctissimum uno tempore triginta septem millia Abbatiarum numerasse; quatuordecim millia Prioratuum: quindecim millia Collegiorum sacrarum Virginum. In eundem ferè censum Genebrardus concedit.) Ipse tamen Yepes *cit. loc. certam ad summam ea redigere non vult, causam alibi prompturus.*

Ordo Benedictinus habuit uno tempore 37000. Ab bat. 14000. Prior. 15000. Parthenon.

§. 3.

De insimulato Aulicismo &c.

Commenta Hayani. SIn verò F. Romanus *amplitudinem* intelligat Collegiorum *formaliter* acceptorum, prout ea denotant personas Collegiorum, quasi ipsæ aut earum superiores, (quemadmodum *famosi & Calumniosi authores speculi Iesuitici. Mantiss. 3. 5. Actionis perduellionis in 2. punct. responsion. ad objecta Catholico-*

atholicorum. memb. 2. pag. 72. & seqq. Alphonsus Vargas *cap. 2. §. 6.* injuriosè explicant) *sæcularitatem & Aulicismum aulicorum sectentur*; *& quo ad potentiã, præeminentiam in aulis principum, in Cathedris, in gubernandis universitatibus & Academiis, Pontificum, Imperatorum, Regum & Magnatum Conscientiis maximi fiant & æstimentur*, grandis Calumnia est. Siquidem Societas nostra sæculares mores & aulicismum valde odit, & ne unquam in Societatem irrepant, studiosè cavit. *Can. 13. Cong. 5. can. 35. Cong. 2.* ut ipse authot *libelli famosi actionis perduellionis* agnoscit, licet perperam & malitiose ex præceptis præcaventibus velit coarguere & inferre, *malum illud in Societatem nostram jam irrepsisse.* Cum aliud sit, præservare à morbo futuro, qui fortè timetur accedere posse, & aliud morbo præsenti mederi; hoc enim morbum supponit, non verò illud, sed cavet & prohibet. Deinde Societas suos in contemptu rerum externarum ac schola humilitatis exercet, ut F. Romanus ex ipsis acatholicis & famosis authoribus, quibus plurimum in hoc suo opere fuit usus, & maximè ex Joannis Leonhardi VVillichii *Iubilæo seu speculo Iesuitico ad Ann. 1569.* discere potuisset, licet hic auctor ibidem ex eo calumniosè inferat, *quasi Magnatum filii in Societate nostra serviliter tractentur, ac plus quam servilis dominatio in personas liberas usurpetur,* uti ex historia B. Stanislai Kostkæ à Radero. *cap. 13. in vita P. Canisij* descripta appareret; nescius, scholam Christi, scholam esse humilitatis, ad quam non nisi per sui ipsius contemptum & abjectionem pervenitur, ut rectè S. P. N. *in libello Exercitiorum in tribus modis humilitatis*, suis omnibus ob oculos posuit.

Sed ut omnem lectori scrupulum eximamus, vel F. Romanus per *aulicismum* intelligit *reverentiam & mores externos aulicos*, vel *fictas aulicorum virtutes*, vel etiam *vitam aulicam.* Si *reverentiam aulicam &c.* novetit ipse nostros religiosa erga alios uti reverentiâ, ut juxta Apostolum, *honore se mutuo præveniant*; attamen simul in religiosa modestia & simplici se exercere obedientia. Hoc enim sibi persuasum habent omnes, plus se *simplici obedientia*, quàm aulica obtinere reverentiâ, docti à simili Gobandi, qui dum particulam pomi à parente Carolo Gallorum Rege sibi oblati ex aulica reverentia accipere renueret, quam fratres ipsius Carolus & Lotharius modesta & simplici obedientia ducti acceptabant, ipse & Galliarum & Lotharingiæ regno indignus à parente judicatus fuit, atque regnum Galliarum Carolo, Lotharingiæ autem Lothario attributum.

Diluuntur Commenta Hayana

Rom. 12. 10.

Beyerling in theatro lit. P.

Sin verò *virtutes* intelligit *fictas aulicorum*, quæro ego ab ipso, quis illi fenestram aperuerit, qua corda nostrum omnium inspexerit ac penetrarit. Non fictis, sed solidis nostræ Societatis religiosi exercentur virtutibus, *part. 3. Constit. Soc. c. 1. §. 10. & part. 10. §. 2.* idq; ex exemplis SS. PP. NN. & Religiosorum Ignatii & Xaverii, Francisci Borgiæ, Aloysij Gonzagæ, Stanislai Koskæ palam est.

Alsted. in Encyclop. lib. 18. System. polit 1. c.17. §. 4.

Sin denique *vitam* accipit *aulicam*, eam veri Societatis nostræ Religiosi summopere fugiunt, illud recogitantes, *Aula paradisus est vulpium, infernus simplicium, purgatorium divitum*, vel quod tradit Schönborn, *lib. 3. polit. cap.* 33. *Aulici comicam faciem præ se ferunt, & tragicam personam agunt*; Item *in Aula est splendida miseria.* Hinc religiosi exemplo Arsenii aulam fugiunt his ipsius moniti verbis, *Exeat ex aula, qui cupit esse pius.*

Si quis tamen intenderet, *Religiosos nullo modo etiam boni spiritualis causa istic in Aula versari debere*, graviter aberraret, ut videre est ex S. Thom. *in opusc. cap.* 19. *apud* P. Forer. *in Grammatico Protheo, cap.* 2. *culpa prima &c.* eò quod S. Josephus apud Pharaonem aliique in aulis sint sanctè versati &c. Sed hæc de aulicâ conversatione sufficiant.

Nunc quod spectat *ad aulica negocia*, ex ipsamet actione *perduellionis, p.76. in fin. & pag. 77. 79. in fin. tum pag.* 80. evincitur, *quod nostræ Societatis Religiosi negociis sæcularibus principum se ingerere non possint*, eò quòd juvenes Societatem ingressi, politicen nunquam audierint, exercuerint, ac postmodũ ferè suã ætatem in juventutis eruditione terant; quippe qui post biennem probationem in variis virtutum & scientiarum exercitiis, septennium in Philosophia & Theologia addiscendis, iisque docendis ac tradendis plurimos annos, imò ferè totum vitæ reliquuum insumant, & etiam cum suis æqualibus quotidie conversentur; præterquam quod pluribus in locis exsistant Collegia, in quibus nullæ aulæ Imperatorum, Regum, Magnatum visantur, nec Consiliarij Principum vel Aulici habitent; cum quibus sæculariter & aulicè vivant, vel etiam in aulis præemineant & negocia aulica tractent. Ut proinde contrarium calumniosè objiciatur.

Religiosi negocia secularia Ethicè non verò politicè considerare possunt.

Quin etiam negocia sæcularia, quatenus subesse possunt legis divinæ & naturalis seu rectæ rationis regulis, ac prout ea suam perfectionem debitam in genere moris requirunt, seu quatenus possunt esse bona & mala in genere moris seu *Ethicè* considerata, cum Religiosis communicari queunt; licet secus sit de iis *politicè* consideratis, seu quà solum & purum finem politicum & politiæ spectant. Ita enim se Religiosi negociis sæcularibus immiscere nec solent nec debent. Vid. & Forer. *in Proth. Gram. c.* 2. Ut proinde hæc nonnisi per calumniam Societatis nostræ Religiosis objiciantur.

§. 4.

De insimulato ambitu Superiorum quoad munus Confessariorum in Magnatibus audiendis obeundum &c.

Commenta Hayana.

QUod ad *Confessarios Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum ac Magnatum* attinet, non id muneris ambiunt Religiosi Societatis, nec superio-

Superiores, licet subinde ad id à Magnatibus adsciscantur, quod ipsis vicio nemo verterit. Cum *forum pœnitentiale* Societati concreditum & cum aliis sacerdotibus curam animarum gerentibus commune, omnes omnino personæ nulla habita earundem quoad nobilitatem vel ignobilitatem distinctione aut differentia coram Deo, ejusque vices gerentibus Sacerdotibus nanciscantur; Ut proinde nobiliores vel ignobiliores personas Sacerdotes nostri ab eo foro excludere vel prohibere nequeant; præterquàm quòd à vero aberret, illud forū quoad Principes & Magnates superiorib. Societatis committi; Nam isti sæpius ne hos quidem accedunt, & alij inferiores quoad Principes Confessariorum munus obeunt, qui tamen propterea in Societate, nullâ gaudent prærogativa vel præeminentiâ. *Can.7. Congr. 6.*

Quin summi Pontifices, Reges Hispaniæ, aliique Principes & Magnates aliorum Ordinum sacerdotibus confitentur, quos tamen propterea quasi Aulicismi Reos nemo inculpaverit, quod hanc spiritualem illis operam impendant.

Quod verò Religiosi isti sacerdotes sive Societatis sive aliorum Ordinum Principibus eorumque Aulicis in honore sint & veneratione, non mirum; tum quia sciunt ipsi ex jure divino *Exod.20. Deut 5.* Patres suos spirituales in honore habendos esse; tum quia Religiosus & maximè sacerdotalis status secū trahit veneratione. *1.Tim.5.* Vid. & Forer. *in Proth. Gram. d c.2.*

Aliam VVilhelmus Hulsius *in libelli sui famosi Auctario* oder Zugab/ *pag.24.* ex Fortunato Galindo *de causis publici erga Iesuitas odii*, Societati nostræ impingit calumniam, *Monopolium quoddam*, inquiens, *gratiæ apud Deum & Principes instituere conantur* (Jesuitæ) *ut omnes ad se convolare, & non modò apud Principes, sed etiam apud Deum ipsis interpretibus uti postulent. Eos verò qui apud Franciscanos, Dominicanos, Augustinianos, aliosq; peccata confitentur, pro viris minus bonis habent. Itaq; videre est in Aulis, ubi Iesuita dominantur, pietatem esse quæstuosam*, atque idem ex Balthasare Nimitschio Jesuita *ad Grynberg. Archiducis Secretarium* probari dicit; *O te*, inquiente, *nullius Consilii hominem, qui Franciscano peccata tua confessus fueris? An nescis in suspicionem magni alicujus sceleris venire, qui id generis Confessariis utatur? Quid ni confessurus peccata ad me aut ad quemvis de Societate nostra veniebas, in qua Sacerdotes verè pios & doctos invenires non nescis?* *Calumniosum figmentum Hulsii.*

Verum hæc omnia, quæ VVilhelmus Hulsius hic enarrat, cum sint quæstiones facti & quidem quæ graviter Societatis nostræ honorem sugillent; ideo nequaquam præsumentur, & nisi probentur, gravissimæ censebuntur injuriæ & calumniæ, quales etiam revera sunt. *Refellitur.*

Neque ex adversum allegata ex *Balthasaris Nimitschii* scriptis unquam probabuntur; tum quia ipse Pater ad Grynberg Archiducis Secretarium, nec probatus est, nec visus à Calumniatore Galindo vel Giraldo vel rudi Hulsio scribere; tum quia ejus assertæ literæ vel scripta in forma probanti nec

 producta

producta sunt nec recognita, uti tamen de jure oportebat, prout videre est apud Höping *de jure sigillor. à cap. 10. usque ad cap. 15.* adeoque illa scripta ex mendaci calumniatoris adversarii pharetra profluxisse censenda sunt, quibus nulla veniat fides adhibenda. Ut proinde Forerus noster & in *Antanatomia Anatomiæ sect. 3.* rectè negarit, in Societate nostra ullum monopolium gratiæ spiritualis erectum esse, *& in protheo Grammatico cap. 4. pro Senatu Veneto Apolog. pag. 135. §. Falsum etiam est* bene inficiatus fuerit, P. Balthasarem talia verba protulisse, qualia hic ipsi cum Giraldo Hulsius affingit. Sanè Societas nostra reliquis Ordinibus congaudet, si magnos fructus in Ecclesia & Vinea Dei colligat. Non est Societatis nostræ invidere, sed annuere sociis, Religiosis Ordinibus, ut se in captura hominum adjuvent. Cum hic major solius Dei gloria spectetur; prout Forerus noster. *d. sect. 3.* pluribus commonstrat.

§. 5.

De insimulata Collegiorum Societatis Iesu opulentia.

Commentum Hayanum. CAlumniam eam de *Collegiorum* Societatis Jesu opulentia vel opibus, videtur F. Romanus cum authore à se allegato, vel ex famoso libello, *cui Titulus est*, wolmeinter warhaffter *Discurs*, warumb vñ wie die Römisch Catholischen von Spaniern vnd Jesuiten absondern sollen/vel ex Colloquio Ludovici *ICti Brandeburgici* cum P. Adamo Comzen habito, vel ex Joannis Leonhardi VVillichii Acatholico Jubilæo sive speculo Jesuitico *Mantiss. 13. de Iesuitarũ opibus*, vel ex Protheo Gramatico P. Foreri Adversario hausisse, quibus tamen authoribus tanquam hostibus & inimicis Societatis Jesu & aliàs

Diluitur. damnatis nulla est omnino fides adhibenda, *per text. in c. item cum quis. de rest. spol. & not.* Bosc. Codech. *in cap. quod vult Deo. num. 25. & seqq. de judic.* Francisc. Nicon. *in c. quoniam contra p. 1. n. 489. de probat.*

Accedit, quod quando quis allegat, alicui facultates amplas atq; superfluas esse opes, teneatur probare. Fabian. de Pepis *in Auth. præterea. C. Unde vir & ux. n. 75. & ibi.* Dec. *n. 15.* Idem *in l. actor. n. 12. C. de probat.* Angel. *in l. si verò §. qui pro rei. n. 4. ff. qui satisdar.* Cum divitias & opes allegans, in iis ponat fundamentum suæ intentionis. *l. ei qui. ff. de probat.* glo *in d. l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisdar. cog. & ibi* Angel. *n. 4.* & alioqui divitiæ vel paupertas, quę hic necessaria (non verò voluntaria in renunciatione bonorũ, & usu facti dependente à superiore consistens) intelligitur, tanquam accidentia extrinseca, quæ homini adesse vel abesse possint, non præsumantur. Pacian. *lib. 1. de probat. c. 36. n. 33. & c. 54 n. 9. 10. 16. 17.* Fabian. de Pepis. *d. loc.* Fac. not. Barr. *in d. §. qui pro rei qualitate, & in l. hoc jure ff. de V. O. l. cum quidam. ff. de leg. 3.*

Unde cum F. Romanus cum suis authoribus damnatis non probet, universim in Societate dari opes superfluas &c. etiam eæ non præsumentur.

Quin

Quinimo quod huiusmodi facultates amplæ & opes superfluæ ac divitiæ in Collegiis Societatis Iesu non præsumi possint, inde ostenditur; quod in collegiis quotidiè ratione victus sint faciendæ impensæ, quæ in pluribus collegiis sæpissimè non sufficiunt, ut est plusquam manifestum, illudque in congregatione penultima generali Patres Societatis Jesu agnoverunt. Quare etiam plura collegia, in quibus vix duæ vel tres personæ ali poterant, extinguenda esse censuerunt. Ut proinde istic superfluæ opes ac divitiæ minimè præsumi possint, per not. Pacian. *lib. 1. de prob. c. 36. n. 34.*

Accedit, quòd secundum Salicet. *in d. Auth. præterea. n. 4. C. unde vir. & ux.* locuples dicatur quandoque *respectivè*, puta respectu debiti solvendi; quo casu locuples censetur, quando quis est solvendo; pauper vero, quando non est solvendo. *Vt in Auth. de fideiuss. §. sed neque.* quandoque dicatur *simpliciter & absolutè*, quod quoad quantitatem opum relinquitur in jure indeterminatum, atque judicis arbitrio determinandum, *ut supra C. de Episcopal. aud l. tam de mentis. &c.* Ita ferè Salicet. atque ex eo Fabian. de Pepis. *in d. Auth. præterea. n. 72, 73, 74. ibique.* Dec. *nu. 15.* Bart. *nu. 3.* Coras. *in l. si constante. nu. 5. ff. sol. matrim. per l. 1. ff. de iure delib. c. de causis in fin. de off. dele.* Canon, *in c. Odoardus. de solut.* Pacian, *lib. 1. de probat. c. 54. nu. 44.* Rot. Rom. *decis. 200. n. 4. in recentiss. part. 1.* Pauper 1. Respectivè.

Alias generali aliqua descriptione pauper *absolutè* ita definiri potest, quod intelligatur non solum is, qui necessaria non habet ad vitæ sustentationem, sed qui ea non habet, quæ qualitas & conditio sui status exigit. Cephal. *cons. 564. n. 10. lib. 4. ubi citat.* Bald. *in l. si quis ad declinandam. col. 2. vers. circa tertium. C. de Episc. & Cler. & alios cit. apud* Natt. *cons. 590. n. 14.* Egere enim dicitur, qui secundum conditionem & dignitatem personæ vivere nō potest. Cephal. *d. loc.* & Natt. *d. loc.* Vid. Coras. *in d. l. si constante nu. 5.* Dec. *in Auth. præterea. n. 15.* Pacian. *d. lib. 1. c. 45. n. 45. & seqq.* Rot. Rom. *decis. 201. n. 3. part. 3. in recentiss.* Cornel. Benincas. *in tract. de privil. paupert. q. 1. num. 34, 39.* Archid, *in c. quo iure. dist. 8.* Paul. Castrens. *in l. id quod pauperibus. C. de Episc. & Cler.* Unde *à contrario* dives & opulentus *absolutè* censebitur & definietur, qui omnia ad vitæ, conditionis ac status sustentationem necessaria vel etiam superflua habet. per not. Coras. *in l. 2. §. fuit & eodem tempore. in verb. Licinius Crassus. ff. de Orig. iur.* Rot. Rom. *decis. 200, num. 1, part. 1. in recentiss.* 2. Absolutè.

Quid & quantum autem requiratur, ad vitam cujusque rectè decenterque pro conditione & statu in hoc vel illo loco transigendam, judex aut prudens vir ex qualitate & conditione cuiusque personæ & loci id æstimabit. Cum plus Nobili quam Rustico habitâ ratione loci pro decenti vitę sustentatione sit attribuendum. Pacian. *d. loc.* Dec. & Fabian. de Pepis. *in d. Auth. præterea. n. 72,* Rot. Rom. *d. decis. 200. n. 4.*

X 3 His

His suppositis facilè est colligere, quod collegia Societatis Iesu minimè opibus aut divitiis floreant, sed paupertate laborent, ut etiam P. Adamus Contzen. *in d. suo tract. de Secretis Societatis Iesu* ostendit, *sub titul. An Societas selectur opes.* Vid. & P. Forer. *in Protheo Gramm. c. 2.*

Obiect. ex amplis legatis solvitur ex sumptuum faciendorum insufficientia.

Neque *obstat*, quod subinde ampla fiant collegiis legata. Nam Resp. si ex iis Collegium aliquod sit fundandum, quantum requiretur nummorum ad comparandum fundum, in quo domus Collegii ædificetur, quot in eam domum, templum, scholas extruendas impensæ faciendæ, vel etiam sarta tecta conservanda, &c. quibus subductis, quantum quæso pro dote Collegii ac personarum ibidem alendarum supererit? Sæpius vix quadraginta Thaleri simplices in victum annuum unius personæ impendendi reliqui erunt, uti ex rationibus Collegiorum patebit, atq; ex parte etiam P. Forerus, *in d. Protheo Grammatico. c. 2. insinuat.*

Vnde jam sumptus in vestes, libros, supellectilem, medicinam, viatica, conservationem templi, Collegij, Scholarum, aliaq; necessaria desumentur? Taceo militares exactiones, concussiones &c.

Ad quæ omnia & singula onera & sumptus quotidiè ferè faciendos, cum legata ac reditus Collegiorum non sufficiant, sed ijs exhauriantur vel absorbeantur, certè non poterunt Collegia Societatis Iesu dici opibus & bonis abundare, per not. Pacian. *d. lib. 1. de prob. cap. 36. num 34.* In quorum sublevandorum partem si quis Societatem ingressus sua donet bona, vel eorum portiunculam, non est, quod alius carpat, ac Societatem de opibus vel divitiis superfluis calumniosè contra veritatem traducat. *Dixi*, donet, &c. quia nisi ingressus ipse donet, aut alio actu dispositionis bona sua in Societatem transferat, Societas nihil juris in eius bona acquiret. Nam licet in aliis Ordinibus bonorum capacibus Monasteria jus in Religiosorum suorum bona ac hæreditates acquirant, *auth. ingressi. C. de SS. Eccles.* attamen prout supra deduxi, Societas nostra ratione alicuius particularis personæ ingressæ nullum jus in hæreditatem ejusve bona habere vel prætendere, sed ille ipse ingrediens liberè pauperibus extraneis dare vel relinquere, interque eos distribuere potest. *part 6. Constit. c. 2. §. 12. approbata* à Gregorio Papa XIII. *in Constit. Quanto fructuosius. dat. Ann.* 1582. *& congregat. III. Generali Soc. Iesu. can.* 4. quemadmodum id ego factum pluribus exemplis demonstrare possem.

Unde magna inter Societatem nostram & alios Ordines exurgit differentia, ad quam Theologi externi & ICti sæpissimè non adverterunt, & novi ego aliquos, qui ea in re graviter & quidem in judicialibus actibus aberraverunt, quando à quibusdam instituti nostri ignatis privatas admiserunt informationes.

Adhæc quando Societati subinde ab aliquo ingresso bona dantur, non

non ea tanto numero Societati adjunguntur, quanto alijs aliorum Ordinum Sancti Benedicti, Sancti Bernardi, &c. Monasteriis illa accrescunt. Siquidem in alijs Ordinibus omnia bona Religiosi, de quibus ante non disposuit, per ejusdem professionem transierunt in Monasterium. *d. Auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Novell. 5. cap. 5. & Novell. 123. cap. 37.* S. Gregor. *Epist. lib. 7. Epist. 7.* relatus *in c quia ingredientibus, 19. q. 3* Et nihilo tamen magis quis propterea Monasteria illa tanquam de excessu opulentiarum traducet?

Vel certè illi respondebit Laurentius Landmeter *Ord. Præmonstrat. in tract. de Vetere Clerico-Monacho part. 2. lib. 2. c. 5. p. 366.* ubi sic obiicientibus [*Atqui Monasteria opulenta sunt, cur ergo ingressurus in illa facultates suas inferat?*] Respondet, *exprimit*, inquiens, *huiusmodi obiectiunculas oculus lividus, qui cæcus invidia, non vult advertere, proportione opulentia onera Monasteriis accrescere.* Ubi enim multæ sunt opes, multi sunt, qui comedunt eas, *ac iuxta vulgarem parœmiam tam* necessarius est aquilæ suus nidus, quantumvis amplissimus, quam philomelæ suus exiguus. *Præterea non considerant, pro ratione facultatum augeri numerum Deo servientium. Denique ornatius administrari cultum divinum, largiores eleemosynas fieri, novas Colonias Religiosorum excitari, nova Collegia Religiosis aut alterius aut eiusdem Ordinis ædificari. Fecerunt hoc in Belgio Vedastini, Berthinenses, Aquicinctini, Marchianenses & alii alibi. Quis Catholicus non iudicet, melius me in huiusmodi opera facultates meas collocare, quàm si propinquis divitibus relinquam, ut nimirum frater in sæculo lautius vivat, ut soror uni lino decies sestertium inferat, ac uno ac muliebri corpusculo baiulet substantiam à me relictarum facultatum. O* quantus fructus æternitatis est, talibus bona propria erogare mendicis! Digna videlicet causa & iusta, ut animæ tuæ auferas, quod egenis talibus derelinquas. *Responsio Lād meters Ord. Præm.* *Eccl. 5.*

Hęc ille *de suis & aliorum Ordinum Monasteriis*, quibus de sufficientia victus &c. provisum fuerat, laudabiliter & bene scripsit, ac Societati nostræ, cuius Collegijs pluribus in locis non adeo bene prospectum est, vitio dabitur, si ipsi ad promovendum Societatis nostræ scopum, videlicet *procurationem salutis propriæ & proximi* quippiam sibi oblatum aut donatum acceptet? Cum nullum à studiosa juventute minerval vel exigat vel admittat, sed gratis juxta Constitutiones *S. P. N.* operam omnem juventutis instructioni impendat; ex qua tamen Lanfrancus suum Monasterium pauper aluit & sustentavit, prout supra vidimus. Cum etiam nihil ob conciones & confessiones admittat, quo compensetur opera, solis eleemosynis, si quæ voluntariè offerantur, contenta.

Certè unus sæpe civis privatus aut mercator plus facultatū habet, vel etiam plus redituum singulis annis percipit, quā integrum aliquod collegiū habeat

habeat, vel integro etiam anno ex omnibus suis reditibus capiat. Quot numerantur cives privati, qui in facultatibus & bonis immobilibus plus quam 3000. florenos Brabanticos habeant ac possideant: At teste Christineo. *decis.*304.*nu.*28.29.*vol.*1. plurima dantur Collegia Societatis Iesu, quæ in facultatibus & bonis immobilibus nonnisi 3000. florenos Brabanticos, vel si Universitatem Studiorum quoque complectantur, nonnisi 5000. floren. Brabanticos habeant ac possideant, ut non immeritò quis istorum Collegiorum paupertatem admiretur. Quot numerantur mercatores, quorum singuli quotannis ex suis obventionibus plusquam 2000. Imperiales sive 3000. florenos Rhenenses percipiant? At quam multa dantur Collegia, quibus annuè tantũ non penditur. Joannes Leonhardus Willichius in suo pseudo speculo Jesuitico ad ann. 1611. asserit Aquisgranensi Collegio 800. annuè obvenire Imp. Eminentissimus D. Aloysius S.R.E. Cardinalis Caraffa *in Germania Restaurata, pag.(mihi)* 194 tradit, quod ab Eminentissimo D. Petro S.R.E. Cardinali Pazmany præter ibidem enumerata Collegia, etiam Passoviense Societati fundatum sit, *depositis Viennæ quinquaginta millibus florenis ad censum perpetuum, è quibus singulis annis tria millia Collegio tribuuntur, &c.*

F. Romani assertum absurditatis redarguitur.

Quin etiam tradit Sanctius Galindinus in arcanis suis, *cap.*8.*nu.* 60.*p.* 39. quod Jesuitæ ingenti ære alieno sint obruti. Et nihilominus F. Romanus cum suo authore & eodem Galindino. *d.c.*8.*nu.*69. Jesuitas tantis abundare opibus asseverare audet, ut ex *superfluis Collegiorum reditibus integri possint fundari Episcopatus, captivi redimi, terra sancta recuperari &c.* Quæ non cohærent. Cum *redituum* nomine non veniat, nisi illud, quod superest, deductis oneribus, expensis. *l. fundi Trebatiani. ff. de usufr. legat. l. defuncta.* §.1. *eod.* Salicet. *in l. in hæredibus. C. famil. hercisc. n.*2. Ut vel hinc quivis videat, quàm malâ fide F. Romanus, atque cum eo Apostata Barnabas. *supr. cit. pag.* 32. *suæ concionis*, contrarium allegent, nec non à veritate & sinceritate abeat, totique orbi non tantum verbo, sed & scripto imponant.

In Societate nostra non facilè aliq; Collegium dabitur aut invenietur dives, & opulentum; at in Ordine S. Benedicti Monasteria dari opulenta testis est Antonius Yepes, *qui in Chronico suo Generali ad annũ* 545. ita loquitur. *Quam densos ergo cœtus OPVLENTA Hispaniæ Monasteria insedisse putas, veluti* Sahagunense S. *Æmiliani*? Onnense? Cellanovense? Alcobacense *nongentos nonaginta novem aluisse, literarum monumenta testãtur.* Vienna Galliæ *cum vicinia, sexaginta Monasteria habuit, auctore Surio: è quibus aliqua quingentos aut sexcentos Monachos numerasse, idem docet*; Claravallis *vastissimo suo sinu septingentos fovit, duce D. Bernardo, eosque non per Prioratus ac prædia dispersos, sed junctos, & in Decanias secundùm S. Regulam digestos. Monasterium* Dunense *in Belgio trecentos sexaginta Monachos & Donatos vidit simul, Meyero affirmante*; Pobletense *in Catalonia, Congregationis Ci-*

Brito li.3.c.22

Surius in vit. S. Clari. 1. Ian

Meyerus, An. 1392.

nis Cistertiensis, quingentos complectebatur. Monasterium Luxoviense, *vivente S. Columbano, trecentis amplius Monachis habitabatur: sed numerum S. Eustasius, ejus discipulus, ad sexcentos extendit. Monasterium* Gemeticense *in Nordmannia numerum ad nongentos produxit, præter mille quingentos famulos, qui ita servitii saxum volvebant, ut simul vitam religiosam agitarent. Neq; virorum tantum, sed etiam sacrarum Virginum multitudinem ingentem nobis objiciunt historia. Monasterium* S. Salabergæ *Leonesitum, trecentis Monialibus:* S. Aureæ *Parisiu totidem stipatum erat. Rudolphus apud Surium in Monasterio* Wimbrunensi *quingentas Virgines notavit. At ne videamus testes nimis longe petere, historici Hispania in promptu sunt, qui ferunt,* S. Florentiam *SS. Leandri & Isidori sororem, mille præfuisse Monialibus, Cœnobiis quadraginta commissis* Hactenus ipse.

Ionas in Columbano & Eustasii.

Luxoviensi in Burgundia.

S. Antonin. tit. 13. c. 6 § 10

Sur. 27. Sept.

Ex quibus colligere est, quod cum illa Monasteria tantam personarum multitudinem aluerint, fuerint ac sint ditissima.

Inter ditiora Ordinis S. Benedicti Monasteria recenset Barnabas Apostata *in sua prætensa concione revocatoria VVittenbergæ 11. & 16. Ianuarii Ann. 1652. habita sub impio altari suo quarto. pag. 77. 78.* Neoburgense in Austria Inferiore ad Danubium, Melicense Ordinis S. Benedicti, Chörwein &c.

Quod verò idem Apostata Barrabas *in d. sua concione, pag. 32.* tradit, *Societatem nostram ex sudore sanguineo miserorum & pauperum operariorum sibi divitias & regias gazas colligere*; quis non videt calumniosum esse. Quomodo enim ex mercede tenuium operarum quis sibi regias opes comparabit? Cum ipsimet vix tantum lucrentur, quo suam mediocriter sustentent vitam. Sed perversus homo perverse loquitur. Similiter calumniosum est, quod idem Barnabas se ipsum segregans ibidem asserit, *Monachis à nostra Societate alimenta spiritualia & corporalia interverti*, prout *ex tractatu nostro 2.* videre est, illud falso Societati imponi. Cum de Monasteriis agamus conventu destitutis, in quibus nulli dantur Monachi. An *non Enti tribuentur qualitates & effectus?* Absurdum illud foret.

§. 6.

De insimulata Concupiscentia.

QUod ad insimulatam spectat concupiscentiam, eam abundè *in tract. 2. resol. q. 6. c. 2.* refutavimus, ostendimusque eam perperam & calumniosè Societati; rectè autem F. Romano imputari. Et quia Societatem nostram hæretici de eadem insimulant, ideo prius iis, postea F. Romano satisfaciemus.

Hæreticis autem cum S. Augustino *relato in c. quod autem. 23. q. 7.* respondemus; *Quod autem*, inquiente, *nobis objiciunt, quod res eorum concupiscamus*

piscamus & auferamus, utinam Catholici fiant, & non solum quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace nobiscum & charitate possideant. Usque adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, ut non attendant, quàm inter se sint contraria, quæ loquuntur. Ipsi certè dicunt & invidiosissimè conqueri videntur, quod eos in nostram communionem violento legum imperio coarctamus. Hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum possidere vellemus. Quis avarus quærit compossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem? Ipsos certè attendant quondam suos, jam nostros socios, & fraterna nobis dilectione conjunctos, quemadmodum ea teneant, non solum quæ habebant, sed etiam nostra, quæ non habebant. Quæ tamen si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt & illorum. Si autem privatim, quæ nobis sufficiant, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, nō proprietatem nobis usurpatione damnabili vindicamus. Quicquid ergo nomine Ecclesiarum parti Donati possidebatur, Christiani Imperatores legibus religiosis cum ipsis Ecclesiis ad Catholicam transire jusserunt. Cum ergo nobiscum sint plebes earundem Ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui de ejusdem possessionibus alebantur, ipsi potius foris positi desinant concupiscere aliena, sed intrent in unitatis Societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, quæ dicunt sua, verùm etiam, quæ dicuntur & nostra. Scriptum est enim; Omnia vestra, vos autem Christi; Christus autem Dei. *1. Cor. 3.*

Idem in præcedente. *cap. si de rebus. 23. q. 7.* contra hæreticos injustitiæ nos eadem de causa incusantes nobiscum sic loquitur; *Si de rebus vel locis Ecclesiasticis, quæ tenebatis, & non tenetis, queremini, possunt & Judæi se justos dicere, & iniquitatem nobis objicere; quia locum, in quo impiè regnaverunt, modò Christiani possident. Quid ergo indignum, si ea, quæ tenebant hæretici, secundùm parem Domini voluntatem Catholici tenent. Ad omnes enim similes, id est, ad omnes impios & iniquos illa vox Domini valet (Matth. 21.)* Auferetur à

Proverb. 13. 22. Esa. 61. 6. Sap. 10. 20. vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti justitiam. *An frustra scriptum est*, labores impiorum justi edent. *Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc tenetis aliquid, quàm quod aliquid amisistis.* Hæc S. Augustinus.

Calumniosa figmenta Dorschei. Quibus refellendis cum par non esset hæreticus Prædicans Argentinensis Joannes Georgius Dorscheus, aliam *in Indice iniquitatis &c. port. 2. §. 16. pag.* 38. commentus est rerum concupiscentiam & ditescendi cupiditatem, quâ mendacissimus ille fabularum commentator integerrimam Societatis nostræ famam denigrare conatur; *Neque iis*, inquiens, *abundamus opibus, quibus bibliothecis nostris etiam necessaria subsidia* (quia hæc in liberos sustentandos impenduntur) *comparare queamus, quas notum est abundantissimas esse apud Iesuitas homines ditescendi cupidissimos* (ita Prædicans cor eorum inspexit Deique partes sibi perperam vendicat) *& scientissimos, iniquissimos* (ita planè temere judicat hic homo prædicans) *ditissimos &c.* (quia cum Juda singulorum crumenas & loculos examinavit, ut sciret, quid

quan-

quamtumve in cujusque loculis esset) *uti Sorbonistæ per Petrum Aurelium contra spongiam Iesuitarum* pag 308. *eos depingunt* (si credere homini mendaci fas est, & non regibus potius Galliarum, qui Societatem nostram contra quosdam malè affectos defenderunt) *Hinc est*, uti loc. cit. p. 311. porro fabulatur, *ut Iesuita omnes quæstuum norint Vias, & una eorum domus professa Lutetiæ privatarum largitionum tantum ad se contrahere dicatur, quantum cæteræ omnes Regularium domus, quæ in ea urbe frequentissimæ sunt, non colligant, ut Religiosos etiam instituti severioris testificantes audivimus. Declarant id,* (cætera omittendo) *splendidissima passim ædificia, variis surgentia regionibus, quibus nihil simile in cæteris Ordinibus sumptu, magnificentiaq; cernitur &c. Accedunt*, quod idem Aurelius *p.* 313. contra spongiam notat, *temporalia Iesuitarum mercimonia plurimis in locis instituta, unde naves in oras Indicas & variorum marium regiones destinarunt.* Tacet ipse Prædicans, nunc alios *è Gallia & Germania de Iesuitarum ἀισχροκερδίᾳ quiritantes.* Hæc ille. *Rivet. contra Balzarium, cap.* 4.

Resp. Verum quàm longè Prædicans extra controversiæ de votis Monasticis ibidem susceptæ, ac veritatis cancellos excurrer, nemo est, qui non videat. Ita libertimè instar vituli non ligati saliendo atque evagando contra protestationem suam agit & scribit. Est enim unus ex iis, qui contraria factis simulant; Insimulat alios de evagatione innocentes, ipse quam maximè nocens. Quis unquam huic λογοδαιδάλῳ & fumorum venditori credet! Hoc ipso, quod verbosus sit, præsumitur causæ colorem quærere, unde de mendacio suspectus est, juxta Nicol. Everard. *in repet. c. quoniam contra. tract.* 1. *de testib. part.* 6. *principal. c.* 4. *num.* 28. *arg. l. fin. C. de precib. Imper offer.* glo. *in l. solam. C. de test.* Quin & sacris literis attestantibus, *in multiloquio non deest peccatum.* Proverb. 10. 19. *Diluuntur & coarguuntur falsitatis.*

Accedit, quod nec ipse Prædicans, neque ejus assertus author Petrus Aurelianensis verisimilia deponant, adeoque fidem non mereantur. Nicol. Everard. *d. c.* 4. *num.* 124. Bald. *in l. testium. col. pen. C. de testib.* Nam quod à *verisimili est alienum, imaginem habet falsitatis*, ut deciditur per eundem Bald. *in l.* 1. *in* 3. *col. C. de serv. fugit. & cit. apud* Curt. *in tract. de Testib. concluf.* 32. Menoch. 5. *præsumpt.* 20. *n.* 10. 14. Inverisimile autem est, & incredibile, quod *qui Deo militãt, implicent se negociis sæcularibus*, contra illud 2. *Tim.* 2. 4. ut qui per studia nobilissimas animi sui potentias intellectum in divinarum rerum contemplationibus, ac voluntatem in amore divino & proximi occupant, illi ad turpem rerum terrenarum quæstum & bona fortunæ peregre conquirendæ, adeoque ad sæcularia negocia animum dejiciant. Jesuitæ autem notoriè Deo per meditationes spirituales militant, ac saluti proximi juxta vota Religionis suæ vacant, dum in templis populum, atque in scholis juventutem instruunt, ut notorietate facti est evidens. Igitur &c. *Deinde* quomodo ipsi commorantes in templis ac scholis ad Indos aliosque populos peregrinos mari sulcato velut turpis mercimoniorum lucri avidi

commigrate dici possunt? nisi fortè potentiâ divinâ reproducti pluribus in locis simul præsentes constituantur, ut uno in loco docere, altero in loco cum phantasticis Japonum Bonziis per metempsychosin negociari, ac merces transvecto mari tractare asserantur. Sed hæc sibi Prædicans somnia reservet, aut aliis venum exponat.

Figmentum de eleemosynis Palmarium quoque & illud Prædicantis est figmentum, quod *domus nostra Professa Lutetiæ Parisiorum, quotidianis victitans eleemosynis, plus largitionum capiat, quam cæteræ domus Religiosæ, &c. etiam severioris instituti.* An forte illi.

Vicinumque pecus grandius uber habet.

Refutatur ex S. Bonav. An oculus ipsius nequam, quia alii sunt boni? Huic calumniæ ante quadringentos annos S. Bonaventura, *q. 8. super Reg. S. Francisci* respondit, *quod inimici seu adversarii quærunt contra eum, quem oderunt, causas malignandi, ut non ex invidia, sed ex justitia eum persequi videantur. Plura autem nunc, quam olim colligunt; quia plures nunc prioribus accessere personæ, quæ indigent. Dominus noster Iesus infans, ubi nascebatur, exiguo diversorio & præsepio contentus fuit; at congregatâ discipulorũ multitudine convivium paschale celebraturus, cœnaculum grande stratum sibi curavit.* *Et Ratione.* Altera causa est, quod inter plures Collegas plures etiam dentur infirmi, senes ac debiles, quibus etiam de necessariis ex charitate fraterna quotidiè providendum est; tum domus nostræ professæ strictiorem, quam alij Ordines vovent ac servant paupertatem, ideo & illis pro usu quotidiano & necessario plura mendicatò sunt corroganda, quàm in nonnullis Ordinibus strictis conquirantur. *Qui enim nihil per se habent, necesse est, ut omnia necessaria honestè secundùm statum suum conquirant.* Vid. Bonav. *d. loc.*

Quid ædificia nostra ipsi sunt trabes in oculo? Nonne in Hispania Escuriale, in Italia, Germania complura Religiosorum cænobia, nostris ædificiis sumptu, magnificentiaq; excellunt, ut eapropter multi acatholici Germaniæ &c. Principes aliique ipsa insideant, sed eâ cum benedictione, quæ bonorum Ecclesiasticorum occupatores manere solet. Vid. *hîc sup.* §. 2.

Figmentum de mercatu. Refellitur. Sed cætera Prædicantis insomnia *de mercatu nostrorum* persequamur; quæro ego à Prædicante, quomodo nostri in scholis & templis hic occupati ab omnibus quotidiè visantur, atque alibi & quidem transmisso mari in remotissimis locis mercaturam ipsimet facere dicantur!

Ratione. Quinam quæso illi sunt? Vnde & quando illi soluerunt? Quas regiones mercimoniorum causa adière? Designas quidem *cum tuo authore* oras Indicas, sed ab hominum consortione remotissimas, sed, quis inde tibi Tabellarius aut nuncius advenit, qui id certo tibi affirmarit, ejusq; documentum exhibuerit. Nec enim cuivis fabulæ credendum. An nescis illud Hispanicum, *longas vias, longas mẽtiras.* Docebit te nescium Scioppius; Si mendacii te convictum non vis agnoscere, cedò dic auctorem, qui, ubi, quando, qui-

bus:

bus cum navibus, quem aut quos ex Societate viderit Otas Indicas mercimoniorum causa legere: vel si non noveris, uti verè non nosti; scias re cum Judæis confundendum, quos Christus ista ratione redarguebat, *opponens, quod quotidie cum ipsis in templo &c.* fuisset, *Matth.* 26. 11. *Marc.* 14. 49. *Luc.* 22. 53. Insuper hic prædicās, ne vacuus & sine aliqua symbola comparere videatur, aliquid de suo addit, quod ex Gallia & Germania audierit de Jesuitarum ἀιχροκερδία quiritantes. At quinam illi? quod eorum nomen? cujus authoritatis? cur non edicis? ne forsitan mox de mendacio coarguaris. Certè hoc ipso mendacio totum tuum testimonium facis suspectum per not. Everard. *cit. loc. num.* 26. *c. pura.* 3. *q.* 9. Tam parum nostri mercibus temporalibus tractandis occupantur, quàm Græci utuntur ablativo, quem illis hic novus Grammaticus affingit. Omnino vitæ spirituali (quam Societatis nostræ Religiosi sectantur) imò ipsi juri divino, ac Societatis nostræ constitutionibus repugnat mercium temporalium tractandarum ratio. 2. *Tim.* 2. 4. *part.* 6. *Constit. Societ. c.* 3. §. 7. *&c.* à Christo decisa.

Quod autem juri repugnat, inverisimile est atque improbabile, Menoch. *Cons.* 1 *n.* 418. *& Cons.* 380. *nu.* 7. Idem *de Arbitrar. Cas.* 85. *n.* 5. Bald. *Cons.* 180. Mantic. *lib.* 5. *Conject. ult. vol.* Oldrad. *Cons.* 13. Vasc. *decis.* 170. *n.* 8. *& seq.* Vid. Barbos. *axiom. verisimile* 223, adeoque speciem habet falsitatis. Barbos. *d. loc.*

Nihilominus si *mercatura* intelligatur *allegoricè* ea, quæ est spiritualis, qua quis sibi variis virtutum actionibus meliorem comparare vitam, ac proximos quæstu spirituali antecedere studeat, eam facilè concessero, utpote nec à Societatis nostræ, nec à religiosorum clericorum instituto alienam, de qua S. Basilius *in serm. Ascetico, de abdicatione sæculi* agens ita loquitur; *operam sedulò da, ut in ea mercatura, quam in luculento vitæ genere præclarisque muneribus communiter una cum cæteris facis, seorsim tu quæstus accessiunculam aliquam habeas, quo repositas postea tibi in die necessitatis divitias invenias &c.* quæ ibidem pluribus prosequitur; Et mox subjicit exponendo, *qualis religiosi debeat esse negotiatio*; *Tu verò*, inquiens, *qui cœlestis vivendi ritus cupiditate flagras, atque Angelicæ es vitæ studiosus negociator, &c.* Quis itidem quæstus faciendus, idem *in Epistola ad Chilonem* explicat, *orationem*, inquiens, *& psalmodiam in locum habe non mediocris quæstus &c.* Hæc negociatio, hic quæstus à viris religiosis vitam tam contemplativam quàm mixtam agentibus ac zelum animarum sitientibus, nihilque aliud temporarium aut sæculare intenditur.

Aliam calumniam hic nectit VVilhelmus Hulsius *in libelli sui famosi specimine tertio artis Pelasgæ, pag.* 18. ex nomine proprio S. Patris N. Ignatii; nescius quod ex *allusione nominis* maximè *proprii* (quæ ab *Etymologia* distinguitur), nihil inferatur, nihil concludatur. Prout ipse à Claudio Cantiun- *Aliud figmentum Hulsii.*

cula *in topic. legal. loc. ab Etymologia* discere potuisset, nisi cum improbis suis hæreticis malignari satageret.

Deinde Calumnia est, quod S. Ignatius ejusque socii opes vel honores unquam affectarint. S.P.N. Ignatius opibus suis spretis mundo valedixit, preciosasque suas vestes cum pauperculi lacinia; arces, dominia cum voluntario patriæ quasi exilio; opiparas mensas cum victu ostiatim emendicato commutavit? Et quomodo Societas Jesu de opum concupiscentia insimulari poterit; cum ejus præcipua membra, ex quibus Societatis æstimatio est facienda, sint professi, professæque domus, quæ nullos reditus certos ac stabiles, eosque ne quidem pro sactario Ecclesiæ admittere possint, nec unquam admittant; sed solis eleemosynis mendicatò quæsitis victitent. Unde etiam Societatis nostræ Ordo *Mendicans* à Sede Apostolica est declaratus. Videatur Hieron. Gabriel. *lib.* 1. *Conf.* 28 *per tot.* Annon prætereà S. Pater N. Ignatius suos professos peculiari voto astringi voluit, *part.* 6. *Constit. Soc. cap.* 2. §. 1. prout etiam ipsi Professi sese astringunt, quod paupertatem in Societate haudquaquam relaxare, sed potius restringere velint. Annon & ipse S. Pater Ignatius à se suisque professis peculiari similiter voto omnem honoris ambitum avertit. *part.* 10. *Constit Soc.* §. 6. quemadmodum etiam F. Romanus *allegat.* 465. *num.* 2. fateri debet; Ut mirum sit, quanam audacia, quâve impudentiâ Prædicans Hulsius adducatur, ut contra meridianum veritatis solem tam splendidè orbi imponat, Societatique impingat nunquam comprobanda.

Figmenta Apostatæ Barnabæ. Apostata Barrabas seipsum segregans, varios *in sua concione revocatoria* confingit modos, quibus Societatem nostram de concupiscentia insimulat *& quidem* 1. *ex Confessionis Sacræ auditione* 2. *ex asserta testamentorum confectione, quasi nostri vel pœnitentibus lucrum aliquod tribuendum injungant, vel sibi in testamentis emolumentum aliquod ascribant.*

Refelluntur. Uterque verò modus calumniosus est & Societati injurius, nunquam ab ipso comprobandus, quemadmodum asserens comprobare tenebatur, *l.* 2. *ff. de probat.* Et quidem modus *prior* refutatur ex suprad. voti paupertatis perfectione in Societate observanda, qua prohibentur nostri quicquam in cõpensationem alicujus ministerii divini aut sacri admittere, nedum sibi appetere, sed obligantur gratis sua impendere ministeria; Retributionem à Deo expectantes. *Posterior* modus etiam refellitur ex eo, quòd S. Pater N. *Constitut. part.* 6. *cap.* 3. §. 7. ordinavit his verbis; *Ut plenius possit Societas rebus spiritualibus juxta suum Institutum vacare, quoad ejus fieri poterit, à negociis secularibus abstineat (qualia sunt Testamentariorum, Executorum, vel Procuratorum rerum civilium, aut id genus officia) nec nostri ea ullis precibus adducti, obeunda suscipiant, vel in illis se occupari sinant.* Quæ sanctè & strictè superiores Societatis curant observari. Ut inde contraria Barrabæ assertio juri Societ. repugnãs sit inverisimilis; sit improbabilis. Crav *conf.* 988. *n.* 44. *conf.* 991. *n.* 4. *& conf.* 1000. *n.* 386. *vol.* 6. Barbos. *axiom. verisim.* 223. *n.* 5. *& seqq.*

Sed

Sed missis Hulsio & Barnaba ad F. Romanum revertamur, ipse (*in horti confinibus sub allegat. 461. pag. 316. & seq. nec non sub allegat. 479. Tit. sepulchra concupiscentiæ. n. 11. §. At paucula solum, pag. 362.*) timet *Monasteriis, ut fundandis Societati Iesu Collegiis sufficiant, quod nunc duo, nunc quatuor pro uno Collegio assignentur monasteria*, verū respondeo jubeoq; ipsum bono esse animo, & sine sollicitudine. Societas nostra non in omnibus locis, in quibus fundata exstant Monasteria, etiam Collegia exstruet. Sufficit, si unum vel alterum in provincia aliqua ædificetur, fundetur Collegium, in qua centena reperiuntur Monasteria etiam unius duntaxat Ordinis, prout *supra* §. 2. ex Antonio Yepes est ostensum. *Respon. F. Romano.*

Paucula conventibus Religiosis destituta, Societati ex Superiorum, ad quos eorum dispositio pertinet, voluntate attribuuntur, quæ Societas nō minus rectè, quam olim Benedictinus Ordo Monasteria congregationis S. Basilii acceptavit, nec propterea in ullam invidiam est vocanda.

Quod pro unico Collegio Hadamariensi, unoque puerorum Ecclesiasticorum Seminario dicantur assignari quatuor Monasteria Monialium, Beselich, Dierstein, Gnadenthal, Thron & una Collegiata Ecclesia in Dietz, sunt nomina multiplicata, quæ parum rei involvunt. Siquidem Monasterium *Beselich* pauperrimum fuit, in quod pauculæ, quæ ibi vixerunt, moniales suos exiguos reditus, eosque vitalitios ferè conferre solebant. Ita *Gudula Riffenberg* decimam in Uffingen, *Regina Brambachs*, 8. florenos, *Agnes Ronckel* 6. maldera frumenti in superiori Diefenbach, *Anna Schvvalbach* supprioriſſa 6. maldera frumenti in Brechem, *Anna Ronckel*, 6. maldera in Wirbelo; *Anna Bramen* in Zeutzheim 6. maldera frumenti, & 7. avenæ; *Maria Fryen* in inferiori Diefenbach 6. maldra &c. sed vitalitia omnia in præfatum Monasterium Beselich contulerunt; prout ex antiquis registris & catalogis illius Monasterii liquet. Ubi verò Monasterium illud extinctis Monialibus à Comitibus Nassovicis in Hospitale fuit conversum, necesse fuit, ut & personæ admittendæ suum, si quod habebant, patrimoniū in illud conferrent, & Comites Nassovici pro dote illius, & alimonia pauperum personarum ibidem alendarum multa millia dalerorum contribuerent, quemadmodum ex eorundem literis eum in finem datis & signatis videre est, quas ipsimet cum omni dote Hospitalis ad se receperunt. *Beselich pauper.*

Similiter Monasterium *Dierstein* pauper est; cuius bonorum magna pars vel alienata est, vel reditus aliò translati fuere; prout & in Monasterio *Thron* atque Ecclesia Collegiata in *Dietz* accidit; Ut proinde ea Monasteriola non magni æstimari queant. *Dierstein pauper. Thron. Dietz.*

Gnadenthal igitur solum pro fundando novo Collegio, eoq; cum templo & seminario excitando, dotando superfuisset. Ad fundationem autem & dotationem quantum opus sit, noverunt ij, qui de novo privatam etiam domum ædificant, ut propterea nemini mirum accidat, si unum locuples, & *Gnadenthal.*

alia

alia omnino destructa, & depauperata Monasteria in ejusmodi usum à sua Sanctitate, petente Illustrissimo & Excellentissimo D.D. Ioanne Ludovico S.R.I. Principe Comite Nassovico assignata fuerint.

Ex hisce patet, quod quæ de concupiscentia à F. Romano aliisque afferuntur, meræ sint calumniæ.

Quod autem Societas in Collegiis ob penuriam & rerum necessariarū defectum parsimoniæ studeat, non illud vicio vel avaritiæ à quoquam prudente rerum æstimatore, poterit asscribi.

§. 7.

De insimulata Tetrarchia in Iaponia.

Commenta Hayana. FR. Romanus *sub allegat.* 479. *pag.* 364. *& seqq.* ait: *in eisdem concupiscentia sepulchris iacent, quibus Epitaphium inscripsit Dominicus Gravina in cōgeminata voce turturis, edita Neapoli, Anno* 1633. *cap.* 11. *ante* §. 1. *Alii*, inquiens, *in Senatu Regis catholici elaborarunt, ut Iaponia regnum non omnibus Religiosis esset commune in disseminatione Evangelii, sed in quatritrarchias divideretur, ut nimirum unus Christianus esset Pauli, alius Apollo, alius verò Cepha.*

Refutantur. Verum cum ea, quæ F. Romanus de concupiscentia ex aliis proscriptis authoribus mutuatus est, *in tract.* 2. *Resolu. q.* 6. *c.* 2. atque in præcedenti. §. 6. sint refutata, ideo ea tantum, quę de Tetrarchia affert, refellam.

Gregorius XIII. certis de causis adductus die 28. *Ian.* 1585. inhibuerat sub gravissimis censuris, ne quis aliorum Religiosorum in Iaponicas Insulas Evangelii Prædicandi vel Doctrinam Christianam docendi, aut sacramenta ministrandi, aliaque munia Ecclesiastica obeundi causâ, sine sua & Sedis Apostolicæ expressa licentiâ proficisci auderet.

Postea verò Clementi VIII. & Paulo V. *in Constit. Sedis Apostolicæ. in append.* 2. *al.* 90. *dat.* 11. *Iun.* 1608. ex variatis rerum circumstantiis aliud visum fuit, quorum dispositioni acquiescendum erit:

Quod verò de *Tetrarchia* affertur; cum id sit facti, nec legitimè probatum existat, neque etiam pręsumatur. *per l. si emancipati.* 9. *C. de collat.* ideo veniet reiiciendum. Præterquam quod hinc simplicitas authoris à Fr. Romano laudari elucescat, qui videtur rumorem aliquem de *Patribus*, scilicet *Francis anis quadrifarias* Sedes Episcopales in Iaponia meditantibus accepisse, nec eo examinato, de Patrib. Societatis per homonymiā interpretatus esse, quasi ipsi id meditarentur; Cum ab eo longissime abhorrerēt, & P. F. *Ludovicus Sotelius Minorita*, Ord. D. Francisci uti *ex asserta sua relatione ad Vrbanum Papam VIII. de Ecclesia Iaponica statu* constat) id primum consilium suggesserit, urseritque, ut vel nullus in Iaponia constitueretur Episcopus, vel Religiosi Ordines (quorum quatuor istic juxta §. 11. numerabantur,

tur, *nimirum Dominicanorum Augustinianorum, Franciscanorum & Societatis Jesu,*) singuli suum proprium nanciscerentur Episcopum; Ita enim Ludovicus Sotelius *in asserta sua Relatione apud Sciop, Astro adiunctâ pag.* 17. de ijs quatuor Ordinibus agens, § 22. loquitur: *oportet facere omnes aquales Religiones in messe Iaponica laborantes: aliàs rixa non cessabunt; aut de nulla sit Episcopus, sed omnes pariter utantur & privilegiis sibi à sancta Sede Apostolica concessis in favorem conversionis infideliū pacificè & sine contradictione fruātur; aut certè* ab unaquaque unus Episcopus *assignetur. Messis quidem iam congregata multa est nimis, & per totum Imperium Iaponicum dispersa, & quomodo tanta omnium & per* unum pastorem unius Religionis *alumnum in Iaponia non existentem, neque suis actibus & authoritate utentem poterit sufficienter administrari, præsertim cum per illum ea, cuius est Religio, alias vexare, impedire, & supplantare contendant.* NB.

Quod si de unaquaque Religione *constitueretur* Episcopus, *deferrent quidem sibi honorem invicem prævenietes, meliora charismata alternatim & charitativè æmulantes, unusquisque illorum alios Religiosos propter suorum honestam correspondentiam pacificè & benignè reciperet, tractaret, hospitaretur, &c.* Hactenus assertus *F. Sotelius* atque in margine ibidem notatur, *ut omnes æquales in ista messe sint*, nec Episcopus *sit alicuius Ordinis, vel habeat* unaquæque Religio *suum* proprium Episcopum. Ex quibus consequens est, quàm temerè Fr. Romanus cum suo Authore id Societati asscribat, quod nunquam illi in mentem venit. Contra Franciscanum Patrem quadrifarias Sedes in diversis Religiosis Ordinibus meditantem exurgat, illique illud Apostoli exprobret, quod voluerit *alium Pauli, alium Apollinis, alium Cephæ esse.* NB.

§. 8.

De insimmulata Aristocratia in Anglia & alibi.

FR. Romanus *supra cit. loc.* ex Gravina attexit. *Quidam,* inquiens, *ne Monachi Benedictini in Angliam mitterentur ad prædicandum Evangelium, institerunt. Ex eorum numero fuit Robertus Personius eiusdem Societatis Anglus* (sed quis hoc in Anglia & alibi Fratri Romano in aurem susurravit! Nullus & nemo) progreditur Frater Romanus, *homo is elati supercilii, qui etiam defectus & imperfectiones in ipso sacro œcumenico concilio Tridentino, veluti maculas in sole? observasse fertur.* (Verum à quibus? certè nemo testis fide dignus eam in rem produci poterit, ut proinde quisquis hoc asserit, calumniari dicendus sit. *l.* 3. *C. de calumniat.*) pergit *Commenta Hayana. Simul refel- luntur.*

A F. Romano memoriale falsificatum reci- tatur.

Frater Romanus; *hic lucubrationem scripsit, isthoc titulo prænotatam, Memoriale pro reformanda Anglia, cum tempora permiserint. In quo miris artibus & cuniculis* (cedo quibus artibus & cuniculis) *antiquos Regulares Ordines, suis iuribus & bonis in Anglia exuere conatus est* (calumnia est illa Fratris Romani) *consulendo, ut universa totius Regni bona ecclesiastica in communem massam redigerentur, cuius cura esset penes septem sapientes* (*quos nullibi melius, quam in Societate sua reperiri credidit*, (ita Frater Romanus inspexit cor hominis, ut sciret, ad quid & quos viros ordinaturus esset: sed quam verum est, quod Frater Romanus inspexerit cor hominis, tam verum est, quod pater (si quidem istius author memorialis ostendatur, qualis necdum est ostensus) illud cogitârit, quod illi per constitutiones Societatis non licere sciebat, longè aliud ipsum docet *memoriale*, prout paulò post videbimus. Sed audiamus porro Fratrem Romanum: *eique talia* „*bona dispensarent & expenderent, prout iudicaverint expedire Ecclesiæ An*„*glicanæ, adeoque omnium* (quæ calumnia est, Fratris Romani) *Episcoporum* „*& Archiepiscoporum, aliorumque prælatorum, Regularium, & totius Cle*„*ri proventus & sustentatio, per universum Regnum, penderet à voluntate &* „*arbitrio unius Ordinis Mendicantium, ipsiusque Præposito Generali, Summo* „*Pontifice interim securè dormire iusso. Insuper sub gravissimis pœnis inhibere*„*tur, ne quisquam Religiosorum, cuiuscunque alterius Ordinis, citra dictorum* „*sapientum licentiam, in Angliam reverteretur*, additq; ex pharetra damnati „Frat. Iuniperi de Ancona (*ut absque arbitris omnia gererentur*) *Reducta ve*„*rò in eandem fide Catholicâ, consultum fore, ut Papa, saltem quinquennio nihil de fructibus beneficiorum Ecclesiasticorum percipiat, sed omnia remittat in manus prælibatorum sapientum*, adjicit iterum calumniosè (*qui commodi privati negligendi votum non habent.* Hæc Frater Romanus, qui perperam etiam quædam ex ejusdem *memorialis cap.5.* verba, sed falsis suis glossis interpolata, atq; in præmissum falsum sensum detorta in medium profert, quibus tandem subnectit: *Simile quid attentasse feruntur in Germania sub Ferdinando II. Imperatore Augusto de duodecim sapientibus, quibus in reformationis Catholicæ negotiis pariter subessent Archiepiscopi & Episcopi totius Germaniæ, ita ut Ecclesiarum pastores, non opus haberent amplius baculo pastorali, omni ovium cura & solicitudine in alios translata. Et quis dubitat, similia consilia seu memorialia secutura, pro Regno Scotiæ, Regno Hyberniæ, Regno Daniæ, Regno Sueciæ, Regno Norvvegiæ, Regno Gothorum & VVandalorum &c. Verum ad Angliam* (*Ordinis Sancti Benedicti messem*) *redeundo, dignus est* Personius (quemadmodum iterum calumniosè Frat. Romanus loquitur) *cuius ambitiosa concupiscentia ex fundamento refellatur, quod, quia præsentis instituti non est, ipse monachis Ordinis sui Anglis retorquendum aut eludendum relinquit &c.* Hactenus F. Romanus.

Aliud Commentum F. Romani.

Aſt cum Fr. Romanus hæc nudè aſſerat, nec, ut tenetur aſſerens, *ex l. 2 ff. de probat.* probet, illi minimè fides erit adhibenda. Quomodo autem probabit, illud memoriale à P. Perſonio eſſe perſcriptum; cum nomen P. Perſonii nec in titulo, nec in toto decurſu aſſerti memorialis reperiatur aſcriptum, nec ipſe Frater Romanus, nec ullus à F. Romano adducatur, imò nec adduci poſſit, qui P. Perſonium viderit d. memoriale ſcripſiſſe, aut illud tanquam manu illius conſcriptum medio iureiurando recognoverit, prout tamen in ſcripturis privatis recognoſcendis de jure neceſſarium eſſet, ſi fides illi ſit adhibenda. Farinac. *part. 2 deciſ. Rot. 665. in recentiſſ.* Höping. *de iure ſigillorum. c. 15. §. 2. & ſeqq. num. 47. & ſeqq. per l. procuratorem. 65. ff. de procurat. l. ſi quis decurio. in fin. C. de fals. c. relatum. in pr. de iure patron. cap. 1. §. fin. de for. compet.* Alias ejusmodi ſcripturæ privatæ, quando non conſtat, cuius manu ſint ſcriptæ, tanquam ſuſpectę & falſæ rejiciuntur. Cephal. *libr. 4. conſ. 464. num* 15. Et tamen Frater Romanus illud memoriale P. Perſonio ſine ullis præviis recognitionibus ac probationibus verè aſcribere haud quaquam veretur.

Refellitur primo commentũ de P. Perſonio.

Taceo, quod Frat. Romano poſſit *obiici*, illud memoriale videri ex damnato *catechiſta in ſuo catechiſmo perperam Ieſuitico inſcripto. lib. 3. cap. 28.* deſumptum; Iſtic enim dicitur Blacuel Sacerdos ſæcularis, non Societatis aliquod ſcriptum compoſuiſſe, idque exhibuiſſe Cardinali Cajetano 18. Martii 1598. quo egerit, ut ipſe Blacuel in Anglia Archipreſbyter conſtitueretur, qui toti clero imperaret, cui addendi eſſent 12. ſacerdotes, quorũ ſex nominaret ipſe Cardinalis, ſex verò alios denominandi Archipresbytero fieret poteſtas, ita ut illud ſcriptum (ſi quidem verè emanavit) circa bonorum Eccleſiaſticorum diſpenſationem videatur fuiſſe confectum, in quo nulla de Societate noſtra ſit mentio.

Quicquid ſit, ut grandem illam calumniam, quam ipſe Frater Romanus *cit. loc.* Societatis noſtræ Generali Præpoſito ac P. Perſonio per aſſertum ſuum memoriale impingit, refellam; En verba memorialis illius (quisquis demum author fuerit) Anglicè ſcripti, & verbo tenus in Latinum tranſlati, ac mecum ab Anglis fideliter communicati, quatenus huc ea ſpectant, atque ad impoſturam F. Romani detegendam ſufficiunt, ſine ullo gloſſemate fideliter hìc recenſeo ac depromo; quia aliàs, ubi opus eſſet, ſine ulla difficultate totum edere poſſem, memoriale, ut quilibet videre poſſit, quàm temerè, quamque in perverſo ſenſu F. Romanus authorum aliorum ſcripta legat, eaque ſuo perverſo ſenſu depravet.

Principio titulus illius memorialis ad verbum ſic ſe habet. *Memoriale quarundam Notarum, quæ videntur poſſe proponi in primo Parlamento, & primo Concilio nationali Angliæ, poſtquam DEUS ex ſua miſericordia, eandem reſtituerit in fidem Catholicã, pro meliori ſtabilimento & præſervatione ejusdem Religionis.* Ex quo minimè apparet, quis iſtius memorialis ſit autor:

eiusdem Religionis. Ex quo minimè apparet, quis istius memorialis sit author.

Textus c. 5. sine falso F. Romani glossemate refertur.

Deinde *in capite* 5. *eiusdem memorialis* hæc verba, quæ Frater Romanus interpolato glossemate suo adulteraverat, enumerantur.

Vlterius notandum est, quod tam hæc terra integrè restituta, quàm alii antiqui reditus ante memorati, ut impendi possint ad optimam & maximam Dei Gloriam, publicamque Regni utilitatem, non essent statim primò restituenda ulli particulari Domino, qui jus in ea pretenderet, aut vendicare vellet, sed potius principe, & toto Regno petente, & Sede Apostolica approbante, assignanda essent communi bursa, & thesauro, qui committendus esset alicui Congregationi *seu* Concilio *Principalium* Episcoporum, Prælatorum, & *aliorum virorum ad eam rem idoneorum, qui pro annis aliquibus limitarentur ad colligendum & disponendum de illis censibus, reditibus, & possessionibus Ecclesiasticis ad maius beneficium Ecclesiæ Anglicanæ & Regni, & quod illi deputati circa finem temporis præfixi, quod esse posset quatuor, quinque aut sex annorum, plus minus, prout melius indicabitur, tenerentur rationem reddere certis personis* à Principe Parlamento & sua Sanctitate ad hunc *effectum designandis, quo modo disposuissent de hoc Thesauro suæ curæ commisso, & hæc congregatio seu concilium vocari posset Concilium vel Congregatio Reformationis.*

NB.

Loquitur autem ille author, quisquis demum sit, 1. de bonis Religiosorum, minimè autem aliorum Clericorum. Nam ita *in c.* 6. inter alia refert.

F. Romanus refellitur.

Deniq; circa hanc materiam meminisse oportet, quod inter Ecclesiasticas Possessiones, quas invaserunt Laici, aliqua erepta fuerunt clero sæculari, ut etiam Episcopatibus, cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis, Collegiis, Decanatibus, Personatibus, Ecclesiis Parochialibus, &c. (quamvis nullo modo tot, quot ab Ordinibus Religiosis) & hæ, quia veri Domini exstant, aut citò exstabunt, & earum præsens usus erit necessarius ad fines, propter quos primò instituta fuerunt, ratio exigit, ut redeant ad eosdem usus, & Ecclesias iterum, at non ad communem bursam, sicut alia: quamvis, cum ea limitatione, Ordine & Reformatione, quæ Congregationi ad hunc effectum designata optima, magisque expediens videbitur.

NB.

Adhæc idem author non vult *alios Ordines antiquos Anglia excludi, sed* solùm cavet, *ne scandalosi, leves & inconstantes*, se istuc conferant, alioquin Ordinum antiquorum Religiosos desiderat simul cum aliis in Angliam advocari. Ita enim *cap.* 7. ait, *Illud ante omnia maximi momenti erit, ut nullus Religiosus aut persona Ecclesiastica quacunq; ingrediatur & c. nisi se sistat corā hoc concilio & c. nisi enim hoc fiat & observetur & c. multi scandalosi, leves & incōstantes homines ducti partim novitate, partim spe lucri statim se in Angliam conferent,*

rent, & suo exemplo plurimum mali secum invehent &c. Facilè poterit prædictum Concilium scribere ad omnia capita Religiosorum Ordinum, qui in aliis Regionibus sunt; ut sibi mittant talem numerum virorum & fœminarum exemplarium & reformatorum ad plantandas ab initio dictas Religiones in Anglia, qualis judicabitur expedire &c. Et mox. *Nempe ut omnes Religiosi approbati, qui in Ecclesia Dei sunt, vocarentur in Angliam &c.* Et paulo post; *quorum Cœnobium dotaretur reditibus sufficientibus ad competentem numerum Monachorum, qui observare vellent primum institutum &c.* *Vult ex omnib. Ordinib9 aliquos advocari* NB.

Atqui ut hinc contra F. Romanum subsumam, Monachi antiquorum Ordinum sunt reformati, sunt etiam in Ecclesia Dei approbati, cupiuntque suum primum institutum observare &c. Igitur &c.

Tum idem author *d. cap.7.* Describit personas Concilii aut congregationis, quibus cura illa committatur; *Quia verò, inquiens, res & negocia his hominibus committenda, multa, gravia & maximi momenti sunt, necessarium inprimis est, ut ipsorum personæ sint magnæ habilitatis & respectus, & tanto muneri idoneæ, quales, exempli gratiâ, possent fortè esse Archiepiscopus Cantuariensis, & Episcopi Ventonienses, Londinensis & Roffensis &c.* Cum his autem jungi poterunt *alii viri primarii & periti, sive Episcopi sive alii, ut melius videbitur &c.* *Nec vult Societati, sed Episcopis eam curā committendam esse.* NB.

Ex quibus manifestè patet, quàm graviter P. Romanus contra scientiam & conscientiam, & contra expressum istius Memorialis tenorem toti Orbi Christiano imponat, 1. ascribendo P. Personio, quod ipsius esse non ostenditur. 2. interpolando & invertendo Memorialis istius sensum, atque ex illo per parentheses seu glossas suas (quemadmodum, *d. allegat.* 479. *n.*15. *pag.*366. ipse F. Romanus fatetur) sed plane ineptas & adulterinas additas; asserendo, *Authorem Memorialis*, quisquis ille sit, *suadere, ut Universa totius Regni bona Ecclesiastica in communem massam redigantur*; quod directò cum d. Memoriali pugnat 3. asseverando, *authorem Memorialis velle, ut cura ejusdem massæ sit penes septem sapientes, quos nullibi melius, quàm in Societate sua reperiri credat.* Cum expressè d. Memoriale alios Episcopos designet. 4. inferendo, *eundem authorem voluisse omnium Episcoporum & Archiepiscoporum, aliorumque Prælatorum Regularium &c.* sustentationem atque antiquorum Ordinum Religiosorum reditum *à voluntate & arbitrio unius Ordinis Mendicantium, ipsiusq; Præposito Generali pendere &c.* Quod uti alia omnia cum directè pugnent cum citato Memoriali, & Societatis Jesu Constitutionibus, *part.6. cap.3. §.7. & part. 9. cap.6. §.4.* & nihilominus F. Romanus ea, quæ, ut modò ostensum est, in d. memoriali non continentur, tanquam in eodem inclusa sint, afferat & supponat, hinc nemo est, qui illum ab aperta impostura, manifestaque calumnia absolvere possit.

1.
2.
3.
4.

Quinimo, se ipse F. Romanus in *sententiis præambulis horti, pag.*105. ex P. Henrico Wangnereck *S. I. Vindic. Polit. lib.*2. *c.* 1. *§.* 13. condemnat; *Qui verba*, inquiens, *alterius scriptoris se proferre asserit, singula adnumerare debet,*

debet, prout alter scripsit, id nisi faciat, falsum est, esse ea verba illius scriptoris.

Secundũ Commentũ F. Romani de 12. Sapientibus refellitur.

Unde consequens est, quod sicut F. Romano fides in præfatis propositionibus enumeratis, tanquam quæ in isto asserto Memorali comprehenderentur, re autem vera non continentur, fallit, ideoque nec ipsi creditur; ita illi in reliquis allatis calumniis *de 12. sapientibus in Germania sub Ferdinando II. p. m. constituendis, qui de bonis Ecclesiæ disponerent*, sit fides haud ulla adhibenda. Cum falso testi aut producenti falsum aliquod instrumentum, minimè sit in aliis credendum, per not. Ferret. *lib.1. cons.195. n.5.* maximè quando illud adversarius suis apostillis, interlineationibus, glossis sensui & sententiæ scripturæ contrariis interversum exhibet ac profert, per not. Farinac. *in prax. crim. q.153. num.2. 3. 4. 5. 49. 51. 52. 53. 54.* Francisc. Marc. *decis. 702. n.1. part.1. & decis.143. n.4. eadem part.1.* Abb. *cons.265. n.19.* Everard. *in repet. c. quoniam. de probat. tract. de fid. instrum. cap.5. n 70.*

Quin etiam F. Romanus videtur illud *de 12. sapientibus ex scit. loco Catechismi Iesuitici, sed hæretici calumniatoris* mutuatus esse. Istic enim agitur *de 12. sapientibus*, non autem in Germania, sed Anglia, constituendis, ut ita quæ hæretici de Anglia fabulantur, ipse F. Romanus temerario suo judicio tanquam *fabulam communem* etiam Germaniæ velit applicari. Dein hæretici illud non *Societatis*, sed *externo* alicui *sacerdoti* Archipresbytero Blackvel attribuunt; at F. Romanus illud Societati similiter temere impingit, ut sic ubique se populo palmariè imponere ostendat.

Quod præterea F. Romanus eadem *alleg. 479. num.14. pag.364.* calumniosè P. Personio impingit, quasi defectus in ipso *Concilio Trid.* velut maculas in sole observaverit, mera est calumnia jam ante in famoso *isto Alphonso de Vargas in appendice relationum, pag. 311.* & lippo speculatore *in speculo Iesuitico Mantiss.14.* eadem aliis objicientibus condemnata.

§. 9.

De insimulata Monarchia.

Commenta Hayana.

ILlud de *affectata Monarchia* similiter F. Romanus *sup. cit. loc.* ex hæreticis, aliisque plusquam Vatiniano odio à Societate nostra dissidentibus *VVilhelmo Baudartio*, Continuatore Metterani *lib.39.* Catechista *in asserto Catechism. Iesuit. lib. 3. cap.25. pag. 693. & c.28. sub fin.* atque ex Speculatore *in spec. Iesuit.* à Joanne Leonhardo VVillichio, *Anno 1643. edito, Mantiss. 5.* tum Alphonso de Vargas *in relatione ad Reges & Principes Christianos, de stratagem. polit. Soc. Iesu ad Monarchiam orbis terrarum sibi conficiendam.* Philandro Philanax. *de natura, fine, mediis Iesuitarum, seu de Monarchia Iesuitica*, atque tam à Sacra Indicis librorum Congregatione *Romæ, 19. Martii 1633.*

23. *Aug.*

23. *Aug.* & 1634. quàm ab Inquisitione Hispanica 29. *Junii* 1634. prohibitis & damnatis authoribus hausit, quos constat ex odio adversus Societatem concepto minimè aliquid probabile aut verisimile hac in re proponere aut referre; Cum illud cum instituto Societatis Jesu pugnet. Annon Institutum Societatis Iesu requirit, viros & humiles & submissos, qui contempto omni sæculi fastu & honore nullā directè vel indirectè ambiāt aut quærāt dignitatem vel prælationem in-vel extra Societatem, atque ad illud professi præcipua Societatis membra sese peculiari voto obstringunt. *part.* 10. *Constit. Soc.* §. 6. *Congreg.* 1. *decret.* 99. & *Congreg.* 3. *decret.* 70. quo etiam translati vel expulsi manent obstricti, *ex Constit. Vrbani Papæ VIII. Cum sicut accepimus.* 30. *appendic. tom.* 4. *Bullar. al.* 140. *dat. Romæ* 21. *Maij.* 1635. quomodo igitur ullatenus verisimiliter asseri poterit, quod Religiosi Societatis Iesu ex Instituto appetant Monarchiam, aut Monarchicam sæcularem Prælationem. Num contraria se mutuo ponunt & non tollunt? Apage cum ista Philosophia Calvinistica. Annon *verisimile* illud dicitur esse, *quod legibus, quod juri communi convenit*; quod autem ab illo discrepat, *inverisimile* est, imaginemque refert falsitatis. Barbos. *axiom. Verisimile.* 223. *per tot.* & *ibi cit. Dd.* Proinde quod Religiosi Societatis Iesu conformiter suis Constitutionibus honores, dignitates & prælationes tam in quàm extra Societatem respuant, nec ullatenus affectent, est verisimile; quod autem contra suas Constitutiones ambiant honores, dignitates & Prælationes, est *inverisimile*, atque imaginem præferr falsitatis; imò est mera falsitas, quemadmodum ex voto Professorum, quo omnibus renunciant honoribus, dignitatibus, prælationibus, evadit manifestum.

Refellitur.

Verisimile quid sit?

Consequenter quando F. Romanus Societatis nostræ Religiosis impingit honorum ambitionem & affectationem Monarchiæ, inverisimilia & falsa loquitur ac proponit, à quibus vel maximè Societas nostra abhorret, nec digna sunt, quibus diutius inhæreatur.

Neque est, quod F. Romanus *alleg.* 496. *sub n.* 13. ejusque asseclæ hæretici, & inprimis Ioannes Georgius Dorscheus *in Indiis, ut appellat, iniquitatis, illatæ, expostulatione in proœm, col.* 4. moveant, quod ego *in Astri Ecclips. q.* 2. *sect.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. Societatem nostram nominem *Corpus politicum*; eoque nomine Dorscheus *d. loc.* moneat Magistratus, ut sibi caveant & attendant; quia ad illud

Respondeo, Prædicantes laborare amphibolia, *Corporis politici*, quâ in errores ferè alii abducuntur; cui ut occurram,

Sciendum est 1. quod *Corpus* variè accipiatur 1. *pro Corpore physico*, prout est unum per se ex materia & forma physica compositum, qualis est homo,

Corpus variè accipitur. 1.

2\. *est homo, lignum &c.* 2. *pro corpore artificiali*, prout est unum per accidens, ex materia & forma artificiali confectum; *qualis est navis, domus, armarium.*
3\. 3 pro *corpore morali*, quod licet ex distantibus corporibus physicis constet, tamen æstimatione hominum sub uno nomine censetur unum, *qualis est grex, populus, legio, exercitus, l. rerum mixtura*. 30. *ff. de usurp. l. in rem. ff. de Rei Vind. & ibi Dd.* Corpus verò hoc morale variè iterum *subdividitur*, ut aliud sit *corpus rerum*; qualis est grex; aliud *personarum*, qualis est populus, legio, exercitus; aliud *mixtum personarum & rerum*, qualis est cœtus plurium personarum ratione aliqua aut certo jure sociatus, sive omnes personæ simul habitent, sive non. glo. *in l. 3. §. in municipibus. ff. de bon. possess. in L certum. §. 1. ff. de Confess.* Jason. *in l. 1. §. si autem Collegium. col. 1 ff. ad Treboll.* Rebuff. *in l. Neratius* 85. *ff. de V. S.*

Corpus morale variè subdividitur.

Deinde *sciendum* est, quod vox *(politicus &c.)* cum sit relativa & respiciat aliud, dicat respectum vel ad ipsam *administrationem* hierarchiæ aut reip. vel ad *doctrinam bonæ* administrationis dirigendæ, vel ad *prudentiam* hic & nunc ejusdem administrationis exercendæ, per not. *politicor. in polit.*

Vox (Politic9) varium dicit respectum & quidē triplicē.

Politicus *primo modo* accipitur 1. *generatim* pro omni eo, qui cum Imperio Magistratus subditis præest; isq; est vel Christianus: vel profanus per nor. Alsted. *in Encycloped. lib.* 18. *System.* 1. *cap.* 1. Christianus iterum est vel *sacer* seu Ecclesiasticus, vel *sæcularis*; ille *hierarchiæ* seu sacræ; hic *sæculari* politiæ & reip. præest. per not. Choppin. de *politia sacra.* Joan. Sesburien. *de nugis Curialium. lib.* 5. *cap.* 4. Paurmeist. *in tract. de jurisd. lib.* 1. *cap.* 5. Alsted. *in d. Encycloped. lib.* 18. *tit. de politia sacra. & system.* 1. *&* 2.

Politicus primo modo acceptus generatim quis?

Et quis speciatim.

2\. Accipitur *speciatim* pro administratore Reip. civilis & sæcularis. Ita passim authores, *qui de politicis scripserunt*, absolutè politicum accipiunt. Hacque ratione nomen generis inferiori speciei, (prout in jure fieri solet, *Vid. tit. Inst. de adopt.*) attribuitur. In ista significatione vox *(politicus)* accipitur secundùm suam latitudinem, prout administratori omnis generis Rerumpub. civilium attribui potest, uti vulgo accipi solet.

Quis item strictè.

Vel 3. *strictè* pro administratore *democratico* civitatis, prout à *Despotico* heri; *œconomico* patrisfamilias; & *Basilico* Regis ac Regni distinguitur. Joan. Casus, *lib.* 1. *Sphara Civitatis. c.* 1.

Polit. secundo modo acceptus quis?

Secundo modo politicus consideratus in ordine ad doctrinam de administratione Reip. dirigenda, *est is*, qui politicen ac politica præcepta docet.

Quis tertio modo accept9?

Tertio modo consideratus in ordine ad prudentiam Administrationis hic & nunc exercendæ, Consiliarii aut quasi Consiliarii in Rep. vices obtinebit. Hinc consequenter de politice discurrendum erit.

Alia politica œconomica.

Aliàs *politica* est etiam quædam pars *œconomica specialis* versans circa agriculturam, artes & mercaturas, & contra *Regiam*, quæ circa Monetam, importata, exportata & sumptus publicos versatur; *Satrapicam*, quæ respicit metalla, fructus & fruges agrorum ac hortorum, pasturam & mercaturam;

ram; ac *Privatam* œconomicam ſpecialem, quæ eſt ruſticorum tractantiũ agriculturam &c. diſtinguitur. Alſted. *in d. Encyclop. lib.17. ſyſtem.2.c.13.*

Hisſuppoſitis facilè ad id, quod initio ex F. Romano, ejusq; aſſeclis hæreticis ac nominatim à *Dorſcheo* motum eſt, *reſpondetur*, quod nimirum *Societas Ieſu* cum ſit cætus Religioſorum partim ſimul uno in loco, partim diverſis in locis habitantium, ob unum finem, videlicet Dei cultum & proximorum ſalutem ſpiritualem certis legibus initus, ideo ſit *corpus aliquod morale*; & cum idem cætus ſub unius Generalis imperio ſecundum leges Canonicas & proprias Apoſticâ authoritate approbatas regatur ac ſubſit, ideo ſit corpus politicum, per not. Ioan. Caſi. *lib.1. Sphær. Civit. c.1.* Prælati Præmonſtratenſ. *in proceſſu compulſorio ex P.* Suar. *tom.4. de Relig. lib.8. n. 4. & 5.* ubi traditur, *quod Religio, quæ ſub uno Generali militat, & in unum generale corpus interdum congregatur, ſit unum corpus politicum*, Fac. not. Sozomen. *lib. 6. c.34. de Veterum Monachorum inſtituto* loquentis, ubi dicitur; *communis omnibus politia hæc erat*, Vid. Iacob. Middendorp. *hiſtor. Monaſt. c.6.* ſed intellige *corpus politicum genericè*, nõ verò *ſpecificè* acceptum: quia aliâs ſpecificè eſt *Corpus politicum ſacrum, ſeu quædam hierarchia*, non verò eſt corpus politicum ſæculare, ſeu non eſt merè politicum ita ſpecificè dictum. Sequitur ex dictis. *Et confirmatur* ex eo, quod etiam alii Ordines unum Generalem habentes vocentur *corpus aliquod politicum ſacrum*, quemadmodum apud Choppin. *lib.2. Monaſticωv tit.1 n.1. §. hucusq. de* ſacra *Ciſtertienſium* politia, *videre eſt*, ubi Ordo Ciſtertienſis vocatur ſacra Ciſtertienſium politia non in *abſtracto*, ſed in *concreto* ſumpta, prout dicit cætum Religioſorum ſub unius Generalis Regimine conſtitutum, per not. Heider. *in ſyſtem. polit. in proœm. verb. nomen.* Alſted. *in Encyclop. lib.18. ſyſtem. 1. de politic. c. 1. propoſ.4.* Tum etiam cum ab uno Generali corpus illud regatur, erit Monarchicum ſacrum, ſeu *hierarchia* Monarchica.

Dorſcheo Reſp.

Atque hinc quæ de politia ſæculari & ſpeciatim de Monarchia abſolutè ſumpta invidiosè & æquivoce vel amphibologicè ſolent objici calumniæ, per æquivocationis & amphiboliæ ſolutionem diſparent, aut per ſe collabaſcunt.

§. 10.

De inſimulatis Seditionibus & Tumultibus.

FR. Romanus *in Aulais* §.19. *ſub n.135. ratione ſua* 18. & alibi allegat, quaſi *ſententia, quam Patres Societatis Ieſu* de Monaſteriorũ conventibus deſtitutorum Unione aliis Ordinibus in Eccleſiæ utilitatem rectè & legitimè faciendâ *defendunt, eſſet incentiva turbationum & motuum in Imperio Romano, aliisque Regnis ac Provinciis orbis Chriſtiani*, quæ eadem ratio pluribus apud damnatos authores Alphonſum Vargam, Scioppium *in famoſo ſuo libello*

Commenta Hayana.

inscripto (Actio perduellionis in Iesuitas) exaggeratur, atque ea occasione universim Societas insimulatur, ab iisdem quasi omnium Seditionum & tumultuum rea, quos Wilhelmus Hulsius *in famosi sui libelli specimine tertio artis Pelasgæ pag.* 4.*&* 16. Joannes Leonhardus Willichius seu Gratianus Leosthenes Salicetus *in elixiri malè inscripto Iesuitico, part.*1.*&* 2. Barnabas Apostata *in impio suo altari primo p.*32. veluti aves cæco impetu sequûtur.

Diluitur. Verum quàm temerè, quamq; calumniosè hoc à F. Romano asseratur, cuivis ad oculum patet, consideranti, quod ea ratio non tam Societatem nostram, quàm Summos Pontifices, Imperatores, Reges Christianissimos, S. R. E. Cardinales, S. R. I. Principes, Episcopos, imò & ipsum Benedictinum, aliosq; Ordines petat; Cum Sumi Pontifices & Episcopi de Monasteriis côventu destitutis in utilitatem Ecclesiæ liberrimè & disponere potuerint, quemadmodum in *tract.*2.*quæstion.*7. ostendi; & re ipsa disposuerint, tum etiam Imperatores, Reges, Principes pro eorundem Monasteriorum Conventu destitutorum dispositionibus in utilitatem Ecclesiæ faciendis apud Summos Pontifices atq; Episcopos institerint, nec non ipse Benedictinus aliiq; Ordines easdem dispositiones à Summis Pontificibus vel Episcopis in sui favorem factas acceptarint, tanquam justas & legitimas collaudarint; Ita Ordo Benedictinus Monasteria aliquot in Provincia Valeria, *Vid. tract.*4. *lib.*1.*c.*12. & Treviri S. Maximini pro Ordine S. Basilii, Dernburgum in diæcesi Hildesiensi pro Ordine Regularium S. Augustini (de quo *in tract.*2.*q.*6. *c.*2.*resolut.& tract.*3.*c.*1.*sect.*1.*§.*2.*nu.*4. agitur) fundata acceptarint; quin etiam in iisdem ita dispositis substitutos Religiosos varia Tribunalia suis Recessibus, decretis mandarint manuteneri; nec tamen propterea quisquam nisi calumniator vel Summos Pontifices, Cardinales, Episcopos disponentes, Imperatores, Reges, Principes dispositionem eam urgentes, Ordines Religiosos acceptantes, judices tribunalium manutenentes, adjudicantes insimularit veluti incentores turbationum & motuum in Imperio Romano, aliisq; Regnis ac Provinciis Orbis Christiani? ut vel hinc temeritas illius propositionis Hayanæ patescat, quemadmodum pluribus, *in resolutione q.*6.*c.* 2.*tract.*2. deduxi.

Quod autem alii maximè hæretici quidam prædicantes & scriptores calumniosè Societati Seditiones & tumultus impingant, mirum non est, cû ipsi seditionum & tumultuum authores (quemadmodum *ex libello inscripto*, Opkomste der Neerlandischen beroerten / id est, Origo Belgicorum Motuû ac Tumultuum, *impresso Ambstelrodami apud VVilhelmum Iacobi in platea S. Annæ An.*1649. Georgio Draudio in den Fürstlichen Tischreden / *seu Colloquiis Principum Convivalibus part* 2.*c.*47. 48. 49. Christiano VVurstisen *in Chron. Basileensi lib.*7.*c.*15.16.*& seq.* Bernardo Hertzogen *in Chronico inferioris Alsatiæ, aliisq;* authoribus Historicis etiam acatholicis; quinimo ex literis celsissimi Principis Georgii Ducis Saxoniæ &c. ad Martinum Lutherû Dresdâ die

die Iovis post Innocentium Anno 1526. datis videre est) in discipulos, ministros, & Socios Iesu veluti sibi in doctrina & moribus adversos, populi multitudinem concitare soleant. *Act.c.6,v.12.c.17.v.13. & c. 21. v. 30.* & nihilominus ipsos Christi Iesu socios quasi comotionū, seditionū & tumultuū authores insimulare non verentur, prout olim iudæi incusare non erubuerunt ipsum Magistrum Dominum & exemplar vitę nostræ Christum Iesum, quasi commoveret populum. *N*am ut ait, textus sacer *Luc.23.5. At illi invalescebant, dicentes, commovet populum* (sed in quo) *docens per Universam Iudæā incipiens à Galilaa usq; huc.* Ita Christus veritatem docens, dicitur improbis Iudæis commovere populum. Annon eadem ratione Societatis nostrę Religiosi, quia docent veritatem, ac impostorum fraudes detegunt, iisdem dicuntur commovere populum? *Non est*, inquit scriptura sacra, *Matth.*10 24. 25. *discipulus super Magistrum, nec servus super dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit, sicut Magister eius: & servo, sicut dominus eius. Si pa. rem familias Beelzebub vocaverunt; quantò magis domesticos eius? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non revelabitur; & occultum, quod non sciatur.* Et rursum Christus Jesus suos consolans, *Matth.5.v.11.* inquit, *Beati estis, cum maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum adversum vos, mētientes, propter me: gaudete & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis: sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos.* Additq; *Ioan.15.v.21.* causam, quare discipulos ipsius & Socios odio sint habituri, persecuturi, atq; adversus eos omne malum dicturi: *Sed hac*, inquiens, *omnia facient vobis PROPTER NOMEN MEUM*; quia nim. Societatis nostræ Religiosi à nomine Iesu, socii Iesu, vel IESUITÆ appellantur, ideo patientur. Accedit, quòd ipsi presbyteri sint, *Act.14.22.Tit. 1. 5. Iacob.5.14.* divinis vacantes ministeriis λειτουργοῦντες τῷ θεῷ, *Act.13.2.* parvulos ad Christum adducant *Matt.19.v.14. Marc.10.v.14 Luc.18.v.16,* confitentes peccata sua audiant, *Act.19.v.18.Iac. 5.v.16. iunct præcedenti versu* 14. ac testimonium perhibeant de Iesu Christo Deo homine Ioan.15.27. Huiusmodi verò prędicationes Evangelii & testimonia de Iesu, gentilibus; Iesuitarum nomē, presbyteriū, liturgia, juventutis in Christiana pietate instructio & peccatorum Exomologeses nostris Patribus factæ atq; ad divinum spectantes tribunal, acatholicis odiosa sunt, & causę, quare nostros ad martyrium rapuerint, ultimoq; curarint affici supplicio, maximè quod hi Deo cultum latriæ in liturgia sacra exhiberi nollent, ac quæ ad divinum & sacrum spectabant tribunal, suo vellent humano & profano subjici judicio. Non igitur isti martyres negari possunt Christi, quod manu lictorum interfecti sint, secus ac improbus calumniator VVillichius in suo elixiri buccinat; sed, quia pro nomine Iesu, ministerio divino liturgiæ sacræ & exomologesis occidione occisi sunt, Martyres etiam accedente Ecclesiæ authoritate & approbatione censendi sunt. Ut sic non supplicio, sed supplicii causâ quis reus vel innocens aut Martyr sit æstimandus.

§. 11.

De Insimulata pædophthoria.

BArnabas *in suo altari apostatico septimo pag.* 123. ut paucis insinuem Universam Societatem, & nominatim Pragenses insimular pędophthoriæ, ipsumq; Archiepiscopale iudicium, quasi ex timore Iesuitarum in denuntiatos & accusatos non inquireret, accusat;

Grandes calumniæ, quarum prior de Universa Societate Summorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum literis, & quidem nominatim quoad Pragenses, trium Pragensium Civitatum testimoniis *infra sect. 6. parte priore* §. 11. afferendis clarissimè refelluntur, quas hic propterea non repeto.

Posteriorē calumniam Reverendiss. & Pręnobilis D. Martinus Mayner von Parndal vnd Schwinzlsoß Cathedralis Ecclesiæ Pragensis Canonicus, Prępositus Ecclesiæ omnium Sanctorum, Assessor Consistorii Archiepiscopalis datis ad nostrum P. Theodorum Moretum, 16. *Junii* 1652. literis; inter alia hæc perscribit;

Quamdiu Venerabilis Consistorii Assessor sum, nihil hotum audivi. Et ne fortè me absente delatio fuisset facta, inquisivi diligenter, & ipso etiam Eminentissimi Principis Cardinalis ab Harrach Archiepiscopi nostri Pragensis Cācellario, & pręcipuo causarum judice Dno. D. Francisco Visintainer interrogato, deprehendi, nunquam talem accusationem apud Venerabiles Consistorii Assessores, aut apud ipsum Eminentissimum Principem Archiepiscopum fuisse depositam, & proinde talem Apostatæ Barnabæ relationem esse manifestè calumniosam & injuriosam, non tantum Societatis vestræ personis, quàm ipsis Venerabilis Consistorii Assessoribus omnibus, quasi ipsi non juri & ęquitati, sed favori & spei aliquid tribuant, aut quasi Archiepiscopalis supra Universum Clerum Vicariatus à Regularibus regi possit, habeatq; aliquid, quod ab iis possit sperare vel timere. Et scio me injuriam facturum Religiosis Patribus Societatis Iesu, si tali aliquo oculo eos aspici vel suspicarer. Cum ex eorum laboribus constet, eos omni conatu succurrere iis, qui è nostro Clero curæ animarum incumbunt, prout nostrum Fidele Cathedralis Ecclesiæ nostræ Capitulum hactenus in fidei & morum negotiis fideliter & constanter experitur cum universorum Regnicolarum bono & utilitate ac profectu spirituali, ut nil sit, cur unius aut alterius rebellis filii sive *Samsonis* sive Barnabæ (quorum neuter ex Societate vestra fuit unquam) calumniis terreamini, quibus illi suas maculas nitantur occultare. &c.

Act. Pragæ 16. Junii, Anno 1652.

Martin Mayner V. P. V. S. *Cathedralis Ecclesiæ Canonicus &c.*

§. 12.

§. 12.

De reprobata authoritate Roalis &c. Barnabæ & similium testium contra Societatem adductorum.

INprimis certum est, quod ab Inquisitione Hispanica 30. Jun. Ann. 1634. sequentes libri, contra Societatem scripti tanquam scandalosi, unionem & Charitatem Christianam & Religiosam perturbantes, tum Societatis famæ & existimationi injurii &c. fuerint publico decreto damnati. 1. *Singulares & Secreta admonitiones &c.* 2. *Admonitiones Secretæ ad bene intelligentes.* 3. *Magistri Francisci Roales, hoc est, Manifestatio & satisfactio in luce totius Ecclesiæ sanctæ Dei, cui in fine subscriptus legitur Franciscus Roales.* Quod Decretum, ejusque publicationem & Executionem Forerus noster *in Maniss. pag.* 140. *& seqq.* refert. Deinde à Sacra Indicis Congregatione Eminentissimorum & Reverendissimorum DDn. S.R.E. Cardinalium, 9. Martii, 1633. sequentes libri, nim. *Le Mercure Iesuite: ou Recueil des Pieces concernants de progres des Iesuites, leurs escrits & differents: depuis l' an* 1620. *jusqu' à la presente annee* 1626. *Philander Philanax de natura, fine, Medius Iesuitarum &c.* Tum 23. Aug. 1634. ab eadem Sacra Indicis Congregatione seqq. libri, videlicet; *Actio perduellionis in Iesuitas S. R. I. juratos hostes Authore Philoxeno Melandro: Anatomia Societatis Iesu, sive probatio Spiritus Iesuitarum: Iesuita Exenteratus: Mysteria Patrum Societatis Iesu &c.* prohibiti fuerunt, ut patet ex suprad. Congregationis Decretis, demum 14. April. Ann. 1633. & 7. Sept. An. 1634. in Campo Floræ Romæ affixis & publicatis. Ex quibus authoribus dammatis Alphonsus Vargas, Joannes Leonhardus VVillichius, Barnabas apostata & similes authores ac testes præcipuas suas calumnias mutuati sunt; ut proinde neque hi ullatenus tanquam testes contra Societatem produci queant. *Cum satis videretur absurdum illos admitti, quorum repellerentur auctores?* ut inquit Innocentius III. *in c. licet ex quadam* 47. *de testib.* maxime cum Barnabas apostata in aliis suis assertionibus ostensus fuerit superius præcedenti §. 11. esse falsus: prout ex literariis documentis R. P. F. Bonaventuræ Hocquardi SS. Theologiæ Lectoris Generalis & S. Scripturæ Interpretis ad R. P. F. Bernardinum Vetweis SS. Theologiæ Jubilatum Lectorem Ordinis Seraphici Fratrum Minorum, Definitorem Generalem, & Provinciæ Coloniæ Recollectorum Ministrum Provincialem, Viennâ 20. April. 1651. ac per Illustris & Generosi Domini Joannis Putz de Turraquila S.C.M^tis Cameræ Aulicæ Imperialis Consiliarii mecum per P. Theodorum Moretum nostræ Societatis presbyterum communicatis docere possem, ni brevitati consulerem.

Cùm igitur hi authores sint ob famosum libellum damnati, haudquaquam

quam ab illo poterunt in testes produci, *per l 3. §. 5. l, 13. §. 20. l. 21. in princ. ff. de testib.* ut not: Joan. Baptist. de Plotis, *Cons. crim.* 131. *n.* 4. *Tom.* 1. *apud Zilett. per text. & glo. in l. Ob carmen in princ. & ibi Dd. de testib.* maximè (2) cùm iidem sint & accusatores , *per l. nullus. ff. de testib.* (3) de odio suspecti *c. Inquisitionis. de testib.* Paul Merend. *Cons. crim.* 91. *n.* 4. *tom.* 2. *apud Zilet.* (4.) imo aperti inimici, per not. Nepot. *de testib. num.* 34. Butrigar. *num.* 15. *ex l. si quis. cum Auth. Sed et si quis C. de testib.* Insuper (5) viles, Justin. *Cons.* 54. *n.* 11. *tom.* 2. *crim. apud Zilett, per not. in c super executione. de testib. & ibi* Antonius de Butr. (6.) sese in testimonium contrà Societatem ingerant, Paul Merend. *Cons. crim.* 92. *num.* 16. *tom.* 2. *apud Zilett.* Sintque (7.) injurati, Nepos *de testib. num.* 38. 52. *per l. solam. l. jurisjurandi. C. de testib. c. nuper. c. suis. x. eod.* (8.) nec ullam loci, temporis circumstantiã afferant, contra not. Farinac. *prax. Crim. q.* 47. *num.* 174. *& seqq* & contra *c. cum. Io. de fid. instrum. c. in præsentia. de probat.* aut certe in ea non conveniant, *contra c. cum causam. de testib. c. nihilom.* 3. *q.* 9. (9.) neque verisimilia deponant, contra not. Crot. *de testib. n.* 164. *per l.* 13. *§. fin. ff. de testib.* (10.) Sed de falso sint suspecti *c. nonne. de præsumpt.* Gabriel. Casal. *cons. crim.* 59. *n.* 50. *tom.* 2. *apud Zilett.* (11) neque præterea dicti sui ullam afferant causam ut oportet, *c. cum caus.* 37. *de testib. & ibi Can.* (12.) nedum concludentem allegent. Laurent. ab Occa, *Cons. crim.* 60. *n.* 14. *tom.* 2. *apud Zilett.* (13.) sint quoq ue Varij, Nepos. *d. tract. n.* 117. Burrig. *n.* 8. *per c. Cum Ecclesia. de caus. poss. & propr.* (14.) Quin etiam in dictis sibi contrarii. Nepos. *d. tra. n.* 126. Nell. *num.* 215. *per l. cum precum. C. de liber. caus. l. scriptura. C. de fide instrum.* (15.) nec de visu vel auditu proprio deponant, Matthæ. Brun, *cons. crim.* 115. *n.* 40. *tom.* 2. *apud Zilett.* Nepos, *d. tract. n.* 99. *per l. constitutio. l. testium, ubi plenè not. C. de testib.* adeoque testes, qui nec viderunt, nec cognoverunt de delictis insimulatos, (16.) neq; eos nominatim sint eloquuti vel non enunciarint, ideoque nihil probent. Laurent. ab Occa *d. cons. crim.* 60. *n.* 16. *tom.* 2. *apud Zilett.* (17.) Vel etiam si ex publica voce aut fama se *audivisse dicant*, ipsi neque concludenter deponant, se id non â mulieribus *audivisse*, Alexand. Stiaticus. *cons. crim.* 117. *n.* 23. *tom.* 1. *apud Zilett.* ad hæc (18.) neque ipsi â judice ipsi auditi, prout in criminalibus oporteret; quòd intersit, ut judex videat, quâ fronte, quâve trepidatione deponat, Nell. *de testib. n.* 90. *l. de minore §. plurimo* 5. *de quæstion.* aut testes ipsius judicis præsentiâ territi, ad veritatem dicendam inducantur, quia aliàs haud ullius vita, conditio, status â calumniatoribus securus foret, Zanar. *de prax. for. Mediol. n.* 1. *ex c.* 1. *de crimine falsi*, apud Jurga-Valentinum Winther, *lib.* 1. *Parthenij litigiosi cap.* 14. *num.* 21. Deniq; (19.) quod sibi etiam judicis partes assumant, contra *l. testium & ibi not. ff. de testib. l. Omnibus C. eod.*

Ex hisce efficitur, quod cum testes contra Societatem adducti quoad personarum suarum qualitates, dicta & modum sint planè illegitimi & no-

vendecim vel aliquot saltem ex iis defectibus laborēt, ipsi nequaquam contra Societatem sint audiendi, sed tanquam inepti & calumniosè adducti, omninò sint rejiciendi, & reprobandi.

SECTIO VI.

De insimulatâ Apostasiâ & falsâ Doctrinâ Societatis.

Dividitur hæc in duas partes, quarum *prior* de insimulatâ Apostasia, & *posterior* de insimulata falsâ doctrina agit.

PARS PRIOR.

De insimulata Apostasiâ.

Hæc 23. paragraphis absolvitur.

§. I.

Commenta Hayana, de insimulata Apostasia afferuntur.

F. Romanus *in horti Confinib. sub allegat.* 496. *Tit. Medicus. num.* 8. *pag.* 391. ex Gravinæ *congeminata voce Turturis cap.* 11. *§.* 3. *&* c. 16. *§. prima causa*, objicit; *secessionem à fide Catholica fecisse Otthonem Brunsfeldium à Carthusia, Christianum Francken, Marseglium, Iacobum Reihing, & Marcum Antonium de Dominis, omnes quondam dictæ Societatis Clericos Regulares; pôst ab orthodoxâ fide Apostatas; quibus addit Nicolai Zantes Menam & Azevedum. His recens accessit, (ut ipsum docet Theatrum Europeum fol. ipsi* 475.) *Franciscus Albenus, qui Anno* 1635. *Româ missus in Bohemiam ad convertendos hæreticos, in valle Ioachimica prope Ægram, ægram trahens animam, à fide Catholica turpiter deficiens, in hæreseos latrinam prolapsus est; & ex ove, mutatâ pelle, factus Lupus, cum lupis ululare cœpit. Tacet alios minorum gentium (numerus in similibus odiosus est) qui per Helvetiam, Bavariam, VVestphaliam, aliasq; provincias aut regna, suspensa cucullâ, ex Monachos præambulones presso pede secuti, Societatem Iesu docuerunt, nil jam innocentibus Monachis exprobrandum superesse.* — *Commenta Hayana. F. Rom. impress. apostatis*

Ac posteà *ibid. n.* 11. *pag.* 343. eadem recoquendo, ait, *porrò quod ipsis objicitur, ex Monachis plures fuisse hæreseon doctores, ut non inficiatur, sic in eadem navi remigasse Societatis Apostatas invenit, ubi catalogum librorum hæreticorum Iacobi Reyhing & Antonii de Dominis intuetur, quibus nuper multarum adhuc animarum millia, secum in hæresum cloacas & barathrum aut præcipitarunt, aut in damnatis erroribus scandalosissimè roborarunt. Quam insuper nonnulli dictæ Societatis homines, qui nondum in hospitali desperatorum*

decum-

decumbunt, impatientes ac pertinaces erga Medicos, in erroribus suis defendendis esse incipiant, docuit non ita pridem Ioannes Baptista Poza Hispanus Cantaber, in Collegio Complutensi Sacrosanctæ Theologiæ Professor Primarius, qui cum (teste cit. Gravina. cap.16. §.11. doctrina Societatis) nec vellet subjici censuræ superiorũ, contentione horribili & contentiosa aversione, multis in eosdem schismatico stylo editis Responsionibus Apologeticis reclamasset, tandem iterum Romæ à S. Congregatione Cardinalium, Generalis Sanctæ Romanæ & universalis inquisitionis, suspensus est, ipsiusque opera demum omnia (quæ bene multa ediderat) proscripta, & indici librorum prohibitorum inserta fuere. Docent Catalogi Romæ impressi, & a Curia Romana in utramque Germaniam hactenus transmissi, præsertim is de 1. Augusti feriâ V. An.1641. quantâ sollicitudine prædicta Sacra Cardinalium Congregatio vigilet, ut ubertim à quibusdam Patribus sæpe memoratæ Societatis pullulantes errores ac scandala supprimat, & novitatis studiosos in officio contineat. Docent pronitatem errandi Theses Theologicæ de Gratia, libero arbitrio & prædestinatione, Antuerpiæ Anno 1641. Theses Dilinganæ Recentiores de materia eadem, Epistolæ & Memorialia Petri Biveris, Henrici Caleni & Professorum Collegii Lovaniensis Societatis Iesu Bruxellis & Lovanii eodem Anno 1641. edita, aliaq; plura, quorum tametsi nonnulla ad rem, ad rem, inceperint, nihil tamen ad rem contulisse, dicta sacræ Cardinalium Congregationis fulminatio monstravit. Hæc ibi.

Iterum *num.* 13. eadem de Poza repetit; *Tum collaudat Pontifices, quod diligenter vigilent, quaqua versum circumspiciant, & vulpes parvulas, quæ demoliuntur Domini vineam, captas intra debita doctrinæ cancellos contineant, &c.* Hactenus F. Romanus.

Ad quæ omnia & singula facilis est responsio, prout ex subsequentibus apparebit.

§. 2.

Ad commenta Hayana Responsio generalis.

Diluuntur 1. generatim.

1. PRimò malè à F. Romano asseritur, quasi hæreticorum Monachorum Apostasia aliis innocentibus objiciatur; Cum contrarium ex eo colligendũ sit, quod afferantur duntaxat, aliqua monasteria ab aliis tanquam membrum non dependentia, omnino à fide catholica descivisse, nec postmodum reformata, sed omnino emortua fuisse, quorum proinde dispositio, si exempta fuerint, ad *Pontificem*; sin minus, ad Episcopum pertinuerit, ac etiamnum pertineat. Quod dum ostenditur & probatur, nemo est, qui prudenter asserere possit, Monasteriorum à fide defectorum errores aliis innocentibus religiosis vel affricari vel impingi vel exprobrari.

2. Deinde F. Romanus descendendo ad personas singulares pauculas ac privatas

privatas Societatis, earum singularium loco & tempore dissitarum delictum reclamante communitate commissum, calumniosè toti communitati imputat; Cum delicta suos tenere debeant authores, nec personam egrediantur. glo. 1. *in l. in hoc. ff. de serv. corrupt.* ne quis alterius odio contra justitiā prægravetur. *l. non debet. 74. ff. de R. I. c. non debet. eod. in 6.* & ne delictum unius noceat alteri. *l. Papinianus. §. meminisse, de inoff. test.* Sed delictum & noxa caput sequatur; *l. 3. §. si apud servum. ff. deposit.* Hinc à singulari Persona ad universitatem mala fiet illatio, eò quod sint disparata, *per §. 6. Instit. de rer. divis.* Nec enim quia Judas à Collegio Apostolorum, & Nicolaus à consortio discipulorum Apostolicorum desciverunt, ideo ipsi Apostoli & discipuli omnes Christi descivisse dici aut denominari possunt; Iniquum ut ait Hædv. *in c. novit. sub n. 122. de Iud.* est nonnullorum culpâ damnari omnes. Non sunt deserendi boni ꝑpter malos, quin potius tolerentur mali propter bonos, ut monet Augustinus, *in fin. caus. 7. q. 1.* & fuerunt & sunt & erunt in Ecclesia Christi bonis bene semper utentes. His (ut decet) imò Christo verius aliorum condonentur errata; nec unius amentia toti assignetur Ecclesiæ. Non totum Chori Apostolici consortium contempsit ûnquam fidelis, quod in illo pessimus Judas fuerit. Hieronymus Vigilantio respondet, *paucorum culpam religioni non prajudicare. Etsi Gregorii peccata tanta sunt* (ait ipse) *ut pati debeat*; *Apostoli tamen Petri peccata nulla sunt*; Unde ab eodem verè traditum, *quod delictum persona non est in damnum Ecclesia convertendum.* Hactenus Hædvus.

Proinde si una vel altera persona singularis à Societate desciverit, non tamen propterea integrum aliquod Collegium, nedum tota Societas descivisse dici potest, uti in aliquibus accidit Ordinibus, ubi non una duntaxat alterave persona singularis, sed integra omnino monasteria notoriè desciverunt; ex quibus paucula supra attigi; si qui plura desideret, legat *Aventinum, Bruschium, Martinum Crusium* aliosque historicos, ex quibus aliquem istorum quis conficiet Catalogum. Deinde nec ex defectu unius alteriusve personæ particularis poterit inferri, quod propterea Societas ad hujus temporis hæresin debellandam non sit delecta, sicuti nec ex Judæ Iscariotis aut Hermetis, Athenagoræ, Nicolai defectione poterit negari, Collegium Apostolorum & discipulorum Christi ad conversionem gentium, & Judaismi oppugnationem à Jesu esse delectum; Cum ne quidem ea, quæ fiunt per accidens, naturali institutioni aut cursui prævalere possint, *per l. qui habent. ff. de tutor.*

§. 3.

De assertis Apostatis Societatis in genere.

Tertiò notandum est, quod si quis ex Societate defecit, non ille novam docuit Hæresin, prout aliqui ex primis Monachis Apostatis docuerunt,

ſed horum hæreſim ob ſuperbiam vitæ, aut carnis concupiſcentiā, aut aliud animi latens vitium à Deo deſertus poſtpoſito Dei timore fuit amplexus.

Uti Jacobus Reihing & Le Bancq, qui ſi illud Apoſtoli uſurpaſſent; 1-Cor. 9. 27. *Caſtigo corpus meum, ne cum aliis prædicaverim, ipſe reprobus fiam*, rogaſſentque ſæpius cum Davide Deum, *Confige timore tuo carnes meas*, Pſ. 118. v. 120. ne, ut loquar cum ſcriptura S., *Gen 6.12. Caro corrumpat viam ſuam*. Nullus dubito, quin *cum metu & tremore* oporteat nos *noſtram ſalutem operari*, &c. Philipp. 2.12. 1 Cor. 10. 12. quisque, *qui ſtat* ſive ſuperior ſive inferior, habeat videre ne cadat.

§. 4.

De Ottone Brunsfeldio.

ALii à F. Romano recenſiti Apoſtatæ injuſtè ſeu per injuriam Societati aſſcribuntur; Cum vel in Societate non vixerint, vel pridem antè ab ea deflexerint vel certe non à fide deſciverint. Nam *Otto Brunsfeldius, à Carthuſia*, ut conſtat ex Bibliotheca Conradi Geſneri, *impreſſa Tiguri apud Chriſtophorum Fiſchoverium in Sept.* 1545.) Moguntinus fuit, natione Germanus, primùm Monachus Carthuſianus; deinde Ludimagiſter Argentorati per annos 9. poſtea medicus & Bernam Helvetionem vocat*, ubi poſt varia ſcripta opuſcula & edita 1529. &c. demum An. 1534. obijt, priusq̃. Societas noſtra 1540. erigeretur. Ut proinde is haud unquam Societatis Religioſus eſſe potuerit.

§. 5.

De Chriſtiano Francken.

CHriſtianus Franckē, Garlebienſis fuit Romæ quidem ad domum probationis Societatis Jeſu admiſſus, in eaq; (uti ipſemet *in ſua epiſtola, Anno 1579. data & dialogo de Jeſuitis*, Ein Geſpräch von den Jeſuitern/ Baſileæ Anno 1581. impreſſo in octavo præfixa fatetur) ob mortificationem corporis tertio in febres incidit, ac poſtea in Collegio Romano, ubi multi adoleſcentes pij & religioſi non ſolum aſſiduo ſtudio & continua piarum rerum meditatione, capitis aut cordis dolores incurrerunt, vel etiam vitam ex hauſerunt, promptus is fuit ſuam quoque vitam iſto modo offerre, niſi ex conſilio medicorum invitus ad Collegium Neapolitanum, ubi lenior aſpirat aura, translatus fuiſſet; Inde remiſſus in Germaniam, ubi tandem aliquando ad ſuos reverſus, aliorum ſalutem curaturus, ſuam liberiori vita neglexit, ac nullis votis publicis aut ſolennibus illigatus, in ulteriori probatione adhuc verſaretur, ut teſtis eſt ipſemet Chriſtianus Francken, *in præfato colloquio*

ſem

seu dialogo cum Laurentio Florenso Epistolæ suæ inserto, pag 13. habito Viennæ 1578 20 Junij, paulo antè discessum à pristino fervore remissior, à Societate atque etiam tandem à fide defecivit (ut P. Martinus Santinus, qui Viennæ *Anno* 1587. & Pragæ *Anno* 1588. vixit, mihi 19. Jan. 1650. scribit) in Hungariam profugus; at nullus inauguratus sacris ordinibus; Quem tamen suum à Societate Jesu (quam se ingressurum voverat?) atque ab Ecclesia discessum postea *in edita suâ Herbipoli Anno* 1583. *impressa epistola Romæ etiamnum asservatá* (Herbipoli enim militari incursione reliqua ejus exempla perierunt) deploravit, fassus à se temere Societatem desertam & fidem impugnatam; quam eandem P. Martinus Santinus ante multos annos legit. De eodem Christiano R. P. Martinus Stredonius Provincialis Bohemiæ superiori " anno cum opinione sanctitatis defunctus rescripsit; quod Logicam qui- " dem docuerit, sed cum inquietudinibus, à quibus ante mortem per varias " statuum mutationes nunquam visus sit liberari. Prout ex ipso R. P. " Provinciali mecum P. Bernardus Watzko, 5. Nov. 1649. communicavit.

§. 6.

De M. Antonio de Dominis.

Tertius M. Antonius de Dominis in Societate quidem votis simplicibus nuncupatis Patavii Theologiâ audierat, Romæ tertium probationis annum peregerat, annosque ferè viginti vixerat, tandem ab ea, non ut alios nonnunquam infirmitas valetudinis, non parentum sollicitudo, non subitæ alicujus perturbationis æstus, qui tranversos plerumque etiam agit sapientes, sed Episcopatus ambitio abstraxit; Cum enim ad eum dignitatis gradum, cujus exarserat cupiditate, præclusum sibi Societatis legibus aditū cerneret; (nemo enim suâ sponte ad hanc diem è nostro numero, nisi Sacrosancto summi Pontificis ac Societatis judicantis pro majore Dei gloria & bono Ecclesiæ exigente necessitate hic & nunc postulationi ejusmodi deferendum esse, licet ad id non obligetur, *juxta Constit. part.* 10. § 6. *lit. A. Hist. Soc. part.* 1. *lib.* 14. *n.* 112. *usque ad num.* 116. de quo *in fin. resol. q.* 4. *tract.* 2. compulsus imperio, Episcopus factus est) longe aliud causatus, ut obsequeretur cupiditati suæ, Sacramentum militiamque spiritualem Religionis desetuit, ac tandem è Societate dimissus, ut publicis nostris tabulis satis constat, nihil jam commune nobiscum habuit, nisi fidem & Ecclesiam; tum Senensis Ecclesiæ præfecturam seu Episcopatum, quem vir optimus patruus ejus in Glissensi expugnatione mortuus obtinuerat, rogatu Rudolphi Cæsaris, in eum Summus Pontifex contulit. Tandem, dum irritatis ad sumendum de primoribus civitatis supplicium Magistratibus omnium in se animos accenderat, subveritus, ne nisi sponte Episcopatu cederet, loco

D. M. Antonio de Dominis Resp.

cum ignominia pelleretur, per viros primarios impetravit, ut abeundi Episcopatu, legendique sibi successoris potestas fieret. Cessit, atque ad Archiepiscopatum Spalatensem, sed media pensione solvenda, translatus, in qua solvenda cum difficilior esset, atque abdomini & ventri serviret, à Domino desertus, tandem non Jesuita, fidei desertor; sed desertor Societatis etiam postmodum circa Annum 1616. fidei transfuga factus est, ad quam tamen An. 1622. reversus in Italiam pristinos recuperavit honores. Reditus autem sui ex Anglia ad Ecclesiam Catholicam ipsemet M. Antonius de Dominis Archiepiscopus Spalatensis consilium exposuit, quod Coloniæ apud Bernardum Gualterum Anno 1623. impressum est.

Et licet post obitum suum ipsius cadaver una cum libris combustum fuerit, attamen id in exemplum aliorum factum fuit, alias ipse privatus in carcere suo ante obitum more ac ritu Catholico sua per exomologesin peccata expiavit, ac Catholicè mortuus fuit.

§. 7.

De Ioanne Marseglia.

MArsilium quod attinet, vocatus is fuit Joannes, atque Antonii Marseliæ, qui Romæ Theologiam docuit, frater in provincia Neapolitana ordinante P. Roberto Bellarmino id temporis Provinciali Philosophiam docuit, ac simul concionatorem egit, tandem ad Venetos, quando ipsi à summo Pontifice Paulo, V. diffidebant, à Societate nostra, non tamen, quemadmodum Fr. Romanus per injuriam impingit, à fide Catholica defecivit, (nam alias ipsum Resp. Veneta Catholica nec recepisset, nec fuisset passa) seseque decem Theologis, quorum Consilio & opera Veneti adversus summum Pontificem utebantur, adjunxit, ac pro ipsis scriptum aliquod evulgavit, quod Cardinalis Bellarminus refutavit. Miserrimâ desertor hic catastrophe vitam clausit; vermibus linguâ depascentibus, ut vix sibi ad salutem necessaria potuerit media postulare; Hæc ad me P. Franciscus Amicus Societatis nostræ emeritus Theologiæ professor ac libris clarus, 7. Maij. An. 1649. perscripsit, re & nomine amicus. Ita enim dum viveret, omnibus charus fuit.

§. 8.

De Mena & Azevedo.

De Mena PRæterea recenset Gravina, atque ex eo F. Roman⁹ inter Apostatas à Socie. & fide *Menã*, quasi ipse ad Nicolaitas accessisset seu unus esset ex Nicolaizantibus, in quo illi ipsi pejus & gravius imponũt, q̃ ipsimet Hęretici, qui ipsũ non â fide Catholica descivisse tradunt, sed in libro damnato de confidentia Jesuitica & speculo Jesuitico manus. 7. inferto, persuadere conantur, quasi

P. Joannes

P. Ioannes Mena Professor Theologiæ Valli Soleti in Hispania quidem propter insimulatam pœnitentis Sollicitationem ad inquisitionem delatus fuerit, sed secus, ac Hæretici calumniantur & eventus docuit, per calumniam. Nam cum nihil fuerit deprehensus peccasse cōtra eius Tribunalis leges. tandem ex morbo mortuus ab inquisitione absolutus, atque ab eadem inquisitione jussus est ritu nostro sepeliri. Quod certe non iussisset inquisitio, si istius criminis reus fuisset deprehensus, cuius illum F. Romanus per Calumniam atque iniuriam accusavit. Ita ad me adm. R. P. N. Generalis Vincentius Carrafa.

Quod de Patre *Azebedo* refert F. Romanus, quasi ipse à fide Apostatarit atque Nicolaizarit; de eo non constat, nec à F. Romano probatur, nisi fortè F. Romanus martyrem illum intelligeret, qua in re insignem illi iniuriam faceret. Cum P. Ignatius Azebedius Lusitanus Præpositus Provincialis cum 38. Sociis in Brasiliam fidei propagandæ causa navigaret, in itinere à Iacobo al. Joanne Sora Calvinisticæ sectæ pirata fisso capite, ac tribus lanceis confossus interfici ac demum, cum Deiparę imaginem, quam frustra eripere conabantur Hæretici, manuteneret, mortales angelosque testatus, se pro Ecclesiæ Catholicæ defensione mori, in mari præcipitari iussus est, ut author est Alegambe in Bibliotheca sua in indice martyrum, ad Ann. 1570. *De Azebedo.*

Et licet author speculi Iesuitici ad d. ann. 1570. neget Ioannem Soriam, Calvinianæ sectæ piratam fuisse, eo quod Thuan. lib. 45. historiæ, ubi de P. Azebedi eiusq; Sociorum occubitu agit, earum circumstantiarum non meminerit, attamen si attendatur, quod Thuanus testetur Ioannem Soriam Rupellas, quæ tunc pro Calvinismo fervebant, nec nisi Calvinistas admittebant, &, ut author est Metteranus lib. 3. histor. belg. ad d. an. 1570. piratarum mare infestantium erant receptaculum, rediisse, nemini etiam ipsis Authoribus Thuano & Metterano, quorum fidem sequitur author speculi Iesuitici, dubium esse poterit, quin P. Azebedius à Calvinistico pirata sit odio fidei Catholicæ religionis interemptus.

Quando verò F. Romanus illum de Hæresi Nicolaitarum accusat, videtur ex parte cum Calvinistico pirata Ioanne Soria facere, inclamante, interfice, interfice, quoniam ad prava dogmata (ita Calvinista Catholicæ fidei doctrinam per Calumniam vocitabat) disseminanda Brasiliam p[illegible]unt. Quare idem Joannes Soria cerea Sigilla, oratorios calculos [illegible] numismata, rosaria, & reliquias & mysticæ supellectilis instrumenta, quibus, ut author est Thuanus cit. loco religiosi illi Patres Novitios Indos Christiana pietatis sacris initiant, in mare abjici jussit, atque exeunte Sextili Rupellas incolumis redit.

§. 9.

De Francisco Albino vel Albano, de quo in Theatro orbis mentio fit.

De Francisco Albino vel Albano.

QVod ad *Franciscum Albinum* vel Albanum attinet, hæc de eo à P. Martino Santino in Provincia Bohemiæ Professorum antiquissimo Pragæ 10. Novembris Anno 1649. datis literis per *R. P.* Rodericum de Arriaga Societatis nostræ in Provincia Bohemiæ ViceProvincialem 18. Decem. eodem Anno 1649. ad me missa accepi, quibus uterque attestatur, eum nunquam Societatis nostrę fuisse. Hæc verò scribunt.

Franciscus Albinus, quid monstri sit, non satis scio. Hoc scio, eum Societati nostræ ne quidem ad momentum dedisse nomen, sed tantum fuisse sæcularem sacerdotem, qui ante paucos annos ex Parochia, cui in valle Joachimica præpositus erat, ut parochianos suos à Lutheranis pascuis ad Christi ovile traduceret, ab Asmodeo ita miserabiliter captus & dementatus est, ut cum muliercula, cui flagitiosè consueverat, in Misniam transfugerit, factus ex Christiani ovilis pastore lupus Hæreticus.

Quod autem miserandus hic homo fuerit in Italia maximus concionatur, mera est fabula. Romæ enim tantum alumnus fuit, & confecto studiorum curriculo, in hoc demum regnum delatus. Fortè aliquot conciunculas Germanicâ linguâ habuit ad Helvetos custodes corporis Pontificii; sicuti Alumni interdum habere solent; Hæc habui, quibus ad Reverentiæ literas 5. Nov. datas & ante triduum mihi redditas responderem, &c. Pragæ, 1649. 10. Nov. hæc P. Martinus Santinus atq; cum eo R. P. V. Provincialis P. Rodericus Arriaga 18. Dec. An. 1649. qui simul admodū Reverendi Dni *Nicolai Fabri Decani* Commotoviensis utpote vicini Valli Joachimicæ, cui optimè notum erat, quid prætcritis annis ibidem acciderat, de eodem Francisco Albino attestationem & depositionem sub ejusdem D. Prælati manu & sigillo 4. Dec. Anno 1649. conscriptam, in qua non tantum supradictis conformia sed, & brevem totius vitæ ipsius periochen cōplectitur, ad me misit, quæ ita se habet.

Documentum

Franciscus Albanus Patria Moguntinus ad Rhenum absolutis humaniorum studiis & Philosophiæ studio fæliciter percurso, tandem ad Ecclesiasticum statum in alma Moguntia in Ecclesia quadam Collegiata, quarum ibidem diversæ reperiuntur, promotus est. Hoc in statu aliquantulo temporis spatio consumpto qualem Franciscus hic in virum evasurus foret, primordia mox præsagire cæperunt. Accidit, ut inter Franciscum & Affinem suum Fabrum ferrarium Germanæ Sororis maritum ob certas causas Anno 1619. discordia oriretur, eaque magis ac magis accresceret, nec qui litem hanc

hanc dissolveret, interpellaretur, interea uti Iscariotis Traditoris, ita & hujus Francisci cor Cacodæmon, invasit, ut vindice non aliena sed propria manu affinem, occasione sibi commodissima provisa, cultri adminiculo trucidarit; quod facinus quàm deliberato perpetrarit animo, sequentia attestantur. Præmiserat latro hîc vestes sæculares ad certum locum; patrato homicidio iis quamprimum indutus, fugæ sese commisit: Latronem per omnes vias inquisitum ablegarunt cursores, at nemo qui latronem Clericali vestitum habitu transisse videtat, compertus est. Salvus itaq; & incolumis patriâ post habitâ Romam appulit, in qua post SS. Theologiæ Palæstram Doctoratus Laurea coronatus est, aviculæ autē adinstar, cuius naturæ Doctor hic porrò foret, cantus & color demonstrarunt. Adeptus Doctoratus gradum apud Cardinales & Episcopos Romæ doctor hic gratiam obtinere nitebatur, quam & consecutus est. Eam verò cum fallax & rarò stabilis, brevi procaci sua & virulenta hæresin spumante prodidit lingua, eius enim mores vita, acta &c. nil nisi novam præ se ferebant hæresin, adeo ut sacræ inquisitioni tradendus, omnium versaretur in ore, quo audito Nefarius homo Romano transfugarum more valedixit solo. Italia peragrata Viennam Austriæ appulit, ubi ad magnum temporis spatium commorans, sicut Romæ, ita & Viennæ Hæreseos signa in lucem dare visus est: Hic cum à nonnullis ibidem observaretur, velut Hæresiarchæ novi suspicionem cunctis præbens, fuga fretus Anno 1629. Pragam pertransiens Catanam Bohemiæ civitatem se recepit, ubi ut doctus homo ab Admodum Reverendo Domino Ioanne Hagelio de Ravensberg Decano tum temporis (piissimæ memoriæ) humanissimè exceptus, in Sacellanum admissus est. Anno prope uno in Sacellanatus officio consumpto ad Parochiam Vallis Ioachimicæ promovetur. In ea civitate, quæ vera malorum sentina & Hæreticorum refugium est, unum consumpsit annum, ubi tandem non ut apis fructifera omnem suum eloquentiæ & Doctrinæ Catholicæ succum, quem in studiis collegerat, in mel Gloriæ divinæ, pietatis, Sanctitatis & fidelium Salutis, sed vel hæreseos, & virus propriè cumprimis tum aliorum perditionis assiduo lectis hæreticorum libris convertit, unde Justas demum scelerum suorum pœnas pertimescens socia pellice Hæretica Bohemiæ trangrediens fines, Wittenbergam Saxoniæ veniens, summo ministrorum Lutheranorum tripudio acceptus. Paucos post dies in summo templo omne nequitiarum suarum virus concione revocatoria eructavit evomuitque; quæ interea contra Catholicos ibidem degens convicia & mendacia fingere potuit, sedulo adlaboravit, donec tandem justo Dei judicio mens atra scelerato huic Apostatæ fauces occlusit vitamq; finivit. Mores ejus & vitam quod concernit, nemo pro merito satis delineare audebit, Sacerdotem in templo egit, sannionem foris, sophistam si quis audivit, acutissimus hic fuit, Sycophanta, Calumniator pessimus, epulo,

epulo, Scortator, Potitator Laureatus & verus demum scelerum ac flagitiorum omnium Magister, quod autem filius hic perditionis aut alius eiusdem sibi nomen vendicans, in quodam libello contra P. Societatis Iesu iniuriosissimè edito, quondam & se Societatis Iesu fuisse gloriatur, falsissimum est, Is enim à Iuventute Societatis eiusdem hostis infensissimus fuit, eamque Sacerdos adhuc Catholicus miris modis, calumniis atque convitiis dilaniare non erubuit, atque id non absque summo scandalo, uti potissimum ex ore eius sceleratissimo propriis meis auribus cum detestatione, reliqua vero ex relatione Notarii cuiusdam Apostolici & Cæsarei adhuc viventis, quæ apostata ore proprio, velut gloriabundus spumavit, percepi, quas & memori adhuc mente bene teneo, quæ pauculis pro defensione veritatis & ad cōfusionem Apostatæ sceleratissimi notare volui, In quorum fidem has propriæ manus meę subscriptione & consueto sigillo munitas dedi Commothovij in Bohemia 4. Decemb. Anno 1649.

L. S.

Nicolaus Faber Decanus ibidem.

Hæc ipse Dominus Prælatus

Unde cum Franciscus Albinus vel Albanus, ab ineunte ætate usque ad extremum vitę spiritum Societatis nostræ infensissimus fuerit hostis, quomodo igitur ipse Societatem nostram adamasse, eamque ingressu suo complexus fuisse, ab homine sanæ mentis ac recti judicii asseri poterit. Videant autem hęretici fabularum Architecti, qualia monstra sibi suarumque animarum saluti deposcant ac foveant pastores.

§. 10.

De assertis aliorum locorum Apostatis Societatis.

CÆteros ex Helvetia, Bavaria, Westphalia, aliisque Provinciis jactatos à Societate atq; fide apostatas quod F. Romanus tacere se asserit, in eo si non cautè, saltem astutè agit. Nam si, uti consuevit, ex Hæreticorum Calumniosis testimoniis eos descripturus fuisset, mox cū rubore manū de tabula movere juberetur. Siquidem hæreticorum rumores, quibus varii ex Societate nostra tanquam Apostatæ in modo nominatis Provinciis traducuntur, mendaciorum & falsitatum jam pridem convicti sunt, atque etiamnum convincuntur.

§. 11. De

Eod.

De PP. Adamo Contzen & Hieremia Drexelio.

ANnon Anno 1619. P. Adamus Contzen & P. Hieremias Drexelius tāquam ex Bavaria profugi, Ratisbonæ & Landishuti fuêre insimulati; & tamen ipsi nihil simile cogitarant, imò nec pedem extra Collegium Monachiense, quod incolebant, extulerant? unde ipsi diffamatoribus lepidum opposuerunt apologum inscriptum. New aufferstandenes Ostermärle von der Flucht zweyer Jesuitern Adami Contzij vnd Hieremiæ Drexelij, welche wunderbarlicher weiß auß Beyern flüchtig worden / vnd doch keinen Tritt auß der Statt München gewichen / getruckt zu München durch Nicolaum Henricum M. DC. XXIX. id est, recens excitata paschalis fabula de fuga duorum è Societate Iesu Adami Contzij & Hieremiæ Drexelij, qui admirando modo ex Bavaria profugerunt, ne uno quidem è Civitate Monachiensi passu recedentes, impressa Monachij Anno 1629.

§. II.

De assertis 36. Iesuitis & Cæsaris Confessario ac juniore Spinola.

ANnon similis fabula post lapsum viginti annorum Anno 1649. superiore Ratisbonæ impressa longè latèque vagari cæpit, quasi 30. & plures Societatis Patres ab eadem cum Cæsaris Confessario Samsone profugi Lipsiam appulissent, hæresin Lutheranam amplexuri, Ita enim Norinbergēsis Novellarum relationum impressor, *Commentum Acatholicorū.*

Auß Leipzig vom 19. October Anno 1649.

Auß Prag seynd 36. Jesuiteren zu Dreßden ankommen / die sich zu vnserer Confession begeben wollen / vorgebent / daß derer noch eine grosse Anzahl folgen werde / auff vnserer Taffel allhier haben wir den Samson Jesuswider vnd Keyserl. Beichtvatter / so vor diesem allhier revocirt, imgleichen haben wir einen Jungen Spinolam bey vns deß Cardinals Spinolæ zu Rom Bruders Sohn / so bereits zu Rom Thumbdechant vnd weiß nicht / was gewesen / welcher auch im Werck allhier zu revociren / massen er den alle Tag 4. Stund informirt wird.

Lipsiâ 19. Octob. Ann. 1649.

Pragâ Dresdam 36. Iesuitæ appulerunt nostram suscepturi Confessionem, obtendunt complures eorum secuturos. Hic in mensa nostra nobiscum accumbit

Samson, qui fuit Iesuita & Cæsaris Confessarius, qui ante hac hic revocavit. Similiter apud nos est Cardinalis Spinola Romæ habitantis ex fratre nepos iunior, qui Romæ fuit adiis Summæ Decanus, & non scio, quid non fuerit, qui etiam jam se disponit, ut revocet; siquidem singulis diebus quatuor horis informatur.

Hanc relationem ubi R^mus. & Ill^mus Dominus *VVilhelmus Comes à Furstenberg* Metropolitanæ Coloniensis & Cathedralis Argentinensis Ecclesiarum Canonicus &c. sibi ab Illmo. D. H. Comite Nassovico transmissā mecum communicavit, mox ego eiusdem veritate inquisita deprehendi totam esse commentitiam, quemadmodum ex literis *P. Bernardi Oppels* Pragâ 22 Decemb. 1649. ad me datis cognovi, hæc enim ipse inter alia scribit.

Refellitur 1. ex literis P. Bernardi Oppels.

Ita est, mi reverende Pater, fabulam mendacissimam impressere mendaces fabulæ textores. Nullum unquam Spinolam nostra Provincia habuit; sed neq; habuit Samsonem Cæsari à Confessionibus. Manemus adhuc in hoc Collegio centum & duodecim omnes Iesu nostro servientes. Sic & suum integrum habet numerum Domus professa, habet & Collegium Neopragense; integra quoq; Provincia nostra ne unū quidem novit desertorē, taceo triginta. Quid si fabulæ illi mendaci occasionem dederit Samson celebris quondam apud Franciscanos (de larga vulgo) concionator, qui hic & Vienna & alibi in primariis sui Ordinis pulpitis, annis pluribus magno dixit cum plausu, & impiè sua deserta religione ante annum aut summum biennium Vratislaviâ ad novos profugit Evangelicos, quem non multo post ex eodem monasterio tres sunt secuti; sic forte ex tribus Franciscanis triginta Iesuitas, ex Vratislavia confingunt Pragam. Credo me à vero non aberravisse. Pragæ in Collegio S. Clementis 22. Decemb. 1649.

Reverentiæ V^æ.

Servus in Christo

Bernardus Oppel.

2. Ex literis R. P. Roderici Arriaga Vice-Provincialis & P. Bernardi VVatzko.

Gemina his R. P. *Rodericus Arriaga* Vice-Provincialis Bohemiæ & P. *Bernardus VVatzko* Serenissimo Dno. Dno. *Christiano VVilhelmo* Marchioni Brandenburgico &c. olim Administratori Hallensi & Magdeburgensi, &c. Dno. meo Clementissimo, à confessionibus mihi perscripserunt.

3. Ex literis confessariorū Imperatoriæ Maiestatis.

Et sanè quam fabulosum sit, quod Samson de larga Franciscanus Apostata Cæsari fuerit à Confessionibus possum plurium annorum literis à Cæsaris Ferdinandi II. p.m. & Ferdinandi III. moderni Imperatoris Confessariis *P. Guilelmo Lamormaini, P. Henrico Philippi ac P. Ioanne Gans* ad me fere quothebdomadibus datis coarguere; cum eas omnes ad manum adhuc habeam, nec Samson ille unquam fuerit Societatis Iesu, ut constat ex literario documento Generosi D. Ioannis Putz sup. *Sect* 5. §. 11. allato.

4. Ex publicis trium civitatū Pragensium documentis.

Et ne ulli amplius dubium de hac conficta fabula apostatantium esse possit, eā in rem documenta Senatus tam antiquæ quam novæ & minoris civitatū Pragensiū sub earundē sigillis mecum communicata hic adiungo, quibus insigniter fabella ea refellitur. Ita vero se ex ordine habent.

1. Do-

1. Documentum antiquæ Urbis Pragensis.

WIr Bürgermeister vnd Rath der Königl. Alten Hauptstatt Prag/ im Königreich Böheimb vrkunden vnd bekennen hiemit vor jedermänniglichen/beverab/wor solches vonnöhten daß sich nachfolgende von vns den 27. Monats Tag Junij/ dieses gegenwertigen 1652. Jahrs in die löbl. Königliche appellation, auff dero an vns de dato den 10. Junij jetzbesagten Jahrs ergangener Befelch/gethane Relation vnd Bericht in vnsiren Relations Bücheren von Wort zu Wort befindet/wie folget.

Hoch- vnd Wohlgeborne/ Wolgeborne/ auch Woledle/ Gestrenge vnd hochgelehrte Herren.

Was der Ehrwürdige Pater Theodorus Muretus der Societät Jesu Priester & Sacrosanctæ Theologiæ Doctor, eiusdemque Professor Ordinarius an Ihr Excell. vnnd Gnaden die Königliche Herrn Statthalter im Königreich Böheimb Supplicando gelangen lassen/ vnd was Ewer Gnaden vnd Gestreng dißfalls an vns sub dato den jüngstabgewichenen zehenden Monats Tag Junij/ vmb einen Bericht (ob nemblichen etwas in re vorgangen / massen zu Nürnberg Anno 1649. in offentlichen Truck außgesprenget wordẽ/ sambt weren der Leipziger Zeitung gemeß den 19. October jetzgemelten Jahrs/ sechs vnd dreissig Jesuiten von Prag mit vnd nebenst Ihrer Keyserl. vnd Königlicher Mayest. vnsers allergnädigsten Erbherrens Beichtvatters / Nahmens Pater Samson, von hier flüchtig worden / sich von dannen nacher Dreßden begeben / vnd alldorten der Lutherischen Secten zugesellet) schrifftlich abgehen lassen/haben wir alles mit mehrem vnd zur Gnüge vernommen.

Berichten derowegen Ewer Gnaden vnnd Gestreng / daß all dergleichen durch die Leipziger vnd Nürenberger spargierte Reden nichts anders als (salvâ veniâ) pur lautere mendacia, vnd hochsträffliche injurien, dann von Anfang vnd so lang die Ehrwürdige Gesellschafft vnsers Hailands allhier in der Alten Statt Prag verbleibet/ist niemals von einzigen dero Priester vnnd anderen zugethanen jhres Ordens Personen / das geringste scandalum, oder was etwan sonsten der allein seeligmachenden heiligen Römischen Catholischẽ Religion zu wider seyn möchte / verübet/vnd begangen worden:

Zugeschweigen/daß jemahls einer auß deß Ordens Regul getretten/vnd Secten deß rc. Lutheri solle angenommen haben;

Sondern sie haben sich je vñ allezeit nit allein in formando juventutem in timore Dei, pietate, honestissimis moribus & liberalibus disciplinis, sondern auch in Bekehrung deß Volcks vnd Abhaltung von allerhand Geist- vnnd Weltlichen Irrthumben/der vnd solcher gestalt verhalten/wie es Gottsförchtigen/frommen/getrewen/fleissigen vnd der heiligen Römischen Catholischen allein seeligmachenden Religion/ als deß einzigen wahren Christi Weinbergs

eyferigen Vorstehern / auch ihrer vnnd deß nechsten Seeligkeit liebhabenden Geistlichen Vätteren zustehet / verhalten / vnd nach Außmessung deß Heilligen Worts Gottes ihr Leben geführt; Warauß nun zuersehen / daß die Leipzig- vnd Nürnberger solch ihrer wider die hiesige Ehrwürdige Societät Jesu dißfals zur Vngebühr in vulgus außgegossenen / gifftig vnnd schmähsüchtigen gantz vnwarhafften Reden halber / vor offentliche diffamanten zu halten / vnd billich von männiglichen geschäget werden sollen: Könten dahero sich solcher Zeitungs Schreiber (in futurum) einer vnd dergleichen Ehr vnnd guter Leumuth betreffenden Sachen eines besseren Grund der Warheit (als damahls geschehen) erkundigen. So Ewer Gnaden vnd Gestreng wir hiemit der lieben Warheit zu stewr nebst zurück sendung deß Einschlusses relationiren / vnnd zu berichten nicht vmbgehen solten. Zu dero beharrlicher affection vns darbey gewöhrig empfehlende. Actum 27. Iunii Ann. 1652.

Ewer Gnad. vnd Gestrengen.

Dienstwillige
Bürgermeister vnd Rath der Alten Statt Prag.

Dessen zu mehrem Glauben vnd Bekräfftigung / haben wir diesem Transumpto vnser kleinere Statt Insigel wissentlich vortrucken lassen. So geschehen den 9. Monats Tag Augusti im Sechszehenhundert vnd zwey vnd fünffzigsten Jahr.

L. S.

NOs Consules & Senatus Regiæ antiquæ Metropolis Pragensis in Regno Bohemiæ notum facimus & attestamur cuilibet, aut ubi id opus erit, quod à nobis 27. mensis Iunii præsentis anni 1652. laudabilis Regiæ Appellationis ad mandatum nobis 10. Iunii d. anni intimatum, subsequens Relatio & informatio in Relationum nostrarum Protocollis ad verbum reperiatur.

Illustrissimi, PerIllustres, Prænobiles, Strenui & Clarissimi Domini.

Quod Reverendus Pater Theodorus Moretus Societatis Iesu Presbyter & SS. Theologiæ Doctor, eiusdemque Professor Ordinarius Excellentiis Vestris & Gratiosis Dominationibus Regiis Legatis seu Vicesgerentibus in Regno Bohemiæ supplicando petiit, quodque Gratiosæ & Strennæ Vestræ Dominationes eo nomine ad nos 10. mensis Iunii proximè lapsi pro danda informatione (utrum reipsa acciderit, quod Norinbergenses Anno 1649. typis evulgarunt, quasi juxta relationes Lipsienses 19. Octob. modo nominato Anno, triginta sex Iesuitæ una cum Cæsareæ & Regiæ Maiestatis Clementissimi Dni nostri hæreditarii Confessario, Patre Samsone, hinc profugi Dresdam se receperint, ut Lutheranorum Sectæ associarentur) perscripserunt, nos pluribus & sufficienter intelleximus.

Quare

Quare Gratiosas & Strenuas Vestras Dominationes certiores facimus, quod omnes ejusmodi à Lipsiensibus & Norinbergensibus sparsi rumores nihil aliud, quam (salvâ veniâ) mera puta mendacia & summè reprehendenda injuria sint. Nam ab initio ingressus sui & deinceps quamdiu Reverenda Societas (Iesu) nostri Salvatoris hic in antiqua civitate Pragensi subsistit, haud unquam ab ullo Presbyterorum & aliorum Societatis Religiosorum, scandalum etiam minimum, datum, aut quod Sanctæ & salvificæ Romano-Catholicæ Religioni adversaretur, exercitum & admissum fuit. Tacetur, quod haud ullus ex Ordine isto egressus Sectam &c. Lutheri susceperit; sed omnes semper & ubique non solùm informando juventutem in timore Dei, pietate, honestissimis moribus & liberalibus disciplinis, tum in conversione populorum, & revocatione à spiritualibus & sæcularibus erroribus ita se ut pios, probos, fideles, diligentes, ac Sanctæ Romano-Catholicæ salvificæ tanquam unicæ veræ vineæ Zelosos cultores & præsides, sua, & proximorum salutis amantes Religiosos decet, gesserunt, vitam q; suam doctrinæ verbi Dei promulgati conformem duxerunt. Vnde videndum, quod Lipsienses & Norinbergenses ob suos adversum hujatem Reverendam Societatem Iesu indecenter in vulgus sparsos, venenatos & famosos, minimè veraces sermones publicè, & meritò à quovis diffamatores sint censendi. Proinde possent ejusmodi novorum compositores in futurum in rebus unius vel alterius famam & honorem concernentibus, melius in veritatem (quàm tunc factum) inquirere. Quod quò minus Gratiosis & Strenuis Vestris Dominationibus nos in testimonium veritatis unà cum remissione inclusi referremus, & indicaremus, prætertre non debuimus. Continuæ earundem affectioni nos jugiter commendantes. Actum 27. Iunii, Ann. 1651.

Gratiosis & Strenuis DD. VV.

Officiosissimi

Consules & Senatus Antiquæ Civitatis Pragensis.

Pro majore fide & confirmatione, huic Transumpto minus Civitatis nostræ sigillum scientes apprimè curavimus. Actum 9 mensis Augusti, Anno Millesimo, sexcentesimo, quinquagesimo secundo.

L. S.

2. Documentum novæ Vrbis Pragensis.



Jr Burgermeister vnd Raht der Königlichen Newen Hauptstadt Prag im Königreich Böheimb vhrkunden vnd bezeugen hiemit für jedermänniglichen/ bevorab/ wo solches die Nothturfft erfordert/ Nachdeme wir vns nachfolgender Massen specificirter Spargirens halber eigentlich erkundiget/ daß nichts dergleichen/ was im offentlichen Truck

zu Nürenberg verwichenen 1649. Jahrs außgesprenget worden / als wann ehistgemelten Jahres 36. Religiosi der Societet Jesu mit einem Patre Samsone Käyserl. Majest. Beichsvatter von Prag flüchtig nach Dreßden sich begeben / vnd der Lutherischen Religion zugeseller haben solten / allhier in Prag infacto vorgeloffen / oder einerley Weise befunden worden.

Dessen zu mehrem Glauben vnd Bekräfftigung / haben auff Anhalten des würdigen Patris Theodori Mureti, der erstgemelten Societet Jesu/dieses offentliches Gezeugnüs der Warheit zu stewer vnter vnseren vorgedrucktem kleiner Stadt Insiegel wissentlich außfertigen lassen / rc. So geschehen in der Newen Stadt Praag / den 13. Sept. Anno Christi 1652.

L. S.

NOs Consules & Senatus Regiæ novæ Metropolis Pragensis Regni Bohemiæ Notum facimus & attestamur coram quovis, aut ubi id opus erit. Postquam nos, prout sequitur, in certos sparsos rumores accuratè inquisivimus, quod nihil simile illi, quod typo publico Norinbergensi præterito Anno 1649. divulgatum fuit, (quasi modo nominato Anno, 36. Religiosi Societatis Jesu cum Patre Samsone Cæsareæ & Regiæ Majestatis Confessario Pragâ profugi Dresdam se contulissent, & ad Lutheranam Religionem accessissent,) hic Pragæ reipsa acciderit, aut ullatenus accidisse deprehendatur.

Pro majori illius fide & confirmatione, ad instantiam Reverendi Patris Theodori Mureti præfatæ Societatis Jesu hoc publicum Testimonium veritatis sub minori Nostræ Civitatis sigillo scientes expediri curavimus. Actum in Nova Civitate Pragensi 13. Sept, Anno Domini 1652.

L. S.

3. Documentum minoris urbis Pragensis.

WIr Burgermeister vnd Raht der Königl. Residenz kleineren Stad Praag im Königreich Böheimb / rc. Uhrkunden hiemit / das nachfolgende relation, so von dem Hochlöbl. Appellation Tribunali auff dem Prager Schloß / derer in derselben begriffener Sachen halber von vns begehret worden / in vnsern der Stadt Archivis, allwo dergleichen relationes auffbehalten werden / einverleibet ist / vnd von Wort zu Wort also lautet;

Hoch vnd Wolgebohrne / Wolgeborne / WolEdle / Gestrenge / Hochgelehrte / rc.

GNädig vnd gebietende Herren Herrn. Die Eweren Excell. Gnaden vnd Gestreng von dem Ehrwürdigen Herren P. Theodoro Moreto, der Societet Jesu Priesteren vberreichte / vnd von denen selben vns bey.

beygeschlossene Gnädige zugelieferte Schrifft / haben wir in fleissiger Obacht gehabt/ hierauff alle verflossene Jahre/ so lang bey vns in dieser kleineren Stad Prag / das Profess Hauß der Societet Jesu von seiner Aufferbawung anstehet/ wie imgleichen auch alle die Persohnen/ von dem Obristen biß auff den vntersten / welche durch alle diese Jahre/ am allermeisten aber in dem specificirten 1649sten Jahre allhie sich befunden / wol consideriret, vnd befinden auß demselben keinen einzigen/ welcher angebrachter Massen mit der Lutherischen Ketzerey vergifftet/ von besagter Societet Jesu allhier abgefallen were/ vnd zu ermeldter Ketzerey sich begeben hette. Vielmehr ist vns von ermeldten P.P. Societet Jesu wol bewust/ vnd bekand/ daß sie jhren Wandel löblich/ Gottesfürchtig/ exemplarisch führen/ vnd allein/ so wol erwachsenen als jungen Leuten/ mit jhrem guten Exempel/ vnd ermeldten löblichen Wandel vorgehen/ vnd dieselben in der allein seeligmachenden Catholischen Religion alles Fleisses vnterrichten/ in Summa von ermeldten P. P. Societet Jesu wissen wir anders nichts/ als alles was fromm/ ehrbahr vnd löblich ist/ zu reden/ zu schreiben/ vnd zugedencken. Betreffende etwann einen P. Samson, Käyserl. Majest. (angebrachter Massen) Beichtvater/ haben wir selbigen niemahlen gesehen / vielweniger mit jhme geredet / auch nichts von jhme jemahlen gehöret. Welches Eweren Excell. vnd Gn. wir in schuldigem Gehorsam haben berichten sollen/ vns dabey zu Gnädigen Protection empfehlende.

Ewerer Excell. Gn. vnd Gestreng.

Gehorsame

Burgermeister vnd Raht der kleineren Stadt Prag.

Dessen zu mehrer Vhrkund vnd Beglaubigung / haben wir vnser der Stadt kleiner Insiegel wolwissend lassen fürdrucken/ So geschehen den 14. Septemb. Anno 1652.

L. S.

NOs Consules & Senatus Regiæ Residentiæ Minoris Civitatis Pragensis Regni Bohemiæ &c. Notum facimus, quod sequens Relatio, à laudatissimo Appellationum Tribunali in arce Pragensi propter negocium in ea comprehensum à nobis postulata, atque in nostræ Civitatis Archivis, ubi ejusmodi Relationes asservantur, inserta, ita se verbotenus habeat.

Illustrissimi, perIllustres, Prænobiles, Strenui & Clarissimi &c. Gratiosi Domini Administratores.

LIterarum Excellentiis, Gratiosis & Strenuis Dominationibus Vestris à Reverendo D. Patre Theodoro Moreto Societatis Jesu Presbytero exhibitarum

atq;

atque ab iisdem nobis gratiose traditarum diligenti ratione habitâ, superiores annos, à quibus apud nos in hac minori Civitate Pragensi Domus Professa Societatis Iesu fuit ædificata, ac simul omnes & singulas personas, maximas, infimas, quotquot omnibus hisce annis, maximè vero designato Anno 1649. hic habitarunt, bene consideravimus & perpendimus, invenimusq; nullam earum asserto modo hæresi Lutheranâ infectam, hic à Societate Iesu defecisse, atque ad modò nominatam hæresim transiisse. Quin potius nobis vita Patrum Societatis Iesu laudabilis, pia & exemplaris perspecta est, quâ adultioribus & junioribus se probant & commendant, eos in Religione Catholica unicè salvificante probè instruunt. Breviter de præmissis Patribus Societatis Iesu nihil aliud nobis constat, quam quod honestum est & commendatione tam scripto quam cogitatu dignum.

Quod ad P. Samsonem assertum Cæsareæ Majestatis Confessarium attinet, eum haud unquam vidimus, multo minus cum ipso egimus, aut contulimus. Quod Excellentiis & Gratiosis Dominationibus vestris cum submissione significare voluimus, gratiosæ earundem protectioni nos commendantes.

Excellentiis, Gratiosis & Clarissimis Dominationibus
Obedientes

Consules & Senatus Minoris Civitatis Pragensis.

In cujus rei fidem & majus ejus robur nos hujus Civitatis Minoris, minus sigillum scientes apprimi curavimus. Actum 14. Sept. Anno 1651.

L. S.

§. 12.

De asserto Spinola.

QUod *Spinolam* attinet, rogatus ego à Nobili & Clarissimo D. Adamo Widenfelt variorum Principum ac Illustrissimi Comitis Schwartzenbergici Consiliario, atque ad Serenissimum Electorem Brandeburgicum non semel Legato, cui is Spinola Dresdæ innotuerat, ut de eodem ex Illustrissimo atque Reverendissimo Domino Fabio Chisio Episcopo Neritonensi, Sanctæ Sedis Apostolicæ Nuncio Apostolico cum potestate Legati de latere, nunc Eminentissimo S. R. Ecclesiæ Cardinali intelligerem; Utrum assertus *Carolus Spinola* suæ Eminentiæ notus esset, atq; ex Spinolarum familiâ oriundus; tum Romæ in urbe Decanum alicubi egerit; At sua Eminentia, sibi talem hominem notum non esse gratiosissimè respondit, qui Decanum alicubi Romæ vel agerer vel etiam egisset, ac Cardinalis Spinolæ agnatus esset. Quin & assertus Spinola tandem, quòd esset impostor, proditus est, quando Illustrissimus Dominus Julius Spinola Marchio S. R. I. Comes in Arquate, Vicemale, &c. Dresdam appulit, de eoque impostore sedulus inquisivit, missis ad eum ex suo comitatu famulis, qui illum ad se evocarent;

evocarent; at evocatus sibi timens, ne publicè de impostura redargueretur, in conspectũ Illustrissimi Domini Marchionis Spinolæ haud unquam in loco acatholico sibi tuto, prodire fuit ausus, sed fuga sese subduxit; homo is fuit, ut testis est mihi præfatus Dominus Doctor VVidefelt, idiota, sacrarum Scripturarum ac literarum cultiorum plane imperitus ac rudis; tum etiam ut Illustrissimus Dominus Marchio Julius Spinola testatur, tam est alienus ab ipsius Marchionis familiæ sanguine, ut ne quidem inter naturales ac spurios accenseri possit; Eandem imposturam Illustrissimus Dominus Marchio Julius ex confictis ejusdem titulis, quos sibi arrogaverat, redarguebat. Siquidem Abbatia S. secundi, à qua se Abbatem appellaverat, nusquam est in rerum natura; neque etiam equitem egit Hierosolymitanum, prout Illustrissimæ Suæ Celsiss. testatus est Receptor illius Ordinis Venetiis residens, quod in toto suo Catalogo seu albo equitum, nullum Carolum Spinolam inveniret inscriptum, vel matricula exceptum; Denique nec Canonicum Sanctæ Mariæ Assumptionis Savonæ potuit agere; Cum istic non Ecclesia Collegiata sed hospitale duntaxat magnificum ejus nominis detur.

Ex quibus videant Hæretici, quomodo Societati frustra illudant; caveant autem imposterũ, ne ejusmodi impostoribus, suas credant animas, nec aliis proponant concredendas.

Similis aliquando fabella de *P. Reinhardo Ziglero* Societatis nostræ presbytero, Eminentissimi Principis Electoris Moguntini Domini Anselmi Casimiri p. m. Confessario occasione alicujus prædicantis cognominis, cusa fuit, quæ tamen pòst evanuit. ***De P. Reinhardo Ziegler.***

§. 13.

Fabula de me.

QUid? quod ante non multos annos Bilfeldiæ aliisque VVestphaliæ oris & locis de me ipso ejusmodi fabula cusa & evulgata fuit, uti mihi admodum Reverendus, ac Prænobilis Dominus Joannes Iodocus Ledebur Ecclesiæ Cathedralis Osnaburgensis Canonicus cum stupore enarravit; quin & ego ipse Osnaburgi expertus sum, quando ibidem Illustrissimo atq; Excellentissimo Domino Ioanni Maximiliano Comiti à Lamberg &c. atq; Excellentissimo & Magnifico Domino Ioanni Crane S.C.M. Consiliariis atque ad pacem Vniversalem Legatis plenipotentiariis adfui, quod Hæreticus quidam mihi cognominis, minimè autem sanguine vel necessitudine ullâ conjunctus, ad Valvas templi Sanctæ Catharinæ theses affixerit hæreticas &c. quibus ab aliis rei istius ignatis diffamari potuissem, quasi theses illas proposuissem defendendas, quas vel maximè tanquam hæreticas damnassem, atque etiamnum damnarem. Eâ de causâ mecum non nemo

Osnaburgensium hic fuir locutus. Illud verò propono, ut quis hæreticorum technas videat, easque mecum deteftetur.

§. 14.

De Celsissimo Principe D. Ernesto Landgravio Hassiæ &c.

SAnè superioribus diebus Celsissimus Princeps ac Dominus, Dominus Ernestus Landgravius Cassello-Hassus mihi inprimis observandissimus & notissimus, idem expertus est, quando in Hollandia ex eo, quod Haberkornium, Balthasarem Mentzerum &c. Lutheranos ad suam arcem Rheni rupem seu Reinfelsam Colloquii causâ evocaverat, impressum vidit, quasi sua Celsitudo ad Catholicam fidem inclinara, ad Lutheranos transiisset; Cum tamen sua Celsitudo aliud animo nihil voluerer, quàm ut auditis hinc inde partibus earumque credendi rationibus ad verum corpus Christi Hierarchicum accederet; cui S. Petrus ejusque successores cum potestate clavium *ex Matth.* 16. 18. *Ephes.* 4. 4. 12. adeoque cum jurisdictione præsideret. *Es.* 22. *& l. officium.* §. *officium. ff. de re milit.* Boër *de custod. clav. port. n.* 78. *& seqq.* Annon cui claves portæ civitatis offeruntur, superior agnoscitur & Dominus, qui civitati cum jurisdictione præsit, ut jure non tantùm scripto, *ut in Es. c.* 22. *& d. l. officium.* §. *officium.* sed & ubique usu recepto est notorium; ita à pari, quando Petro ejusque successoribus in Petræ dignitate designatis claves portarum cœli & inferni in Ecclesia Christiana à Christo ipsomet, *Matth.* 16. 18. traduntur, atque ab Ecclesia ipsi offeruntur, annon & Christus ipse & Ecclesia S. Petrum ejusque Successores d. Ecclesiæ Superiorem & caput, quod cum jurisdictione præsit, agnoscunt; Neq; soli Petro personaliter claves eæ traduntur, sed etiam ejusdem successoribus; tum, ne alioquin posterioribus hisce temporibus Ecclesia Christi deterioris, quàm in Veteri testamento, aut sub initium sui exortus & nativitatis, esset conditionis, Cum econtrà Ecclesiam Christi deceat in virû & corpus perfectum crescere, & perfici, usque dum Christo in secundo ipsius adventu occurrat. *Ephes.* 4. 12. 13. tum quia claves S. Petro, non quà Petro personaliter considerato, sed quà in Petra constituto, adeoque dignitati superiori illius sunt concreditæ. Quando autem aliquid Prælato non sub proprio nomine, aut personaliter, sed sub nomine appellativo, & qua in dignitate constituto seu prælato concreditur, tunc illud non est personale, nec cum persona extinguitur, sed & ad successores transit, ut, not Dd. *in c. quoniam Abbas. de off. deleg. Dd. in l. in omnibus causis* 68. *& l. privilegia quadam* 196. *ff. de R. I.*

§. 15.

§. 15.

Generalis omnium refutatio.

QUod verò ejusmodi fabulas hæretici scriptores de Societatis nostræ Patribus spargunt, causæ esse possunt; tum quia eorundem defectionem omnibus votis optant, ideoque facilè de iisdem quicquid etiam minimo rumore spargitur, credunt; tum quia subinde fit, ut aliqui ex aliis Ordinibus religiosis, Sacerdotes deficiant, qui vulgo etiam Patres audiunt, & horum deficientium compellatione genericâ auditâ mox heterodoxi homonymiâ vocis *Patrum* capti, fallaciter specificam inde Patrum Societatis Apostasiam inferunt; tum quia Apostatæ illi vel aliquando in Scholis nostris, vel in Sodalitiis nostris fuerunt, sed discoli, & rejecti, quos subinde aliqui vel simpliciores, vel malevoli Societati nostræ vel per errorem vel malitiam imputare solent, quemadmodum Bremæ ad D. Martini prædicans, Spiræ aliquando Sodalis, sed Apostata; per errorem, Societatis fuit habitus; Alij verò ex cognomine deluduntur; atque ex his fontibus plures existimo fuisse deceptos.

Quod si verò aliqui apud nos in novitiatu vel probatione sive primâ, sive secunda, vel tertiâ fuerint, indeque vel sponte recedant, vel etiam dimittantur, ac postea se malè gerant, eorum malefacta Societati nostræ minimè poterunt imputari; tum quia illa apud nos non sunt docti, ut supra ex Christiano Francken ostendimus, vel si malitiâ sua vel infirmitate humana labantur, à nobis mox dimittuntur, seu relegantur; tum quia ipsi necdum sunt de Societate; tum quia Societas dimissorum vitam reliquam & acta vel gesta non recepit se præstituram, ipsique recedentes aut dimissi ex Novitiatu, respectu Societatis sunt omnino tertij & planè extranei, quorum utpote tertiorum omnino non conjunctorum factum ad Societatem minimè spectat, neque illi obesse poterit; Cum nemo alterius odio prægravari debeat; *l. 33. §. 1. C. de inoff. testam. l. non debet. ff. de R. I. & c. non debet. cod. in 6.*

Quòd si per vota simplicia Societati sint obligati & mancipati; tum in secunda vel etiam tertiâ probatione, sive tertio probationis anno versati, vel etiam absoluto tertio probationis anno ad vota publica Societatis admissi, à Societate rècedant, cum Dema 2. *Tim.* 4. 9. vel etiam dimittantur, & postea minus rectè vivant, aut etiam de fide sentire incipiant, minimè ejusmodi factum, Societati imputari poterit; tum quia licet ipsi Societati sint obligati; attamen Societas illis vicissim non est obligata, & quidem adeò, ut Societas respectu illorum planè maneat extranea, non secus atque in mancipio accideret; quod quidem Domino suo, at non vicissim ipsi Dominus obligatur; Etsi hoc fugiat, vel etiam à Domino rejiciatur, ac postmodum peccet, vel delinquat, aut nefaria perpetret, ejusmodi facta

Domino minimè imputari possint, utpore qui illum ad ejusmodi facta nec præposuerit, neque eadem jusserit, neque etiam post facta eum receperit, ideoque nec actione exercitoria, nec institoria, nec quod jussu, nec tributoria &c. nec absolutè ex actione quod cum eo &c. conveniri possit; *per jura Vulg.* consequenter Dominus servi sui fugitivi, aut rejecti nequam factum præstare non tenetur; tum quia ipsi voventes suum consilium in Societatis detrimentum mutare non potuerunt, *Vulg. Reg.* quod *nemo suum Consilium mutare possit in alterius detrimentum de R. I. in 6.*

Si qui tamen ex iis, qui per vota solemnia Societati mutuâ obligatione sunt obligati, vel ob socordem sui ipsius negligentiam, vel ob Dei timorem neglectum, nimium appetitui suo concupiscibili in carnis voluptatibus cum Jacobo Reithing vel Le Banq, &c. vel irascibili in excellentia & eminentia super alios &c. obtinenda indulserint, itaque justo Dei judicio in gravia peccata fidei & charitati Christianæ adversa prolapsi fuerint, eorum peccata Societati imputari non poterunt; tum quia Societas ipsis nec auctrix fuit, nec ea ullatenus demandavit, neque etiam postmodum approbavit; tum quia nec ipsa consciâ, nedum consultâ aaciderunt, adeoque delictũ unius vel ut personæ non poterit in Ecclesiæ detrimentum redundare, *c. delictum* de R. I. in 6. Sicuti nec facta Phigelli & Hermogenis, *2. Tim. 1. 15.* Hymenæi & Phileti *2. Tim. 2. 17.* Nicolai, *Act. 2. 5.* Paulo reliquisque Apostolis imputari potuerunt; atque hoc casu pro nobis S. Joannes, *1. sua epist. cap. 2. num. 19.* facit dicens: *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum, sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes* ex nobis, & S. Cyprian. *in Tract. de simplicitat. prælator.* Triticũ non rapit ventus nec arborem solidâ radice fundatam procella subvertit, inanes paleæ tempestate jactantur; invalidæ arbores turbinis impetu evertuntur; hos exsecratur & percutit Joannes Apost. dicens, *ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis, si enim fuissent ex nobis, mansissent nobiscum:* hinc hæreses & facta sunt frequenter, dum perversa mens non habet pacem, dum *perfidia discordans* non *servat unitatem*; fidei verò hæc dominus permittit & patitur, manente propriæ libertatis arbitrio, ut dum corda & mentes nostras veritatis discrimen examinat, probatorum fides integra manifesta luce clarescat; Et *S. Augustin.* Sanctum Apostolum ibidem explicans, *quomodo quidam sint nobiscum, nec tamen sint ex nobis*, inquit, sic sunt in corpore Christi, quomodo humores morbi; quando evomuntur, tunc relevatur corpus; sic & mali, quando exeunt, tunc Ecclesia relevatur & dicit, quando eos evomit, atq; projicit corpus: ex me exierunt humores isti, sed non erant ex me; quid est, *non erant ex me!* non de carne mea præcisi sunt, sed pectus mihi premebant, cum inessent; ex nobis exierunt, sed nolite tristes esse, non erant ex nobis; quod si tamen circumveniente adversario lapsi, in hac sua tentatione, spei ac paci fideliter consulere velint, hos ipsos noxios humores, quib⁹

abun-

abundabant, sæpe dicti nunc reversi, jejuniis, vigiliis, orationibus absumant atque insistant gemitibus assiduis & deprecationibus crebris, teste S. Cypriano. *lib.* 1. *Epist.* 1. comparabunt sibi arma cælestia, quæ stare & perseverare fortiter faciant. hæc enim sunt munimenta spiritualia & tela divina, quæ protegunt, &c.

§. 16.

Exhortatio ad Apostatas.

HIs ex animo precor, ut se examinent, recogitentque simul, quàm ignominiosè Iesu Christi vexillum, cui Sacramentum dixerant, deseruerint; quantâ gratiâ divinâ donisque spiritualibus ac pulchritudine animam suam spoliarint ac privarint; qua recordatione moti, cum filio prodigo factorum & scelerum pœnitentiâ ducti, ad Christi vexillum, à quo turpiter transfugerant, revertantur, ut pristina gratiæ cælestis stola redonentur, quare ipsos verbis, quib. aliquando R. P. Magius Provincialis Adamum Hellerum allocutus est, compello, ut ea ibidem ac sedulo revolvant; ita enim ipse scribit.

CHarissime frater (fratrem voco, si tamen adhuc fraternitatis nostræ affectum retines) precor tibi ex animo eam salutem, à qua *respiciens retro*, post manum ad aratrum missam, excidisti, Vix mihi potuit adhuc persuaderi, te castra Dei, cui nomen tanta pietate, & animi propensione dederas ante multos annos, fratrem etiam tuum in eandem gloriam adducens deseruisse, & in vastum carnis & sanguinis gurgitem te denuò immersisse: tot tamen fuerunt indicia, tot convenientia testimonia; ut dubitationi nullum locum potuerim amplius relinquere, quanto etiam mihi fuit insperatior; dormivi semper tibi in utramque aurem. Quomodo enim de te quippiam huiusmodi vel suspicari potuissem, quem veteranum militem existimabam? Quem stationem suam non minus fidenter, quàm fortiter retenturum, adversus omnem hostium impetum, non dubitabam? Cui, quod tibi vehementer confideremus, munera non vulgaria commendabantur? Sed, ut video, mea me de te fefellit opinio: & non solum Deo, à quo, quod piè illi dicasti, sacrilegè abstulisti, sed mihi quoque, sed omnibus nobis fratribus tuis insignem iniuriam fecisti, pro bono malum reddens. Cum enim de te tam bene opinaremur; tu tuo turpi facto, mendaci facto mendaces nos fecisti, quia nos decepisti. Et utinam nos tantum, non autem te: ferendum æquo animo istud esset. Nos enim quid inde detrimenti, præter dolorem, præter sollicitudinem? at tibi soli ad damnationem reputatur ista defectio: quia *fidem tuam irritam fecisti*: *quia mentitus es Spiritui Sancto.* Non enim arbor perit, si ramus frangatur, & recuset socius esse radicis, & pinguedinis olivæ, in quam cum oleaster esset, insertus

Epistola P. Magii Provincialis ad Adamum Helleruꝫ.
Luc. 9. 62.
1. Tim. 5. 12.
Act. 5. 3. 4.

insertus est inter bonos ramos. Sed ne quis me putet blasphemum, quod
Contra Adamum. te dixerim *damnationem habere*, quia Societatem deseruisti; duplici quem-
Syllogismus 1. vis syllogismo, dialecticorum more convinco. Scribitur *Numerorum tri-*
Num. 30. 2. 3. *gesimo. Iste est sermo, quem præcepit Dominus: Si quis votum Domino vo-*
verit, aut se constrinxerit iuramento; non faciet irritum verbum suum, sed om-
ne, quod promisit, implebit. Sit igitur primus Syllogismus: Quicunque vi-
rorum voverit Domino, & non impleverit quæcunque voverit; is trans-
greditur Præceptum Domini: Atqui Adamus Deo voverat, quod, reli-
cto huius strepitu, in secessu Societatis illi soli esset inserviturus, quod ta-
men non implevit, Societatem deserens: Ergo Adamus in hoc, quod non
implevit ea, quæ Domino Deo tam sanctè voverat, & deserens fraterni-
tatem, irrita fecit verba votorum suorum, transgressus est mandatum Dei,
1 Tim. 5. 11. 12 & *consequenter* damnationem habet. Divus Paulus 1. *ad Timoth.* 5. docet
Timotheum, quales viduas debeat admittere ad vovendam perpetuam ca-
stitatem in obsequium Christi, & Ecclesiæ eius: & monet *transgredientes*
illud habere damnationem. Sit ergo secundus Syllogismus. Quicunque
Syllogismus 2. rem bonam, ac piam Deo vovit, nisi persolverit, quod vovit, sed irritum
fecerit fidem voti sui, habet damnationem: atqui Adamus vovens perpe-
tuam Paupertatem, Castitatem, & Obedientiam in Societate Iesu, rem bo-
nam & piam vovit: ergo si non persolverit quod vovit, sed irritam fecerit
fidem sui voti, habet damnationem.

Quamobrem quo in statu verseris, tu ipse videris. *Adam, Adam, u-*
Gen. 3. 9. *bi es?* Unde discessisti? Quo te præcipitasti? ex ponte in mare, ex famula-
tu Dei in sæculum: ubi quicquid est; *concupiscentia carnis est, concupiscen-*
1. Ioan. 2, 16. *tia oculorum, superbia vitæ*; ex semita salutis in viam perditionis. Dic mi-
hi, obsecro per illum amorem, quo te semper à me non solum diligi, sed
vehementer etiam amari expertus es, dic mihi, quæ te dementia, quæ te
Eva decepit? Siccine miles Christi duodenarius, militiæ Christi assuetus,
post juramentum militare, post votum perpetui obsequii ducis tui castra
deseris? Non dimissus à Duce, non solutus à juramento, in hostium te
recipis cuneum, & eorum, qui, cum temporalia à te extorquere non po-
tuerunt, animam, quæ est pretiosior, conantur perimere? Itane etiam fi-
dei adversariis præbes triumphi materiam? Quanto consultius fecisses,
Psal. 67. 7. si ad eos, quos facit *Deus habitare unius moris in domo*, cum quibus & tu
Psal. 54. 15. aliquando *dulces capiebas cibos, & ambulabas cum consensu in domo Dei*, de-
clinasses. Non in tot tantosque incidisses laqueos diaboli, à quo jam ca-
ptivus teneris, ad ipsius voluntatem. Nec erat cura fratribus tuis metu-
Gen. 37. 24. & seqq. eres, te vel in *cisternam inclusum, vel Ismaelitis venditum iri.* Ab amantibus
enim ista non sunt timenda. Sed prout ducebaris à carne & sanguine, ire
Eccl. 17. 12. voluisti, nullâ habitâ ratione Dei, nullâ salutis tuæ, nulla ædificationis pro-
ximorum, *de quibus mandavit Deus* unicuique, nullâ demum fraternę con-
sola-

solationis, & erga Societatem, quæ, ut bona mater, te aluit, te instituit, te sacravit, gratitudinis. Obsecro te per misericordiam Dei, cuius famulatum deseruisti, obsecro te, inquam, considera diligenter, & in conspectu Domini & creatoris tui, attentâ cogitatione dispicias, quæ sequuntur. Quod omnium caput est, gravissimè offendisti Deum & Patrem Domini nostri Iesu Christi, cui fidem non servasti. Et quæ pœna huiusmodi homines manet? Audi Apostolum dicentem *Hebr.* 10. *Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione, duobus vel tribus testibus, moritur: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui Sancto contumeliam fecerit?* Scandalizasti multos. Quid tum? Audi Christum dicentem Matthæi 18. *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.* Præcipitasti te, & Sanguinis Christi efficaciam sacrilegè, quantum in te est, mutilasti, dicente Christo Lucæ. 9. *Nemo mittens manum suā ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei.* Dices, longum erat, grave erat, non poteram tam immania, tam diuturna portare? *Væ iis, qui sustinentiam perdiderunt*, dicit scriptura: & tu putas huiusmodi calvis rationibus te excusationem habiturum de peccato? Fucum facere poteris tē cutientibus, sed *Deus non irridetur: cum acceperit tempus, ipse iustitias iudicabit: & , si iustus vix salvabitur*; quid respondebis petenti *rationem villicationis tuæ*? *Bene currebas*: quis te non solum impedivit, sed de medio cursu revocavit? Pondus & pondus, onus & onus respondebis mihi.

Heb. 10. 28. 29
Matth. 18. 6.
Luc. 9. 62.
Eccl. 2. 1. 6.
Gal. 6. 7.
Psal. 47. 3.
1. Pet. 4. 18.
Luc. 16. 2.
Gal. 5. 7.

Et nunquid decet sub spinoso capite membrum delicatum vivere? Delicatus es, si vis & hic cum sæculo gaudere, & postea regnare cum Christo. Et certè necdum à *Iudæis quinquies quadragenas unâ minus accepisti: nedum nocte ac die in profundo maris fuisti:* necdum plus omnibus laborasti: postremo necdum usque *ad sanguinem restitisti, & de laboribus conquereris?* Næ tu delicatus es miles: & quomodo coronaberis, nisi legitimè certaveris? Quomodo denarium diurnum accipies, nisi usque ad vesperam in vinea Christi, tanquam operarius inconfusibilis, laboraveris, & sudaveris? Verum te certare velle & laborare in vinea Christi, non in Societate. Sed audi tu me unum verbum. Nonne pacto convenisti cum Domino, ut laborares in ista parte vineæ, & non in alia: Vinea hęc Domini est: Ipse conducit operarios; ipse unicuique assignat partem, & stationem. Si quis eam deserat, aut ad aliam transeat, ordinem Domini perturbat: & tantum abest, ut mercedem accipiat; ut pro mercede punitionem sit consecuturus: non quia non laboravit; sed quia non laboravit secundum voluntatem Domini. Ait enim Matthæi 7. *Qui facit voluntatem* (non suam sed) *Patris mei, qui in cœlis est; ipse intrabit in regnum cœlorum.* Alioquin audi petram illam, super quam fundata est à Christo Ecclesia, Actor. 5.

Thom. de Kempis.
2. Cor. 11. 24.
1. Cor. 2. 5.
Matth. 20. 1.
Matth. 7. 21
Act. 5. 3. 4.

An-

Anania cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, & fraudari de pretio agri? Nonne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo. Quicquid feceris extra desertam à te fraternitatem, quantumvis
Psal.108.7. bonum, quantumvis honestum, quantumvis sanctum; non ad justitiam, sed ad iniquitatem tibi reputabitur: *Oratio ipsa fiet tibi in peccatum.* (*Oratio*, inquam perversa, fideque ac cæteris necessariis requisitis destituta, tum à peccatore qua tali perfecta, *fiat* seu convertatur *in peccatum* seu in majorem Dei offensam, vel metonymicè secundum Chaldæum accipiendo, in condemnationem.) Quomodo enim opera tua placere Deo poterunt, si persona non placeat. *Respicit Deus prius ad Abel,* deinde ad munera ejus: nam *Deus intuetur cor,*
Gen 4.4. 1.Reg 16.7. & ex conditione cordis judicat externa, ait Divus *Bernardus*: contrario modo ac homines faciunt, cor ex verbis conjectantes. Qui autem fieri potest, ut tu placeas Deo; si Deo fidem fregisti: si ab ejus voluntate te subtraxisti, ipso vel invito, imò & repugnante? Conscientiam tuam appello. Ergo in damnatione es. Quid hinc conficitur? Absolvi non potes, absolvere non potes, sacrificare non potes, concionari non potes, conversari non
Psalm.41.8. potes, quin *abyssus abyssum invocet* peccatorum. Nolo enim te ignorare mysterium hoc: quod, præter peccatum tuum, pœna excommunicationis illaqueatus es, Satanæ traditus es: hoc non ignoras, si memoria tenes. Quid igitur mihi faciendum erit, fortè interrogabis? Consiliũ tibi non denegabo. Furtum commisisti nulla auri magnitudine compensandum. Si *vis, ut tibi dimittatur peccatum; restitue male ablatum,* id est te ipsum. Revertere unde discessisti, & fiant novissima tua meliora prioribus. Quanto te amore ac studio semper sim prosequutus, conscium tuum pectus non ignorat: eandem caritatem, & nunc senties tibi esse paratam. Quid facis in seculo, qui major es mundo? Revertere, revertere ad pusillum gregem. Occultum est delictum tuum: nondum factum notum multis: facilè ista ruina implebitur: nullo te odio prosequimur, sed potius amamus: & quia ama-
Galat.6.1. mus, vicem tuam dolemus: *considerantes nos ipsos ne & nos tentemur.* Te quærimus, non tua: animæ tuæ salutem sitimus, non tuarum rerum cupiditate tenemur. Quid ergo moraris in mari magno, qui potes esse in pon-
Galat 6.2. te? Scimus legem Christi esse, ut *alter alterius onera portemus. In spiritu lenitatis* tecum agemus, memores erimus benignitatis & mansuetudinis Christi;
Galat.6.v.1. & Apostolorum ejus Petri & Pauli. *Egredere de domo patris tui, & de cognatione tua,* (Gen.12.1. Act.7.3.) Si vis, *ut concupiscat Rex decorem tuum* (Psal.44.12.) Omnis mora periculorum plena est, *& inimici hominis domestici ejus,* Mich.7.6. Nec te terreat magnitudo laborum. Audi Apostolum dicen-
2.Cor.4.17. tem: *Momentaneum esse & leve tribulationis quicquid patimur in præsenti: quod tamen supra modum in sublimitate æterna gloria pondus operatur in nobis.* Vide igitur *quam non sint condigna passiones nostra ad illam gloriam.* Quod est

est tribulationis nostræ, momentaneum est, & leve: quod gloriæ æternum est, & pondus etiam supra modum in sublimitate. Quid in incertum tibi dies & annos numeras? Transit hora, transit & pœna: nec accedunt sibi, sed cedunt potius, & succedunt. Noli ergo timere, magis autem redi ad servitutem Dei, indutus animositate regia ad imitandum illum, *qui propter te humiliavit semetipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Alioqui audi Spiritum sanctum Apocalypsis *secundo: Habeo adversum te pauca: quod charitatem tuam primam reliquisti? Memor esto itaque unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sin autem, veniam tibi, & movebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris*: quam si Deo adjuvante impleveris redeundo: *gaudium erit magnum super peccatore pœnitentiam agente*; non solum coram Angelis Dei, sed etiam coram fratribus tuis: nec deerunt Patres, qui *filium prodigum* redeuntem suscipiant, & complectantur. Bene valeas. Viennæ die tertia Aprilis 1569.

Philipp. 2. 8.

Apoc. 2. 4. 5.

Luc 15. 7. 10.

Luc. ib. v. 20. & seqq.

Hæc ipse.

Recogitent quæso, quotquot votis simplicibus illigati ex passione aliqua vehementi à Societate recedunt, vel agunt, ut à Societate dimittantur, quàm gravem postea remorsum conscientiæ ac vermem sint experturi. Sæpius id apud me *Gulielmus Deute* Bremæ Anno 1647. conquestus est, quòd olim in tertio probationis anno dimissionem suam ex vehementiori quadam passione sollicitasset, obtinuissetque, unde postea dimissus in alia vicia prolapsus est, de quibus tandem post variam fortunam pœnituit, obiitque. Eundem conscientiæ remorsum ac vermem in extremis sensit Joannes Jouderus nuperrimè Pragæ in hospitali apud PP. Misericordiæ phtisi extinctus; qui similiter in tertio probationis *anno* 1644. à Societate dimissus tandem ad mortem sese componens, præmissâ totius vitæ generali exomologesi, quâ noster P. A. S. excepit, copiosè profusis lacrymis suum à Societate abitū indoluit, petiitque ut à P. Provinciali ad Societatis vota reciperetur, quibus renovatis se ipsum parte pallij nostri patris contexit, ac sub mortem hęcce elogia manu propriâ conscripta, posteritati reliquit. Quod nimirum Societas Jesu, 1. *sit beatitudo quædam hic in terris.* 2. *Margarita Evangelica*, quam qui invenit homo, *merito vendat omnia quæ habet, & emat eam, quam si ipse sanguine & auro redimere posset*, redempturus esset.

Matth. 13. 4. 5. 46.

E contra 3, quod, *quibus animus esset & pedes prurirent ut Societate egrederentur, prurirent ad interitum*, quia auxiliis gratiæ Dei se subducunt, quibus homo destitutus in alia omnia labitur, ut difficulter à via mala resurgat. At tunc ò æternitas! 4. Contestatus est, quod morituro sibi districtum Dei de rebus omnibus judicium ferendum occurrat, quodq; nunc agnoscat, quàm proficuæ sint alicui mortificationes, humiliationes, persecutiones; Digna sit Societas, *pro qua & in qua omnia pro Christo tolerentur. Quodque* 5. *nec ullus Novitius, nec quivis alius etiam minimus in Societate tantum patiatur, quantum sæculares in sæculo patiantur.*

Quæ ipse veluti doloris sui ob derelictam aliquando Societatem certa indicia Confessario suo consignavit; ut vel hinc videre liceat, quàm obligatio voti olim suscepta, sed non adimpleta, vel neglecta aliquem in agone mortis torqueat & angat. Quas animi angustias quisquis evasurus est, pœnitudine cordis ductus, ad Dominum suum Jesum, quem deseruit, revertatur.

§. 17.

Recensentur aliqui, qui ex Societate hisce in locis pro fide Catholica fortissime militarunt, ac nominatim P. Rothausen, P. Rimaus, P. Tentzer, P. Allerding &c.

JAm verò, ut à pauculis hujusmodi Apostatis ac desertoribus ad generosiores Societatis nostræ palæstritas hisce in locis pro fide Catholica & Religione dimicantes sermonem transferam; videamus, qui pietate in dilectam Matrem suam Romanam Ecclesiam incitati, ejusque tuendæ atque amplificandæ impulsi desiderio, quo refugientem ab ejus gremio degenerem sobolem, velut aberrantes ab ovili oviculas, reducerent, multis exhaustis periculis, multis exantlatis molestiis, nullis fracti laboribus, doloribus nullis, constricto vinculis corpore, variisque inflictis vulneribus animũ non demisêre, sed sibi in Deo semper constitere, dum suo purpuratum sanguine spiritum in Patris Æterni gremium immitterent. Prodeant igitur generosi pugiles, qui sicut sub gloriosissimis Christi Jesu signis stipenda meruerunt, ita vinci nescierunt, triumphis assueti, atque æviterno jam partæ victoriæ bravio, ut speramus, donati. Et primùm quidem *P. Henricus Rothausen, P. Matthæus Rimaus; tum Ioannes Tentzer, ac P. Bernardus Allerding*, Societatis nostræ, hi Coadjutores, ut vocamus, spirituales; illi Professi, suis gloriantur vinculis, quibus â Brunsvicensi Duce Christiano, haud scio, an Christiané vincti quidem, sed non victi, per varias terrarum oras & ora militum cum exercitu traducti, tandem ad Höchstam Christiano Duce cæso, victore Excellentissimo Domino Comite Tillio, libertatem pristinam recuperavêre, ac deinceps Bernardus Allerding, singulari animarum Zelo flagrantissimus nullam penitus occasionem animas Christo lucrifaciendi prætermittebat. P. Joannes Tentzer autem suavi vocis melodia audientium animos in admirationem rapiebat, dignus ipse qui dulcissimo Angelorum concentu æternum recreetur. His accedit proximè P. VVilhelmus Aschendorff, Societatis nostræ Professus, vir in omni literarum genere ad humanitatem pertinentium non minus excultus, quàm in Philosophiæ, nec non Theologiæ studiis perfectus & absolutus, raroque exemplo sublimiores optimatum scientiarum disciplinas cum facundiâ quadam conjunctas possidebat,

sidebat; hic cum aliis patribus nonnullis, anno hujus sæculi *primo* supra tricesimum, ex solo fidei Catholicæ & *Societatis* nostræ odio, in vincula, inter insolentes militum jocos & militares ductorum insolentias Paderbornâ Cassellas fuit abductus.

§. 18.

De P. Friderico Spe & Andrea Nesено.

NOn prætereibo, quàm in P. Andreæ Nesenij & P. Friderici Spe, cordibus accensa in Deum ac fidem amoris flamma, nec proprii sanguinis profusione potuerit extingui; *Hic* enim, Societatis nostræ professus, cum nobili esset genere natus, decere se putavit, ut sub Christi Jesu legis vexillo militans, dignum suo nomine facinus admitteret, generisque sui splendorem novâ quadam luce illustraret. Cum igitur in Diœcesi Hildesiensi ad propagandam nostræ fidei veritatem mitteretur obstinatos Heterodoxorũ animos, quasi reluctantium arces è loco superiore oppugnaturus, pro clypeo caput hostilibus armis objecit; unde quamvis non paucis vulneribus saucius, suggestum tamen, velut arcis mœnia, conscendit ac superavit. In obduratos verborum tela missurus, lecto solummodo conveniente illi tempori Evangelio; *Bonus Pastor animam suam ponit pro ovibus, &c.* Ecce fugientibus non animi, sed corporis viribus, corpore non animo concidit, nec vivo similis, templo elatus, multo pòst temporis intervallo vix tandem convaluit. *Ille* verò *P. Andreas Nesenus* Societatis nostræ in spiritualibus Coadjutor, in Altenahe vico Comitatus Schawmburgici Hamburgensi urbi proximo sacris celebratis concioneq; habitâ vestibus exutus, cum nudus nudum sequi Christum ad mortem usque jam decrevisset, impactis ab Acatholicorum furore gravibus in caput vulneribus, regali sanguinis sui purpurâ fuit ornatus.

P. *Frider. Spe.*

Ioann. 10. 11.

P. *Andreas*

§. 19.

De P. Godofrido Thelen.

VEnio nunc ad eos, qui non sua duntaxat ostentarunt vincula, vel illatis gloriati fuêre vulneribus, sed etiam de crudelitate ipsâ, suâ morte triumpharunt. Pari profectò cursu cum antiquis Martyrum primitiis P. Godofridus Thelen contendisse, parive pugnasse Marte videtur, quem Juliacum olim huic orbi ediderat, post sanguine suo purpureo Societatis nostræ vineam irrigaturum. Nam, cum annos supra millesimum, sexcentesimum numeraretur vigesimus, Baccharacum inter & Caubam, gloriosus Martyr

 in cer-

in certamen vocatur, à præsidiario invaditur milite, ex solo in Societatem Jesu odio, quod plurium in animis inveteravit. Minantur utrinque strictæ mucronum acies, atque ipsæ bombardariæ furcinulæ intentantur. Nec inanes minæ. Quanta repentè in prostratum deciderit verberum grando, eorum postulo testimonium, qui huic tristi interfuere spectaculo. Fuere autem verbera ista, non tragœdiæ Catastrophe, sed prima vulnerum ac mortis præludia. Baccharaco enim prodeunte Caubensi Leutenantio, rapitur infælix, an fælix potius dicã, præda cœlo inferenda; Educitur ad montẽ Caubæ proximum, iussuq; Leutenantii ab evocatis sibilo militibus, aut potius latronibus, gemina glande secundum pectus, ventremque trajicitur.

Quid tum P. Godefridus? in genua corruere, & sublatis in cœlum manibus in illa Ps. 142. erumpere. *Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam; in veritate tuâ exaudi me, in tuâ justitiâ, & non intres in judicium cum servo tuo.* Dixisses, sedatum iri latronum ferociam? At impiæ sicariorum manus gladiis cervices inter ac humeros impactis, caput, tergum vulneribus quatuor propè contiguis, prô quam miserandum in modum defœdarunt! Tandem milites ipso martyris sanguine efferati, illisis omni conatu bombardarũ fistulis, genibus nixũ humi prostraverunt atq; exanimarunt. Vestibus exinde, quod vita spoliaverant, corpus, cingulo cilicino horridum denudant, ac inhumant. Traxit in eandem arenam militum furor, quos secum gloriosus martyr habuit viæ comites; ut eosdem vitæ æternæ nancisceretur socios.

Quorum è numero fuit, quondam mihi hîc Coloniæ notus Philippus Antuerpiensis Tabellarius, vir apprimè bonus atq; Catholicus, qui eandem agressus luctam corpore quidem occubuit; animo tamen victor cœlicam sibi coronam acquisivit. Copiosiorem hujus rei historiam, si quis desiderat, Specimen Calvinianæ crudelitatis consulat, An. 1620. typis mandatum.

§. 20.

De P. Ioanne Arnoldi.

TAceo P. Joannem Arnoldi, patriâ Warburgensem, quem Societas nostra, in spiritualibus Coadjutorem sibi vendicavit; Christianæ simplicitatis & candoris verum exemplum. Totum ipsius animum animarum fervor ac Zelus insederat; hoc excitatus quævis subibat pericula, dumodo Christo aliquot lucrifaceret. Demum cum añô reparatæ salutis supra millesimum sexcentesimum primo & trigesimo in Diœcesi Verdensi ab Ecclesia S. Martini ad aliam haud procul à Ramschlo, (seu Ramsola) dissitam consueta inibi Societatis nostræ munia obiturus, curru veheretur; advolant extemplò tres rustici, atq; impetu in currum facto, asciâ Patris caput impetierunt; vulnere-

aereq; fatali inflicto curru dejecerunt; guttureque præciso gloriosæ menti aditum ad æternam victoriæ lauream capiendam patefecerunt, quantumvis exanimus jaceret corporis truncus, suoque in sanguine volutaretur, quem sicariorum turba nudare quidem vestibus, calicibus sacris spoliare poterat, non animam immortalitatis stolâ, nec mentem deliciis privare spiritualibus ex visione Dei promanantibus æternum duraturis.

§. 21.

De P. Iodoco Meyerinck ejusve sociis.

PRæterea P. Jodocum Meyerinck, quem P. Alegambe in sua Bibliotheca Magerum appellat; omitto Andream Martini. Vtrique sub Ottone Rheingravio anno post trigesimum hujus sæculi quarto, ad quintum Kal. Martias per Suecorum quorundam militum insolenter grassantium ferociã ac ferocientium insolentiam, impositis primùm, solo Catholicæ fidei crudeli odio, non paucis vulneribus; impactâ deinde capitibus securi, innocens cruor in terram profusus animam cœlo transmisit.

§. 22.

De M. Matthia VVidman.

ILlud etiam addam, quod Biburgum ægre admodum sustinuisse credendũ est immane facinus. Mittitur illuc M. Matthias VVidman Societatis nostræ Scholasticus; Incidit miser in Suecorum nonnullorum manus, verè miserandus, cui cum jam antefractis ob vehementiam Theologici studii capitis viribus, mentis species redderentur alieniores, parcendum fuisset; nihilo tamen magis militum istorũ ferociæ id visum satis, nisi & vita ipsa ex corpore exturbaretur; Trucidatur igitur mente alienatâ, rescissis ex tergo loris, hoc fælix, quod profusis aliquot sanguinis sui guttis & rescissis tergi loris funiculum sibi texuerit, quo in cœlum tractus æternæ gloriæ laurea condecoraretur & recrearetur.

§. 23.

De Martyriis nostrorum in Brasilia, Japonia, Anglia, Hollandia &c.

JAm si reliqua, quæ in Germania nostrâ & Europa vel etiam aliis in oris patravit immanitas, omnia persequi vellem, opus aggredi mihi viderer prope infinitum. Quam multas etiam ostenderet Brasilia palmas, quam multas Japonia, quas plantavit crudelitas? quam multas Scotia, quam multas Anglia & Hollandia Lauros, quas Martyrum sanguis irrigavit! De quibus si cui

si cui enucleatius percontari libet, crudelitatis speculum ab Hauensio conscriptum, ac Patris nostri Alegambe Bibliothecam consulat. Non enim, ut ad exteras gentes me convertam, diversa maria trajiciam; ad Indos descendam, ulla jam cogit necessitas? cum oculis nostris exempla non desint martyrii. Quam multi etiamnum hic locorum vivunt, qui animam suam in manu quasi circumtulerunt, ut oblato in sacrificium corpore, animā Deo liberrimè redderent. Vel etiam qui quotidianum experirentur martyrium? Testatur hoc luculentè Paderbornense Societatis nostræ Collegium, cum suam ipsius faciem intuetur, qualis Christiano Brunsuicensi Duce & VVilhelmo Landgravio dominantibus fuerit. Testantur Osnaburgense, & Sigenense; hoc ab Ottone, Georgioq; Friderico Comitibus Nassovicis; illud à Dedone Kniphausen mirè pressum: Testantur Moguntinum, Hagenoense, Molsheimense, Trajectense, Rigense, Thuroczoviense aliaq; diversis agitata inimicorum hostiumque procellis. De quibusdam apud me extant acta judicialia integra, quæ publici juris faciam, si res ita postulaverit. Quid? Fuit, mihique notus, cujus capiti dies una tertias struxit insidias. Mittebatur is, quot hebdomadibus in Hagen Osnaburgensis Diœcesis pagum, ad teneros inibi juventutis animos Christianis legibus excolendos; sed ô immanem orci belluam! ô sanguisugam bestiam? fama necdum sementis sacræ percrebuerat, cum ecce concitantur incolarum animi; conspirant ejus in necem atq; ruinam, præstolantur certi, certis hinc inde stationibus, in insidiis collocati. Monitus noster à prænobili D. Theodoro Korff in Suthausen, elusit quidē, at non evasit omnino catecheres noster periculum. Extemplò n. cives quidam Osnabrugenses in ipso urbis conspectu hominem inflamāni ebrium ac sauciū, cultroq; armatum, ut vindictam de nostro sumeret. Retrocedendi vel declinandi à via locus non dabatur. Quis non hoc in discrimine innocentis vitæ timuisset? Actum omnino fuisset, nisi suavi ac leni sermone furibūdi rabiem fregisset, aut suppressisset. His ita defuncto vitæ periculis, alia nec minora in diœcesi Hildesiensi fuerunt adeunda. Nam cum divini verbi semen in Diœcesis Hildesiensis agro jactum, grave Societati nostræ incolarum conflasset odium, quod explendi se opportunam nactum esse occasionem rusticorum nonnullus, existimavit, ubi prætereuntem antè memoratum conspexit, a versum aggressus libratâ securi validum ictum intentavit; nec dubium, quin caput medium diffidisset, nisi quem viæ socium habuit, licet acatholicum, sed ex congressu sibi jam addictum, periculi monitorem, auctorem etiam salutis comperisset.

Verum ut sermonem tandem ad te, mi F. Romane convertam, credisne Soc^tis^ nostræ operarios, dum in vineā Dni ad jacienda Evangelij sacri, fideiq; Catholicæ semina mittuntur, periculosâ plenū op^s^ aleâ subire! an verò, domi delitescere, voluptuari atq; suo indulgere ociosos. Non ociosos fert Societas, nec voluptatibus deditos; Christi milites amat, & fovet: q̄ si in iis periculorū

& gra-

& gravitatem & multitudinem agnoſcis; noli, noli inquam Patribus, aliisq; Clericis in vinea Domini pondus diei ac æſtum tolerantibus atque indefeſſos labores ſuſtinentibus, quæ ad virium ſuſtentationem neceſſaria à ſuperioribus ſuppeditantur, invidere; tibi verò, dum intra cubiculi tui parietes, ab omni ſtrepitu & tumultu remotus, extra omnem mortis & Martis aleam Deo ſoli, rebusque divinis, magna etiam mentis dulcedine, & dulci devotionis ſenſu defixus ſedes; tibi inquam gaude, tibique gratulare, cui præ cæteris tam ſacrum otium Deus, non fortuna impertivit. Ob pauculos autem, quos forſan ſub tanta laborum mole labantes, aut humanarum virium imbecillitate non nihil cedentes conſpexeris, noli in culpam trahere integra Collegia, quorum nullum divinâ fulciente gratiâ totum collapsũ eſt; noli tot viris egregiis, quot in Societate florere omnes dilaudant; nedum Societati univerſæ degenerantis alicuius ſobolis culpam tribuere. Si quidem benignam in te ac propitiam divinam dextram experiri vis, tamque ſancto in otio, quietâ mente conſiſtere, tuamque animam omni perfectionis genere excolere atq; adornare.

SECTIO VI.

PARS POSTERIOR

De inſimulata falſa Doctrina.

§. I.

Quid nomine Doctrinæ hic veniat intelligendum?

FR. Romanus quando *in Horti confinibus ſub allegat.* 496. *Tit. Medicus. n.* 8. *pag.* 393. *num.* 11. *& num.* 13. doctrinam Societatis impetit, tunc vel eã intelligit, prout in ſcholis duntaxat traditur & dictatur, vel etiam prout illa libris editis evulgatur. Si *priori* modo de doctrina loquatur, jam initio Societatis à S. P. N. ea cautio eſt adhibita, ut non alia in Theologicis quàm Eccleſiæ Catholicæ communiorum Doctorum de ſuggeſtu doceatur *Conſt. part.* 3. *c.* 1. *§.* 18 *lit. O. Exam. c.* 3. § 11. Quinimò *in congregatione V. Generali Societatis Decret.* 31. *& can.* 9. conſtitutum, ut S. Thomæ Aquinatis Doctoris Angelici doctrina inculcetur. Quòd ſi verò ſermo ſit *de doctrina*, prout libris editis proponitur, jam major cautio in Societate eſt adhibita, ut non facilè quis novitatem in doctrina ſit adducturus, ſi ſerventur, quæ S. P. N. conſtituit, *d. part* 3 *c.* 1. *§.* 18. *Summar. Reg.* 42. atque ut omnino ſerventur, ſub gravibus cenſuris & pænis Admodum R. P. N. Generalis in Societate noſtra ſancivit.

Ut

Ut proinde nonnisi falsò de suspectis & prohibitis doctrinis à F. Romano cum Alphonso de Vargas authore prohibito, *c. 2 Catechysm. Iesuit. lib. 2. c. 11.* Societas insimuletur.

§. 2.

Quid de P. Ioanne Baptista Poza sit sentiendum.

Quod Ioannem Baptistam de Poza, de quo præter F. Romanum, etiam Vargas Author damnatus *cap. 16. 17. 18. & 19.* atque ex eo Prædicans Wilhelmus Hulsius *in libelli sui famosi primo artis pelasga specimine, alterove suo libello contra P. Petrum VVufelt Societatis nostræ* edito satis calumniosè loquuntur & scribunt, attinet, nihil is contra vel ad mea facit scripta, neque ego, neque ullus alius ex Societate in ipsius verba juravimus, neque quæ aliquis ex Societate evulgat, illa mox universæ Societatis nomine approbantur, ut imperitè & calumniosè Hulsius existimat. Certè in ijs, quæ non sunt ab Ecclesia Catholica declarata esse de fide, non ita cuiusvis intellectus constringi potest, ut is unum idemque in omnibus cum alijs sentiat, neque tamē si quis diversum à cæteris opinetur, vel nomen aliquod. *v. g. patri-mater*, magistrale, ut vocant, tanquam privatus Doctor & Magister inveniat, aut etiā Christi corpus ex purissimo B. MARIÆ VIRGINIS sanguine formatum, per secundinas alitum, sine fæcibus natum extra uterum asserat, idque ad absurdas hæreticorum quorundam (quos inter prædicans Hildesiensis ante aliquot annos Steurvvaldii capite plexus numerandus est.) B. VIRGINEM cum reliquis fæminis parturientibus æquiparantium propositiones refellendas proponat, aut comparationibus aliquibus ex dissimilitudine tamen Poëtriatū petitis utatur, propterea ullatenus hæresis vel erroris insimulari vel damnari poterit, quemadmodum modo nominati Authores eundem Pozam temere damnare præsumpserunt.

De nomine Patri-Mater. Cum eiusmodi nomen, *Patri-mater* ab Ecclesiā Catholica non sit reprobatum; nec etiam sit prohibitum, absurdas quorundam hæreticorum propositiones refutare, licet eæ tenerioribus Catholicorum auribus fortè non adeò sint gratæ.

Nomen verò illud à P. Poza usurpatur, quo ex probabili Galeni sententia, qua Mater etiam activè (cum subinde filius potius Matri quàm Patri ex virtute quadam seminali assimiletur) concurrit, explicetur, quod B. Virgo ad humanam & temporalem Christi generationem non tantum passivè subministrando materiam ex purissimo suo sanguine, sed activè virtute seminali, sine ulla titillatione aut impudico motu ac sine virili semine concurrat, principaliter tamen ipsi utpote causę inferiori tribuente Spiritu Sancto virtutem generativam, id est potentiam proximam generandi secundum vim

istam

istam naturalem, quâ videlicet naturaliter est fœcunda, sed etiam virtutem susceptivam, seu potentiam obedientialem quoad generationem verbi, nō ut ab æterno producti, sed ut in tempore, cum humana natura uniti, seu potius ut unientis & assumentis terminativè naturam humanam. Nam aliàs unio ea effectivè à SS. Trinitate procedit. Cum opera ad extra sint Trinitati indivisa. Vid. Bonav. Scot. Nicolaum de Orbellis *3. dist. 4*, Suar. *tom. 2. in 3. part. D. Thom. q. 32.*

Num autem opera ipsius Pozæ à Sacra Congregatione Indicis S.R.E. Cardinalium propterea sint prohibita, vel quod immaculatam Beat. Virginis conceptionem cum refutatione alterius partis susceperit defendendam, eamque non prius obtentâ à Sede Apostolica licentiâ curarit imprimi, vel quod secundo aut tertio à conceptione naturali die post rudem aliquam membrorum delineationem, & imperfectam corporis formationē animam infundi tanquam probabile proponat cum Aphrodis. Themist. Bonav. Fieno, cui reclamat communior Dd. Theologorum, ICtorum, Medicorum ac Philosophorum sententia, tradentium animam post perfectam corporis formationem infundi ex illo *Exod. 21.* juxta 70. interpretes (quorum versio tantæ est auctoritatis, ut in Testamento novo citetur) ubi dicitur *si duo viri pugnam inierint, & mulieris fœtum percusserint, si infans non figuratus expressus fuerit, mulcta illa percussor mulctabitur, quæ ei à mulieris viro imposita fuerit, illamque cum postulatione exsolvet. Quod si figuram infans habeat, animam dabit pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, pedem pro pede*; Ita tradit & Philo. *in lib. de special. legib. d. c. 21. Exod.* explicans S. Augustinus relatus *in c. Moyses. 32. q. 2. &c.* ex illo *Gen. c. 1. quod Deus fecit hominem ex limo terræ*, eique constructo & formato inspiravit spiraculum vitæ; probatq; S. Hieronymus relatus *in c. nasci. 56. dist.* S. Thomas *lib. 1. contra gent. c. 89.* aliique Theologi. Inter ICtos Paulus *in l. si quis aliquid. 38. §. qui abortionis ff. de pœn.* Medici Philosophi apud Caranzam de partu *c. 1. de conceptione* §. 1. & 2. comprobant, licet non usque adeo in tempore perfectæ formationis conveniant; aliis in mare 30. 35. 40. 50. in fæmina 40. 45. 50. 60. 70. imo 80. diem apud Caranzam, *d. c. 1.* §. 2. determinantibus; quam ego pro fortitudine vel debilitate vis formatricis citius aut serius, in mare tamen quâm in fæmina citius perfici existimo; vel num aliqua alia sit causa prohibitionis istius, mihi non liquet. Saltem id constat, quod ex causis sæpe quædam prohibeantur, quæ secundum se alioqui bona & licita, at quia materia in iis digesta superat captum vulgi, cui hac potum dari oportet, non escam illam, quam glutire non potest, ut Congregatio Generalis S. Romanæ & Universalis Inquisitionis in decreto suo coram Sanctissimo D.N. Innocentio Papa X. 6. Octob. Anno 1650. lato prudentissimè loquitur, sed hæc ego duntaxat historicè retuli, nec enim mihi per otium licet eiusmodi controversiis vacare.

Insuper noto, quod Vargas *d. c.* 28. atque ex eo Hulsius *specimine suo primo artis pelasgæ* novum fidei Symbolum, quasi ex eiusdem Pozæ operibus concinnatum afferant; Quod tamen ipsi non ex Poza, sed ex damnatis Francisci Roalis scriptis desumpserunt, prout ex famoso libello, qui inscribitur *Societatis Iesu Novum fidei Symbolum in Hispania promulgatum; eiusdem Notio Censoria in Symbolum Apostolorum*, videre est; qui tamen liber non in Hispania, sed Germania, prout ejusdem Typi, & Chartæ coarguunt, impressus; ut vel hinc ejusdem falsitas appareat, quamvis & inde ea convinci possit; quod singuli istius novi symboli articuli nec sint *explicitæ* vel *expressæ* Patris Pozæ *propositiones*, ut ex ejusdem scriptis notorietate facti est evidens; nec etiam sint *deductæ*; quomodo enim ex propositionibus Pozæ in sensu vel analogico, vel diviso, vel composito, vel allegorico vel accommodatitio, vel relativo, vel in concreto, vel econtra in abstracto secundum quid sumptis, poterunt conclusiones in sensu vel univoco, vel composito vel diviso, vel proprio vel in abstracto, vel econtra in concreto, absoluto (prout illi calumniosi scriptores conantur) inferri? Ecquis non ita fallaciter hæreticos istos & Calumniatores argumentari iudicabit? Ut hinc rectè & meritò inquisitio Hispanica eiusmodi Roalis scriptum, ex quo reliqui suos confinxere libellos famosos, *tanquam impium, contumeliosum, & ab omni veritatis specie alienum, plenum detractionibus contra nonnullos Religiosos* & tam sanctam Religionem (Societatis Jesu) *de Ecclesia Vniversa iam olim hodieque tam bene meritam publicè igni comburi iusserit Anno* 1634. quemadmodum supra ex P. Laurentii Foreri *Mantissa* innui.

Quod contra Hulsius opponit, quasi Roales, *qui symbolum illud allegat, ab Inquisitione Hispanica quidem fuerit damnatus; attamen ubi idem ad sacrosanctum Romanæ Inquisitionis Tribunal detulerit Roales, seque obtulerit ex* P. *Poza demonstraturum, obtinuerit, ut eum in finem Romam* P. *Poza citaretur*, qui minime ausus *fuerit comparere, nec ibidem comparuerit.*

Ad illud Respondeo quod non sufficiat, ut Hulsius hoc solum alleget, sed insuper ab eodem requiratur, ut hoc ipsum probet, juxta *l.* 2. *ff. de probat.* Cum ea, quæ sunt facti, non præsumantur, sed probanda sint; Hoc ipsum verò quod allegat Hulsius, facti est, & minime ipse Hulsius probat. Consequenter, cum ille alterius honorem sugillet nec etiam probet, calumniari dicendus est. *Deinde* nec verisimile est, quod Inquisitio Romana P. Pozam propter symbolum à Roale Calumniatore confictum, & propositum, quasi illud ex P. Poza confletur, unquam citarit, aut quod P. Poza vir doctissimus cum Roale in disputationem venire non fuerit ausus. Cum propositiones à Roale defendendæ maximam partem essent hæreticæ, scripturis sacris, & SS. Conciliis contrariæ, ut non tam à Roale aliquo Catholico, quàm ab hæretico impostore confictæ videantur. Et

quo-

quomodo Roales unquam ostensurus esset, illud symbolum à se vel hæretico aliquo malitiosè confictum ex P. Pozæ assertionibus deduci. Nam ut rem exemplo demonstrem, quis ex eo, quod Pater Poza dicat, *B. Mariam Virginem Patri matrem Christi respectu humanæ & temporalis eiusdem generationis*, rectè inferat, quasi præfatus pater in primo Symboli Apostolici articulo duos statuat Patres, vel Patrem & Matrem? Cum istic unus duntaxat Pater respectu æternæ Christi generationis proponatur. Cujusmodi æterna generatio nequaquam B. Virgini tribuitur ex eo, quod ipsa dicatur Patrimater respectu temporalis generationis Christi; sicuti nec ex eo, quod quis Christum spiritualiter in corde suo producat, eaque ratione dicatur eius Pater, Mater spiritalis, potest dici vel inferri, quod plures dentur respectu æternæ generationis Christi Patres.

Deinde quis ex eo, *quod idem cum aliis Theologis duas asserit generationes Christi; alteram æternam ex Deo Patre, alteram temporalem humanam Christi ex B. Virgine, analogicè convenientes*, rectè inferret, quod Poza statuat duos genitos Christos; Nam hoc patet expressè falsum esse, & secundo symboli Apostolici articulo repugnare. Cum hic numerus duorum genitorum, involvat multitudinem suppositorum, quæ in Christo non reperitur. Siquidem *unicum* duntaxat dicit suppositum & personam increatam, quamvis Christus propter duplicē generationem dici possit bis genitus; quia in illa propositione particula *bis* respicit genitum, uti terminum connotativum, connotatque & dicit simul duas Christi origines seu generationes, quarum altera æterna, altera temporalis est nativitas, sed utræque secundum se abinvicem sunt distinctæ, atque analogicè duntaxat conveniunt; non verò in illa eadem propositione particula *bis* infert numerum seu multitudinem ipsius Christi suppositi. Vide *S.* Thom. *in 3. part. q. 35. art. 2. &* ibi Suar. *tom. 2.* sicuti quando idem aër & solis radiis & ab alio aliquo lumine illuminatus est, dicitur rectè idem aër bis illuminatus, non verò duo aëres illuminati. Idem de similibus propositionibus statuendum erit, ad quas nisi advertatur, gravissimè aberrabitur, maximè à Calvinistis in gravissimis fidei punctis, ut paulò post aliquo exemplo Eucharistiæ demonstrabitur.

Adhæc licet in Christo idem Pater cum S. Thoma. *d. 3. part. q. 35. art. 5.* aliisque Theologis asserat duas in abstracto dari relationes *filiationis*; alteram ad Deum Patrem respectu æternæ generationis; alteram ad B. Virginem matrem respectu generationis temporalis; attamen inde nemo rectè inferet, Christum in concreto esse duos filios. Siquidem hoc patet esse falsum. Cum hic numerus duorum requirat multitudinem suppositorum, quæ in Christo non datur, prout paulò ante declaravi. Nam duę relationes filiationis CHRISTO in abstracto consideratæ & datæ potius causam fundamentalem dicunt, quam

ipsum suppositum ; filius verò in concreto sumptus dicit ipsum suppositum, quod in Christo nequaquam multiplicatur, sed est unicum. Concretum enim, ut tradit Nicolaus de Orbellis. *in 3. sent. 6. distin.* non numeratur absque numeratione suppositi, sicut Christus non dicitur duo volentes, licet in ipso sint duæ voluntates; sicut nec habens duas scientias, dicitur *duo scientes*, &c. nec Christus habens in Eucharistia duas aut plures præsentias, dicitur duo aut plures Christi præsentes; secus ac hæretici inscitè argumentantur. Utrum verò Christus propter duplicem relationem filiationis possit dici *bis* filius, proponit Suar. *in d. q. 35. art. 2. sub fin.* aitque, quòd illa loquutio in rigore quidem sit vera; cavenda tamen; ne alioqui propter similitudinem locutionum sub una relatione filiationis, quæ fundatur in æterna generatione, videatur altera relatio filiationis, quæ in temporali generatione Christi fundatur, introduci, adeoque error induci &c.

Ita porrò de reliquis propositionibus, quæ hæretici per calumniam ex Poza deducere moliuntur, discurrendum erit; Nec enim lubet eas omnes, cum huc non spectent, fusius prosequi, sicut nec notionem censoriam, illi symbolo coniunctam; quia ea censoria notio non est in ipsum symbolum Apostolicum, sed in falsas symboli expositiones, quas nec Inquisitio Romana nec ullus Catholicus approbat, sed cum scripturis sacris & SS. Conciliis, maximè Lateranensi III. & Tridentino, tum Constitutionibus Apostolicis, præsertim Urbani VIII. in qua Jansenianorum & aliorum quorundam propositiones aliquæ rejiciuntur, unanimiter condemnat.

Hac occasione & illud moneo, quod hæretici subinde propositiones allegoricas in sensu proprio fallaciter accipiant, quemadmonum Joannes Leonardus Wilgen seu Gratianus Leosthenes Salicetus *in famoso speculo Iesuitico ad Ann. 1620. §. similis ferè farina &c.* ex concione Patris Guilhelmi Boys p. m. quam ego ipsemet hic Coloniæ audivi, allegoricam ipsius propositionem, fallaciter in proprio sensu accipit.

Cum Pater is solitus fuerit uti allegoriis, prout norunt omnes, qui eius conciones sæpius audiverunt. Ut proinde hæreticis istiusmodi propositiones cavillantibus minimè fides sit adhibenda.

Theses Dilinganæ. Deinde quod *Theses Dilinganas* attinet, ubi eę subitò à duobus Theologis Societatis ibidem fuerunt validè impugnatæ, per novas alias impressas Theses ab ipsomet Authore explicatæ, atque in bonum sensum declaratæ fuerunt.

Theses Lovaniensium. Illud falsum est, nec ullatenus verum ostendit Frater Romanus, quod nostrorum PP. Lovaniensium doctrina de *prædestinatione, libero arbitrio & gratia* sit à Summo Pontifice damnata. Videtur bonus frater

frater non multum in Theologicis eruditus. Solum Theses Antuerpianæ & Lovanienses unius vel alterius ex Societate *de auxiliis gratiæ* actualis, in quibus ea consistant, ac quomodo cum homine, vel homo cum iis ad actum supernaturalem concurrat, tractantes, quibus oppugnabantur Janseniani, prohibitæ sunt; non quia reprobatam aut suspectam continent doctrinam; sed quia non prius ad sedem Apostolicam ejusque Inquisitionem generalem, ut ab eadem ob gravissimas causas, & in re indecisa evitandas contentiones, scandala cavenda &c. examinentur, missæ fuerunt, prout ipsemet S.D.N. Vrbanus Papa VIII. in Const. sua *In Eminenti Ecclesiæ militantis Sede &c. dat. Romæ, Anno Christi 1641. pridiè Nonas Martii, Pontificatus ipsius Anno* 19. verbis expressis declaravit.

Henricus Calenus & Libertus Fromondus exadversum citati, neque ex Societate nostra sunt, neq; ejusdem doctrinam, à Sede Apostolica indecisam universim sequuntur, sed cum Jansenianis alias quoque propositiones à Sede Apostolica damnatas, quæ in præfata Constitutione Vrbani VIII. enarrantur, defenderunt, ideoque aliqua eorum doctrina non tantum prohibita, sed & damnata est, *in d. Const Vrbani Papæ VIII.* quamvis & Fromondus sub finem vitæ à Jansenianis erroribus resipuisse scribatur.

Unde patet, quâ fraude F. Romanus in allegandis ejusmodi prohibitionibus Apostolicis utatur, ac benevolum Lectorem studeat circumvenire, Societatique errandi pronitatem imponere; Cum tamen ipsemet Gravina *in voce congeminatæ turturis. cap. 16. §. 1. pag. 309.* testetur, quod Societas in reprimendis suorum ingeniorum audaciis, & ad antiquitatis normam reducendis providam curam gerat. Quin etiam Societatem his verbis dilaudat Caramuel *in Theol. regular. disp. 34. num. 349.* Nec carpendus, inquiens, qui verba melliflui Doctoris usurpo, cũ videatur eorundẽ prærogativas prævidisse, prædixisse, imò memorasse, nominasse. In festo S. Andreæ; illa clementissima tua pietas & benignitas adoranda, ait, delicias suas dicit esse cum filiis hominum. Isti sunt filij hominum, qui speraverunt sub tegmine alarum " tuarum, quos elegisti de plebe, quorum lavisti pedes, quibus tuum Spiri- " tum infudisti, qui ædem tui nominis (nempe Jesu) quadrigis Evangelicis per Orbem quadrifarium portaverunt; Hæc de quibuscunque dicta, si de Patribus Societatis intelligas, sunt valde vera.

Huc accedit authoritas Reverendissimi & Illustrissimi Domini Archiepiscopi Gnesnensis in Polonico Regno Primatis, qui fama doctrinæ Societatis commotus, non semel ad Rectorem Viennensem ac Provincialem Austriæ datis literis hortatus est, ut stylum adversus impietatem Arrianam " passim in Polonia reviviscentem stringerent, his præter cætera magnificis ad " literam verbis; Nos sane à Societate Vestra, quæ hactenus non pauca præclarè scripsit, tanquam bellatoribus strenuis & ad certamen hoc decertandum divinitus in Ecclesia Catholica excitatis, furorem ac rabiem insano-

rum hominum rectius, quàm à quoquam alio retundi ac reprimi posse existimavimus. Itaque provinciam illam Ordini vestro, nostro judicio, maxime propriam, ad vos deferendam nobis esse statuimus &c. His gemina *in tractatu nostro* 3. attulimus. Ut vel hinc F. Romanus cum suo authore suisque asseclis meritò erubescere debeat, qui tam absurda de Societatis doctrina proloquatur, quam Sedes Apostolica tanti fecit, ut etiam Theologos ex Societate nostra ad Concilium Tridentinum Oecumenicum deputarit, ubi ipsi in omnium oculis venerationi fuerunt & admirationi.

§. 5.

De affixione Monachiensi.

Commentum Hayanum. F. Romanus ut calumniam suam coloribus quibusdam obumbret, aliquot alia subjicit exempla, quibus suam existimat erroneam confirmati opinionem. Nominatim vero Patribus Societatis Monachiensibus abusum scriptutarum sacrarum & quidem verborum consecrationis sub *allegat.* 490. *pag.* 373. *in horti confinib.* impingit, quasi *ipsis applaudentibus & non corrigentibus juvenis in affixione carminum & Emblematum pro festo Ven. Corporis Christi exposuisset effigiem Martini Luthericum obesissimo corpore depictum, cujus ventri instar tympani inflato hac fuerant verba inscripta; Hoc est corpus meum.*

Discutitur. Ast fabula hæc est & commentum Fr. Romani, nullo teste vel probatum vel unquam probandum; quin etiam positivè aliorum testimonio refellitur ac reprobatur. Ita enim ad me scribit P. Joannes Sigersteiter, Collegij Rector Monachio 23. *Jun.* 1648.

Accepi Reverentiæ V. literas, in quibus mihi aliquot quæstiones proposuit, pertinentes ad F. Romani Haij calumnias refellendas, ad quas respondeo. Ad primam: An Monachij ante aliquot annos, in affixione pro festo Corporis Christi exhibitus sit Lutherus obesissimo corpore, cum hac inscriptione. Hoc est corpus meum; Respondeo nemini in hoc Collegio de hac re quicquam constare, sed videri omnibus calumniam. Negat se quicquam tale permisisse P. Georgius Spayser, qui ante me immediate hic Rector fuit, novem annis & sex mensibus. Negant se quicquam tale vidisse vel audivisse duo antiquissimi patres, viri etiamnum prudentissimi P. Andreas Algerman Professus quatuor votorum ætate 73. annor. & in Societate 47. Deinde P. VVolffgangus Sconsleder, Professor olim meus in Rhetorica notus ex libris editis, ætate 78. & in Societate 58. annorum. Negant omnes à me interrogati. Nec ullo modo probabile est, in isto loco, præsentibus Principibus accuratissimi & delicatissimi judicii, ejusmodi aliquid permissum fuisse. Hactenus ipse ad quæstionem propositam. Et ne ipsius tanquam domestici testimonium possit

possit ulli esse suspectum; Addo aliud Prætoris in Eberspergdocumentum, quod ex parte jam supra fuit enarratum; ita verò illud, quatenus huc spectat, se habet.

Ego Paulus Khern Iuris utriusq; Licentiatus, Electoralis Curiæ Monacensis Advocatus, & ibidem Notarius Immatriculatus, nec non Monasterii & Hoffmarchiæ Eberspergensis Prætor. Hisce fateor, quod in aula Ecclesiastica & Horto Crusiano, *à R.P.F. Romano Haij Ordinis Benedicti &c. An.* 1648. *Francofurti edito, non absq; summo scandalo legerim, quod dictus P. Haij inter cætera,* fol. 338. *&c. audeat decantare.* Item fol. 372. *accidisse Monachii in Gymnasio Societatis, ut aliquot ab hinc annis quidam juvenis studiosus ipso die festo Corporis Christi inter publicas de more carminum & Emblematum affixiones, etiam exponeret effigiem Martini Lutheri cum obesissimo corpore depictam, cujus ventri instar tympani inflato, hæc erant inscripta verba:* Hoc est corpus meum &c. *Cum tamen ego supra nominatus non solùm Monachij natus & educatus fuerim, verùm etiã studia humaniora ibi audiverim &c. (prout supra & statim subsequitur) non recordor similiter, quod unquam in carminum affixione, (quæ non in ipso festo Corporis Christi, sed potius infra Octavam, die Lunæ, quo Patres Augustiniani solemnem processionem instituunt, fieri solet,) Lutheri imaginem cum hac inscriptione,* Hoc est corpus meum, *viderim, vel etiam id factum esse, ab aliis audiverim, quod me inscio vix fieri potuisset; cum ejusmodi affixiones, singulis annis excepto quinquennio, quo Ingolstadii in studiis fui, curiosius inspexerim, quod coram Deo & conscientia testor. In quorum fidem testimonium hoc propria manu scripsi & consueto sigillo munivi. Monachii 26. Ian. 1649.*

L. S.

Paulus Khern, J.V.L.

SEd esto affixerit aliquis studiosorum in festo Corporis Christi hominem hæreticum obesissimo corpore cum ista inscriptione, *Hoc est corpus meum.* Num ideo Societatis Jesu Patres abusus sacrarum scripturarum rectè insimulari poterunt? Minimè gentium, nisi quis velit & ipsos Apostolos & Evangelistas, insanam & Dæmonis ipsius & hæreticorum doctrinam atque ad eam stabiliendam, adducta sacrarum scripturarum loca nobis in libris suis depingentes & describentes, alicujus dictarum scripturarum sacrarum abusus redarguere. Quod nemo sanæ mentis in cogitationem, nedum in calamum suum admiserit. Ita à pari concludam, q; posito, non verò concesso casu, juvenis iste ad ostendendã Calvinistarum seu Reformatorũ realem & corporalem Christi in venerabili Sacramento præsentiã negantiũ absurditatẽ, ejus phantasticę opinionis primũ, (uti asserunt Conrad⁹ Schlusselburgius, *in Catalog hæreticorum. lib. 3. de secta Sacramentariorum, p.* 32. 33. Carion *in Chron. lib. 3. ad ann.* 1525.) Authorem Andream Bodenstein, Carolo-

Andreas Carolstadius quis & qualis fuerit, quidve docuerit.

Carolostadio Franconiæ oppido (Unde & ipse Carolostadius *antonomasticè* nuncupatur) oriundum in Emblemate depictum obesissimo corpore proposuerit, (quod hic homo testibus Luthero *in Tractatu contra cœlestes prophetas*, wider die himlischen Propheten von den Bilderen vnd Sacramenten §. auff der Klag D. Carlstadt/ vers. fin. ersten Theil von Bilderen/ Edit. Wittenberg/ 1569. *fol.* 22. & Bzovio *Annal. tom.* 19. *ad ann.* 1525 *num.* 44. planè rusticus, agrestis ac deformis compareret, cui amictus omnino incultus esset, alti perones, subcineritii coloris, tunica crassa & squalida, culter lacerâ vaginâ promicans, pileus etiam simplicior & rusticus) illique Calvinistarum realem Christi in SS. Eucharistia præsentiam negantium authori in depicto Emblemate repræsentato studiosus addiderit, hanc inscriptionem; *Hoc est corpus meum*, propterea quod ipse Carolostadius perperam & absurdè ea verba exponeret, assereretque Christum Sacrosancta ista verba, *Hoc est corpus meū*, non ad id, quod manibus tenebat, sed ad corpus suum mensæ assidens dixisse, ac digito in corpus suum intento dixisse, *Hoc est corpus meum*. Uti videre est apud Jodocum Coccium, *tom.* 2. *Thesauri Catholici. lib.* 6. *de Eucharistia. art.* 1. Florimundum Ræmund. *lib.* 2. *de Origine hæres. cap.* 7. *sub fin.* Conradum Schlusselburgium *in Theolog. Calvinistar. lib.* 1. *art.* 22. Martin. Luther. *in d. tract.* wider die himlische Propheten/ *part.* 2. *fol.* 38. *pag.* 2. *& fol.* 39. Cujusmodi absurdissima istius hominis interpretatio, cum non tantum à Catholicis, sed etiam ab ipsismet Acatholicis Martino Luthero. *d. tract. contra cœlest. Prophetas, part.* 2. Calvino, *in* 1. *Epist. Corinth. cap.* 11. sed tacito nomine, à Beza, aliisque apud Conradum Schlusselburgium, *sup. cit. loco* reprobata, atque exsibilata sit, non mirum alicui videri debet, si ea quoque tanquam inepta ab aliquo studioso fuerit proposita & adumbrata; Hanc corporalem Christi in SS. Eucharistia præsentiam negandam Andreæ Carolostadio, occasionem præbuit Lutheri concio, quâ edixerat, quod naturale Christi corpus, tam magnum, latum, crassum & longum in Sacramento sit, quàm in cruce pependerit, Christi natürlicher Leib so groß/ weit/ dick vnd lang im Sacrament sey/ als er am Creutz hienge/ quo dicto Carolostadius ita offensus fuit, ut teste ipsomet Luthero, *d. tract. contra cœlestes Prophetas, part.* 2. *ad* 2. Christum in Eucharistia præsentem negaret; Neuter rectè. Cum Christus in Eucharistia verè sit presens quoad presentiā indivisibiliter, quoad corpus habeat suam extensionem entitativam & quantitativam aptitudinalem, non actualem coextensam loco. Et sic Carolstadij, ac Calvinistarum argumentum cessat. Accedebat ad prius Carolstadij factum, gravis inter ipsum Carolostadium & Lutherum cum multa dirarum imprecatione contentio, quâ unus ab altero in ea re diffidere cœpit, ut clarè videre est ex eadem concione Lutheri, 1. *in tom.* 2. *operum Iena editorum an.* 1588. *pag.* (*mihi*) 446. relata; tum unius floreni aurei authoramentum eo fine Carolostadio à Luthero datum, ut se mutuis scriptis continuo impeterent; quod etiam

etiam haustu vini propinato fuit confirmatum, teste ipsomet Luthero, *d. loc.* Cujusmodi doctrina Carolstadii ita imbibita & nequaquam à Spiritu sancto, uti benè advertit Ambrosius Wolfius Lutheranus & Concordista, *in historia Augustanæ Confessionis*, der Augspurgischen Confession/ *sub tit.* vom Vhrsprung jetzigen Streits vom heiligen Abendmahl/ potuit dimanare; Et tamen huic viro, qui tam malè suam cepit reformationem, tantum tribuunt asserti Reformari, ut relicto veræ Ecclesiæ Catholicæ gremio & Catholicâ veritate ad ejus rusticam stivam & fabulas aniles, *uti vocat Lutherus*, sese demittant, à cujus vestigiis vel maximè abhorrere deberent; Cujusmodi initio reformationis, haud melior in ipso Carolostadio respondit vitæ finis. Siquidem hic Basileæ in pervigilio natalitiorum Christi, Anno 1541. ex objectâ sibi nullique alii sub ipsam concionem suam, quam ante triduum in templo S. Petri habuerat, teiri & oblongi Æthiopis imagine, conterritus animam suam miserrimus exhalavit. Vide Bzovium, *tom. 19 ad Ann. 1525. n. 44. sub. fin.* & Florimundum Ræmund. *de Origine hæres. lib. 2. cap. 1. sub fin.* *Carolstadii vitæ finis.*

Zwinglius quoque eandem opinionem ex *Spiritu*, quem ipse nescit, *ater fuerit an albus*, hausit. Vide Joannem Dietericum *in refutat. calumniar. Ioannis Lampadij. §. Somnium Zvvinglij, pag. 12. 13.* Cum tamen prius *probandus* fuisset *Spiritus, utrum ex Deo esset*, quam ejus suggesta doctrina publicè aliis proponeretur, ne aliàs errandi periculo sese exponeret. Quia verò Zwinglius Spiritum illum non probavit, & nihilominus suggestionem ejus secutus est, quis dubitare poterit, quin temere egerit, seseque erroris, quem incurrit, periculo exposuerit; Ut proinde ab illo sit cuiq; salutis suę amanti discedendum. Quod ex animo meis popularibus voveo atque exopto. *1. Ioann. 4. 1.*

Ex hisce patet, quod istiusmodi imago non *Martino Luthero*, sed *Andreæ Carolostadio* verè & rectè possit applicari. Nam licet Martinus Lutherus à Carolostadio, Anno 1512. 13. Decemb. in festo S. Luciæ Wittenbergæ Doctor Theologiæ renunciatus esset, ut author est David Chytræus, *in addit. ad Crantz. VVandal. & Saxon.* attamen post defectionem à fide Catholica, uterq; à se invicem diffidere, scriptisq; mutuis petere cœpit, quemadmodum in hoc ipso puncto realis præsentiæ Christi in Eucharistia videre est. Ut ita colligere liceat, ejusmodi reformationem non à Spiritu Charitatis & concordiæ, sed dissensionis, & discordiæ profectam esse.

§. 6.

De Monstro Stirensi.

DEinde F. Romanus *allegat. 271. sub tit. monstrum Stirense in puteo*, Societati nostræ exorcismorum asscribit abusum; *Quin & Stira*, inquiens, *Commentum Hayanum.*

in Austria Superiori, non ita pridem in puteo deprehensum animal, cornutum aut instar crocodili scutatum à plerisque civibus exterritis credebatur, ut vix esset, qui sese ad duellum cum bestia conficiendum, etiam oblato auro dimitti pateretur. Nempe hoc saeculo, etiam parturiunt fontes; Exorcismos & preces adhibuerant Patres Societatis Jesu & alii, sed frustra. Ingemiscebant cives & Incolae; soli mures desuper intuentes puteum, id genus monstri (solurus erat) ipsosq; cives ludibunde ridebant &c.

Hactenus F. Romanus.

Resp. Bitur. Ast sine teste & documento. Quare mihi rei veritatem indaganti P. *Paulus Tafferner* Stirensis Collegii Rector in hæc verba 26. Maij, hoc anno. 1650. respondit.

Vt Reverentia vestra aliqualem fabulæ notitiam habeat, sic res syncerè accidit. Cultrarius famulus (gesselle *vocant) fuit, qui in festo Corporis Christi anno 1641. de more sertum capiti impositum in processione publicâ gestaverat, illud in domo Magistri sui, rediens dimiserat in puteum, ut frigido in loco servari posset in sequentem dominicam, qua iterato processioni publicæ serto coronatus interesse debuerat; sic crucigerum, ne novum emeret, indeptus est, Cum ad hoc, die dominico sertum è puteo assumere vult, vidit catum seu felem accensis oculis è profundo & obscuro puteo prospicientem, & quia puteus inconcinnè eductus fuit, prostantibus hinc illinc lapidibus & cavernis, subduxit sese felis ad hominis conspectum, prodiit subduxitque sese sæpius, prout circumstantiæ exigebant. Famulus seu* Messerschmidt Gesell *Tyro cultrarius nugatur, basiliscum inesse puteo succlamat (alii crocodilum, draconem &c.) Accurrunt cæteri socii in vicinia. E nugis & fabulis serium ac verum creditum fuit, divulgatum in suburbio primum (ubi id acciderat), deinde in urbe;* P. Jacobus Pistorius *casu egreditur è Collegio visitaturus infirmos, & ecce offendit tres cives simul, omnes pœnitentes suos de basilisco conferentes capita, bonum virum adigunt, ut unà secum monstrum hoc exitiale visum eat. Dictum factum. Vbi ad puteum ventum est, vidit nihil ob tenebras, aut cavernam, in quam se subduxerat; tum bonus Pater ad funiculum arrosum suspendit candelabrum imposito lumine, demisitq; in puteum, visurus monstrum, & ecce candelabro ex una parte præponderante lumen funiculum adussit, itaque lumen cum candelabro in puteum decidit, ac Pater ad circumstantes conversus monuit, ne similia crederent, sed fabulam existimarent, quod sibi graviter obesse possent, si res à judicibus resciretur, absolutaque monitione discessit. Post ejus discessum increbescente fabula, excitus populus & consul, deliberant, consultant, usque dum fabro lignario persuadent, qui se pecunia constituta demitteret; demissus jam mortuum catum extraxit, cumque ad orificium putei levasset, ejecto cato, inquit, hic vester basiliscus est, Hæc rei gestæ series est, ad quam varii varia confinxerunt; Hactenus ille.*

Hisce fictoribus addit F. Romanus, quod sacræ preces & exorcismi ad fugandum crocodilum à Patribus Societatis sint adhibiti; Cujus figmentum

eum ut refellam, juratam duorum seniorum ac præcipuorum istius loci civium & testium depositionem ex Cæsareo Protocollo 20 Maij, Anno 1650. extractam dabo, ut ex ore duorum ac trium veritas innotescat, falsitasque fugetur. Ita vero se habet depositionis testium documentum.

Aussags Attestation.

Auß der Käys. Herrschafft zum Verhör Protocoll / de dato 20. Maij, Anno 1650 in nachfolgender materi.

Auff darin gehorsames Ersuchen / des WolEhrwürdig in Gott geistlichen Herrn P. Pauli Tafferner / des Collegij der Societet Jesu in der Stadt Steyr allhie dieser Zeit verordneter Rector seine hernach benannte zweene Bürger in erstgemeldter Stadt / bey allhiesig Keyserl. Herrschafft Steyer / auff vorhergangene Erlassung ihrer Bürgerlichen Pflicht / vnd mit Ordnung beschehenen allhero Verschaffung / vber nachfolgende zwey Fragstück / sub corporali juramento, mit jhrer Aussag vernommen worden.

Matthias Durer / Bürger vnd Hammerschmidt allhie.

Interrogatoria.

Ob die Patres Societatis zu Steyer / vnd in specie P. Jacobus Pistorius, Anno 1641. Exorcismos, Beschwerungen oder Pannung bey dem vermeinten Crocodil am kleinen Wiserfeldt / dem Kirchgebrauch nach / oder sonsten auff eine andere Manier vnd Weiß gebraucht haben.

1.

Aussag

Das könnne er nicht sagen.

2.

Ob vielleicht andere Gebet oder Andachten / die nicht exorcismi oder Beschwerungen seynd / ernenter Pater jemahls dabey gebraucht habe / oder nicht ?

Aussag.

2.

Habe Pater Jacob dabey einig Gebet oder andere Andacht nicht gebraucht.

Martin Burchard / Bürger vnd Bader allhier

Interrogatoria.

Wie bey vorigen Zeugen bereits verstanden.

Aussag.

Ist vom Pater Jacob nicht beschehen/ noch verricht worden.

2.

Nichts dergleichen von jhm P. Jacob vernommen/ gehört/ noch geschehen/auch niemand dabey nieder kniet.

Hierauff ist zu Bekräfftigung der lieben warheit/ ermelten Herrn P. Rector diese Aussags Attestation / vnter des Hoch-vnd Wolgebornen Grafen vnd Herrn/ Herrn Johan Maximilian Grafen von Lamberg / Freyherrn zu Orttenegg vnd Ottenstein/ Herrn auff Stodeherrn vnd Amerang/Römischen Käys. Mayt. Reichs Hoff-Rath/ Cammerer/vnnd Burggrafens auff Steyr &c. kleinern Ampts Insiegel verfertigt/ vnd zugleich von dem Wol Edel vnd Gestrengen Herrn Elia von Serau/zu Mülleuthen/hochsternent Ihrer Käys. Mayt. Rath vnd Rentmeistern allda vnterschriebener ertheilet worden / doch jhnen vnd jhren Erben/ auch der Käys. Herrschafft Steyr in allweg vnvergriffen vnd ohne schaden/ Geben auff dem Käys. Schloß Steyr/Anno & die, ut supra.

L. S.

Elias von Seraw/m.pp.

Id est,

Attestatio Depositionis

Ex Cæsareæ Audientiæ ditionis Stirensis Protocollo

de Dato 20. Maij 1650. in materia subsequenti.

Ad submissam Requisitionem Admodum Reverendi & Devoti in Christo Patris Domni Pauli Tafferner Collegij Societatis Iesu in hac Civitate Stira pro tempore constituti Rectoris, sunt duo infra nominati cives in præfata urbe coram hujate Cæsareo Regimine Stirensi præviâ relaxatione civilis juramenti ac emanata citatione super duobus sequentibus punctis sub corporali juramento auditi.

Matthias Durer Civis & faber ferrarius.

Interrogatoria

1.

An Patres Societatis Stiræ & nominatim Pater Iacobus Pistorius, An. 1641. exorcismis vel adjurationibus apud existimatum Crocodilum in minori VViserfeldio juxta ritum Ecclesiæ, vel alio modo usus fuerit.

Depositio vel Elogium.

Ait, illud se nequaquam affirmare posse.

2.

An forte eam in rem alias Orationes aut pia opera, quæ non sint exorcismi vel adjurationes, præfatus Pater uspiam adhibuerit, usurparit, vel non?

Elogium

Elogium.

Patrem Jacobum nec ullam orationem, nec alia pietatis opera adhibuisse.

Martinus Burchart Civis & Præfectus Balnei.

Interrogatoria eadem, quæ priori testi proposita.

Elogium.

1.

A Patre Jacobo nihil simile factum aut adhibitum fuisse.

2.

Nihil simile ex Patre Jacobo intellectum, auditum vel factum fuisse, ac neminem istic genu flexisse.

Super quibus in testimonium Veritatis supra nominato Domno Patri Rectori huius depositionis & elogii attestatio, sub minori officii sigillo Excellentissimi & Illustrissimi Comitis ac Domini, Domini Joannis Maximiliani Comitis in Lamberg, Baronis in Ortenegg & Ottenstein, Dynastæ in Stodehern & Amerang, Cæsareæ Majestatis Consiliarii Imperialis Aulici, Camerarii & Burggravii Stiræ expedita, simulque à prænobili & Strenuo Domino Elia de Serau in Mulleuthen Cæsareæ Majestatis Consiliario & Quæstore subscripta & communicata fuit, sed sine suo suorumque hæredum, ac Cæsarei Regiminis Stirensis præjudicio ullo. Data in Cæsarea arce Stirensi. Anno & die, ut supra.

L. S.

Elias de Serau m.p.

Ex hac testium depositione & elogio patet, quod P. Jacobus Pistorius, qui solus & quidem sub initium affuerat, nullos exorcismos, nullas preces nullamque sacram ceremoniam adhibuerit. Ut proinde mirum sit, qua fronte F. Romanus non tantum ipsum Patrem sed & absolutè Societatem nostram rei istius omnino ignaram falsis suis calumniis oneraie, & publicè proposito libro traducere audeat. Annon huiusmodi figmenta sunt veræ lappagines censendæ, quæ quot exadversum conglomerantur circumstantiæ & lineæ, tot venient annumerandæ. Ita qui *à veritate auditum avertunt, ad fabulas convertuntur*, 2. *Tim.* 4. 4.

§. 7.

De fabula Biburgensi.

Aliud quoque figmentum Argentorati publicis relationibus insertum fuit, quasi concionator noster Biburgi sub concione ferventius in Sec- *Aliud commentum.*

tarios aut Lutheranos invectus, fulmine cœlitus emisso tactus, ac divinitus punitus, aliquamdiu exanimis jacuisset.

At quam falsus fuerit relator, ex subiecta ad cuiusdam amici literas interrogatorias responsione testiumque depositione patescet, quæ ita se habet.

Antwort

Auff eines guten Freunds Schreiben/ auß welchem klar erscheint/

Auff was für falsche vnd bawfällige Fundament die Regenspurgische Novellanten ihre/ dieses 1650 Jahrs/ von einem Jesuiten / newe erdichte Fabel gebawet haben.

Cum facultate Superiorum.

Gedruckt zu Ingolstatt / bey Georgio Hänlin. Anno 1650.

DAß dessen Schreiben hab ich nicht ohne befrembden vernommen / wie vngleich von Regenspurg außspargiert/ vnd so gar zu Straßburg in offentlichen Zeitungen nachgetruckt worden / das am Sontag den 10. Martii altem Calender nach/ ein Jesuiter im Collegio Biburg in Bayern liegend/vnter wehrender Predig/ als er eben ein Exempel von den Evangelischẽ eingefuhrt/ vñ wider dieselbige heftig geschmäht/ vnversehens ein fewriger Doñerstral auff der Cantzel darnider geschlagẽ/ daß sein Kapp vber die Cantzel vnder das gemeine volck gefallen/ Er aber lang vor Tod da gelegen/ vnd gehalten worden/ doch sich endlichen erholet / vnd wider zu ihm selber kommen/ man hält aber darfür/ daß er nicht lang leben werde. Damit ich aber der Sachen recht auff den Grund komme/ hab ich Gelegenheit gesucht vnd bekommen / mit ermeltem Jesuiten / der mit Namen P. Richardus Haug genannt wird / selbsten zureden/ wie die Sachen eygentlich hergangen/ der mir selbige nachfolgender massen vertreulich erzehlet/ daß er an obgemeltem Sontag in der Pfarrkirchen zu Vmb storff Vormittag vnter wehrendem Gottsdienst ein Predig gehalten / vnd darunter auß bewehrten Authoribus ein Exempel wider den Aberglauben vnd Zauberey eingeführt / darinn die angezogene Weibspersonen bekennt/ daß ein grosser Theil derselben darumb verdambt werden / weilen sie solches Laster deß Aberglaubens auß Schamhafftigkeit verschweigen vnnd nicht beichten/ oder wol gar für kein Sünd halten. Darüber alle Zuhörer zu der Abend Predig nach der Sigenburg/ so ein filial nacher Vmblstorff gehörig/ eingeladen/ allda er erzehlen vnd probiren wolle/ wie leichtlich alle in diesem Laster verhaffte Personen könten Buß thun / vnd seelig werden. Als nun ernanter Pater in solcher Abend Predig/ welche zwischen 12. vnd 1. Vhr beschehen / eingeführt vnd probirt / was für schwere Buß vorzeiten/ vnd Anfangs

der

der Catholischen Kirchen gewesen: Hergegen erklärt/wie leicht es an jetzt bey vnsern Zeiten seye/von den Sünden ledig zu werden/in deme man nicht mehr erfordere als ein rechte wahre Bekandnüß der Sünden/inbrünstige Rew vnd Leyd / vnd Verrichtung aufferlegter Buß: ist vngefehr ein kleiner fewriger Stral auß dem vor vnd vnter der Predig gehörtem Hochwitter ob der Cantzel gesehen worden/auff welches er P. Prediger/stehend ein zeitlang verblieben/sich darüber ein wenig nieder gesetzt/vnd ein Vatter vnser vnd Ave Maria lang geruhet / vnd weilen die Zuhörer vnter dessen von Schrecken auß der Kirchen gewichen / sich von der Cantzel begeben / vnd gantz vnverletzt nacher Biburg gangen/vnd allda biß auff diese Stund frisch vnd gesund sich befunden. Zu mehrer vnd noch gewisser Nachricht/hat auch das Churfürstliche Landgericht Vohburg / darunter der Marckt Sigenburg gehörig / auff leiblich geschwornen Eyd Erfahrung eingeholt / vnd mir darvon ein verfertigtes Instrument zukommen lassen/daß ich bey Handen habe/vnd darvon demselben glaubwürdige Abschrifft communiciren wollen: wie hernach mit mehrerm zuvernemmen.

Interrogatoria, so nach Erinnerung deß gefährlichen Meyneids / vnd darauff belegten Corporal Iuraments Gerichtlicher Ordnung nach / von Ambts wegen Erfahrungen eingeholt/den 12. May 1650.

Eydliche Erfahrung vnd Außsag / was gestalten den dritten Sontag in der Fasten/ein Predig durch den Herrn P. Richard Haug der Societet Jesu Priestern / gehalten zu Sigenburg / vnd vnter wehrender solcher Predig ein Hochwetter / vnd weiters da vorüber gangen.

Den 12. May 1650.

1. Was Nahmens/Alters/ Vermögen/Thun vnd Lassen er sey?

Mattheus Meyr Burger vnd Kirchenprobst zu Sigenburg / seines Handwercks ein Beck vnd Führer deß Churf. Marckt allda.

2. Ob er gerichtlich verschafft erscheine / vnd seines vermeinens warumb?

Seye gerichtlich verschafft/ wisse eygentlich nicht/ warumb / oder waswegen?

3. Ob er nicht instruirt worden/was er sagen vnd verschweigen soll?

Seye keines wegs was er sagen solle/erlernet worden.

4. Ob er nicht wisse/daß zu Sigenburg den dritten Sontag in der Fasten ein Predig gehalten worden?

Ja/ sey ein Predig gehalten worden.

5. Wer diese Predig/zu was Stund gehalten / vnd wie er mit Nahmen heisse?

P. Ri-

P. Richard Haug Jesuiter auß dem Closter Biburg/ vmb 12. Uhr zu Mittag hab sich diese Predig angefangen.

6. Ob dieser Prediger noch im Leben/ frisch vnd gesund/ vnd wo er sich der Zeit auffhalte?

Seye noch im Leben/ frisch vnd gesund/ vnnd halte sich der Zeit zu Biburg auff.

7. Ob dieser Prediger die Cantzel/ in der Pfarr Vmblstorff vnd zugehörigen Filialen, dergleichen Sigenburg eine ist/ noch der Zeit versehe/ vnd gleich nachfolgenden Sontag auff vorangezognen Sontag in der Fasten versehen hat?

Verrichte der Zeit noch die Gottesdienst in der Pfarr Vmblstorff vnd Sigenburg/ wie er dann am vierdten Sontag in der Fasten gleich wider gepredigt/ vnd sonderlich in der Fasten hab er zwo Predigen alle Son- vnd Feyrtag vnaußgesetzt/ eine zu Vmblstorff/ vnd die ander zu Sigenburg verricht.

8. Ob er sich erinnern könt/ von weme/ vnd was Materi der Pater geprediget?

Die Predig sey gewest/ seines erinnern von der Buß: vnd Außlegung aller Sünd vnd Laster.

9. Ob er nit vnter andern ein Exempel von den Lutheranern eingeführt? Er könte nicht sagen/ daß er ein Exempel von den Lutheranern erzehlt.

10. Ob nicht in Erzehlung dieses Exempels gleich darauff ein Donnerstreich/ vorhero aber/ gar keiner gehört/ vnd ob deß Predigers Haupt/ ein fewriger Stral gesehen worden?

Es ist zwar ein Donnerstreich geschehen/ jhme aber vnwissend/ was damahls geredt worden/ massen dann dergleichen Donnerstreich in wehrender Predig zween gehört worden/ sonst aber nicht ohne/ daß man vnversehens/ doch vnversehrt desselbigen/ einen fewrigen Stral war genommen/ vnd gleich darauff ein liederlicher Knall/ wie ein halb geladne Pistol in der Kirchen gehört/ worden/ darauff gleich alles verloschen vnd verlohren worden.

11. Ob durch diese Stral vnd Streich der Pater auf der Cantzl gleich nider geschlagen/ oder sonsten am Leib verlezt/ vnd sein Kappen vnters Volck geworffen worden?

Nein/ der Streich vnd Schnall habe den P. nicht zu boden geschlagen/ sonder hab sich allgemach zu Boden gelassen/ vnd solcher gestalt auff ein Vater vnser vnd Ave Maria lang auff der Cantzel sitzend blieben/ darauff wider vorhabens im Predigen fortzufahren/ wann sich nicht die Leut in der Kirchen verlohren hetten/ sey weder an Kleyder noch am Leib verlezt worden/ vnd sein Pyreth neben jhme auff der Cantzel ligen blieben.

12. Wie lang sich ermelter P. nach diesem geschehenem Stral vnnd gehörten Streich/ nicht wider erholen künten?

Verstanden/ daß er nach einem Vater vnser vnnd Ave Maria lang/ gleich

gleich frisch vnd gesund wider auffgestanden/vnd von der Cantzel in die Sacristey gangen.

13. Wohin alsdann der P. gebracht worden/ob er von jhm selbsten/ oder durch Mittel zu sich vnd dahin kommen?

Sey auß der Kirchen mit dem Deponenten biß für sein Hauß/ vnnd gleich darauff wider nach Biburg gangen.

14. Ob nicht auch andere Zuhörer durch dieses Hochwetter erschreckt worden?

Hab zwar gehört/daß ein Knab vnd ein Mägdlein ausser der Kirchen von diesem Donnerstreich/doch ohne Verletzung zu Boden gefallen.

Anderer Zeug.

1. Michael Eisenman Bürger vnd Kirchenprobst zu Sigenburg/alters bey 33. Jahren/ besitze ein Bawren Gut allda.

2. Gerichtlich verschafft/könt jhme die Vrsach nicht einbilden.

3. Seye gantz nicht angelernt/was er sagen solle.

4. Ja den dritten Sontag in der Fasten/als den 20. Martii hab ein Jesuiter zu Sigenburg geprediget.

5. Verstanden sey ein Jesuiter gewest/werde P. Reichard genant/ habe Nachmittag vmb 12. Vhr geprediget.

6. Lebe der Zeit noch/seye frisch vnd gesund / vnd befinde sich noch im Closter Biburg.

7. Predige auff die heutige Stund noch in der Pfarr zu Vmblstorff vnd zu Sigenburg. Hab auch vnauffhörlich in der Fasten geprediget/ wie er dann den vierdten Sontag auch/vnd fortan an allen Sonn- vnd Feyrtägen geprediget/vnd zwar in der Fasten 2. Predigen/ eine zu Vmblstorff / die ander zu Sigenburg: wann man den Herrn gleich zu der Suppen geladen/ hab er doch nichts gessen/sonder seye etwan biß die Zeit zur Predig kommen/spatziren gangen.

8. Vormittag hab der Herr Prediger zu Vmblstorff von den Aberglauben geprediget/vnd wie viel Weiber dardurch verdampt werden: Wenn sie diß Laster behalten/vnd nicht beichten/ so er mit Erzehlung eines Exempels beygebracht. Am Nachmittag zu Sigenburg/hat der Herr P. die Predig eingeführt/wie schwer die Sünden im alten Testament zubüssen gewest/vnd wie leicht jetzt im Newen/die Sünden könten von vns hinweg gelaint werden/vnd wie vnrecht die Calvinisten vnd Lutheraner den Catholischen Predigern thun/ daß sie viel schwerer als sie seyen/machen solten.

9. Könte weder von keinem Exempel/ausser was vorhero vermelt worden/sagen.

10. Es hab jhne gedunckt / wie der Prediger auff der Cantzel vermeldt / daß er die Buß seinen Zuhörern nicht anderst vortragen könte / als wie es die Heil. Apostel hinterlassen/daß ein blawlecht Creutzweiß Fewrle bey dem Herrn Pater vorüber geflogen / vnd einen Knall gethan / als wann einer ein Pistohl abschießte/die nicht recht geladen wer.

11. So bald der Streich vnd Knall geschehen /hab sich der Pater allgemach niedergesetzt/vnd die Füß allgemach auff die Cantzelstiegen herab gelassen/auch bey einem Vatter vnser vnd AveMaria lang also sitzend blieben/alsdann auffgestanden / vnd in die Sacristey gangen / weder am Leib noch an Kleydern verletzt gewest/das Pyreth sey bey jhme auff der Cantzel gewest.

12. Verstanden bey einem Vatter vnser vnd Ave Maria seye er sitzen blieben / alsdann ohne Hülff herab in die Sacristey gangen / vnd darinnen einem Bawrn zu Vmblstorff/ der Khern genant / mit dem Bleyweiß etwas auffgeschrieben / so er Deponent selbsten in der Sacristey mit Verwunderung gesehen/daß der Herr Pfarrer gleich auff diesen Schröcken wider schreiben können/darauff deßwegen den Herrn Pater angeredt/ der jhme mit lachendem Mund geantwortet/daß jhme nichts seye.

13. Der Pater hette sein Predig gleich widerholet/wann man deme nicht gesagt/daß die Leut bereit vast alle auß der Kirchen geloffen.

14. Habe darvon sagen hören/daß ausser der Kirchen auch Kinder von diesem Donnerstreich seyen zu Boden gefallen / in der Kirchen vnd sonst seye diß Wetter ausser gemelten Schröckens gantz ohne Schaden abgangen.

Dritter Zeug.

1. Georg Crondaler Burger vnd Haffner zu Sigenburg / Alters bey 37. Jahren.

2. Gerichtlich verschafft / wiß nicht warumb.

3. Sey nicht angelernt worden.

4. Ja seye selbst in der Predig gewest.

5. Vmb 12. Vhr Nachmittag hab ein Jesuiter die Predig angefangen / wiß seinen Namen nicht/jhme aber von Person wol bekant.

6. Lebe noch frisch vnd gesund / vnd befind sich im Closter Biburg.

7. Predige allweil zu Vmblstorff vnd Sigenburg / hab erst nechstvergangenen Sontag zu Sigeburg geprediget / vnd durch die gantze Fasten allzeit zwo Predig / am Sontag eine Vor, vnnd die ander Nachmittag verricht.

8. Am dritten Sontag in der Fasten / seye deß Predigers sagen gewest / wie schwere Buß die im alten Testament vber die Sünden thun müsten.

9. Habe kein Exempel von den Lutherischen gesagt / sonder daß die Lutheri-

theri-

therischen sagen / vnsere Prediger machen den ihrigen die Sünden schwerer als sie seyen.

10. Ja / hab ein Wetter gehabt/vnd seyen zween Donnerstreich gehört worden/ab dem ersten sey jederman erschrocken / wie dann der Prediger selbst daran verhofft hab/ gleichwol vngehindert dessen wider fort gefahren / bald hernach/als er vermelt/ er könde seinen Zuhörern die Buß nicht ringer machen/ als wie es die heiligen Apostel hinterlassen / habe es abermahl ein Streich gethan / auff welchen ein vnversehener Stral gesehen worden / auff welchen der Pater auff der Cantzel nider gesessen/daselbst gar ein kleine weil sitzen blieben / alsdann selbst wider auffgestanden / vnnd ohne alle Hülff in die Sacristey gangen.

11. Durch den Streich ist weder Herr Pater/noch andere vmb kein Härlein verletzt worden/vnd sein Predighauben sey nicht vber die Cantzel hinab/ sonder bey ihme ob der Cantzel blieben.

12. Verstanden/daß sich der Pater gleich in einer kurtzen Zeit wider erholet / vnd die Predig vollenden wollen/wofern die Leuth nicht auß der Kirchen geloffen weren

13. Dieweilen sich die Leut verloffen / ist er alsdann auch zu Hauß gangen / vnd das Pferdt so man jhme herumb zureiten angebotten/abgeschlagen.

14. Dieses Wetter sey in der Kirchen ausser deß Schreckens niemand schädlich gewest.

Daß diese von Ambtwegen eingeholte Erfahrung solcher gestalten / wie nach längs beschrieben/ vnwidersprechlich war sey / würdet mit jhrer Churf. Durchleucht. in Beyern /rc. Pfleg: Casten: vnd Landgerichts Ambts-Verwaltern zu Vohburg eygnen hiefürgetruckter Insigel vnd vnterzogner Handschrifft zum Vberfluß bekräfftiget. Geschehen den 12. May. Anno 1650.

L. S.

Sebastianus Dormor I. V. L.

Darauß derselb zuersehen / wie fälschlich von Regenspurg auff den 13. Martij bericht / vnnd hernach zu Straßburg in offentlichen Zeitungen sub numer. 15. Anno 1650. nachgetruckt worden / vnnd erstlichen zwar das solches solte geschehen seyn in dem Closter Biburg / da es doch in dem Marckt Sigenburg fürgangen / zum andern daß solches dem Jesuiter gleich auff Erzehlung eines Exempels von den Lutheranern begegnet / so doch von keinem dergleichen Exempel in der gantzen Predig / sonder alleinig folgende Wort gemeltet worden / Also sehen Ewr: L. vnnd Andacht / wie vnrecht vn-„ sere Widersacher die Lutheraner vnnd Calvinisten wider vns verfahren / in„ dem die vns bezichtigen / daß wir die Buß / so schwer machen / da wirs doch„

 jhnen

jhnen anders nicht fürhalten / als vns die H. H. Apostel hinterlassen / welcher Wort halber gemeltes Hochgewitter keines wegs entstanden / sonder bereit vorhero an dem Himmel gewesen / vnnd einen starcken Donnerstreich / ohne Berührung gedachten Patris gethan / darvon aber ausserhalb der Kirchen / etliche zu Boden gefallen / widerumb drittens / daß der Fewrstral den Patrem solte darnider geschlagen / vnd die Kappen vnter das Volck herunter geworffen haben / so doch gedachter Pater vnter wehrendem Fewrstral auff der Cantzel stehend verblieben / vnd sich alsdann selbsten erst ein wenig nidergesetzt / die Kappen oder vielmehr das Pyreth niemahlen von der Cantzel kommen / letzlichen daß er lang für Todt da gelegen / vnnd nicht lang mehr leben werde / welcher aber Gott sey gedanckt auff diese Stund frisch vnd gesund / vnnd biß dato die Cantzel zu Vmblstorff vnd Eigenburg neben anderm gewöhnlichen Gottesdienst versehen vnd verrichten thut / massen nicht allein vor den Außschuß die abgehörte drey Zeugen / sonder ein gantze Pfarr Menig / welche dieser Predig beygewohnt / bey jhrem leiblichen Eyd werden bezeugen müssen / welches demselben ich darumb etwas außführlichers vberschreiben wollen / damit ers seinen Nachbarn den Regenspurgern vorhalten / vnnd zugleich gewarnen kündte / wann sie hinfüran widerumb dergleichen Zeitungen außschreiben / nicht so plumb darein gehn / sonder vorhero bessere Kundschafft einholen solten / im widerigen fall sie jhr Credit / nicht allein in dergleichen Zeitungen wider die Catholischen / welches ohne das schlecht bestellt ist / sonder auch in andern Sachen gäntzlich verliehren / vnd ins künfftig für falsche vnwarhaffte Regenspurger Zeitung gehalten werden.

Responsum ad cuiusdam amici literas, ex quo clarè patet,

Quàm falso, quamque infirmo fundamento Ratisbonensium Relatorum hoc anno 1650. de quodam Iesuita conficta fabula nitatur.

Cum facultate superiorum.

Impressum Ingolstadii apud Georgium Hänlin Anno 1650.

EX ipsius literis non sine admiratione cognovi, quàm perperam Ratisbonâ sparsum, Argentinæque in publicis relationibus impressum, quod die dominico, qui erat 10. *Martii* Stylo Vet. *Iesuita* quidam Collegii Biburgensis in Bavaria, sub concione, ubi exemplum de Evangelicis adducebat, & in eosdē vehementibus calumniis invehebatur, ex improviso fulgerro in ipso suggestu humi prostratus, ita ut ipsius pileolus ex suggestu in populum delu-

defluxerit, ipse veluti mortuus aliquamdiu jacuerit, habitusque fuerit, tandem viribus recollectis ad se redierit, putetur autem non diu victurus. Ut verò penitius rei veritatem intelligerem, captavi occasionem, quâ cum præfato Iesuita, cui nomen est P. Richardus Haug, ipsemet ea de re conferrem; Contuli intellexique valde confidenter, quòd supra memorato die dominico in Parochia Umblstorfiensi ante meridiem sub sacro concionem habuerit, in eaque ex probatis authoribus Exemplum aliquod contra superstitionem & Magiam adduxerit, in quo productæ mulieres confessæ sunt, maximū earundem numerum propterea damnari, quod vicium superstitionis ex verecundia subticeant, nec confiteantur, vel non æstiment peccatum. Qua occasione auditores omnes ad concionem vespertinam in Sigenburg, quæ est filialis Ecclesia ad Umblstorff pertinens, invitavit, narraturus & probaturus, quàm facilè omnes hoc vicio affectæ personæ pœnitentiam agere possent & salvari. Ubi memoratus Pater in ea concione vespertina inter horam 12. & 1. habita induxit ac probavit, quam graves olim initio Ecclesiæ Catholicæ fuerint injunctæ pœnitentiæ; Econtra quàm leve sit hisce nostris temporibus à peccatis absolvi, eò quod nihil aliud requiratur, quàm vera confessio peccatorum, eorumque con- & attritio; tum injunctæ pœnitentiæ satisfactio; ex improviso sub cōcione radius aliquis ignitus ex fulgurationibus concionem istam antecedentibus & sub eadem continuantibus ad suggestum ipsum delatus, quo conspecto P. Concionator aliquamdiu constitit, paulò post consedit, ac tanto temporis spatio, quo Dominica Oratio, & Salutatio Angelica recitari posset, conquievit, & quia interea territi auditores templo excesserant, de suggestu descendit, illæsusque Biburgū abivit, ibique usque in hanc horam sanus & integer permansit. Pro pleniori & certiori informatione Electorale judicium Provinciale, quo vicus Sigenburgensis spectat, medio juramento corporali notitiam hausit, mihiq; desuper confectum instrumentum impertivit, quod ad manum habeo, ejusdemque exemplum communicabo, prout ex seqq. percipere est.

Interrogatoria ad qua praviâ monitione perjurii, interveniente corporali juramento juxta stylum & Ordinationem judicii receptam, ex officio judicis informatio est capienda 12. Maij 1650.

Iuratoria informatio & depositio, qua ratione dominicâ tertia quadragesimæ, concio per P. Richardum Haug Societatis Iesu Presbyterum Sigenburgi habita, & sub ipsa concione fulgurationes, aliaq; acciderint, 12. Maij, 1650.

1. *Cujus nominis, ætatis, facultatis, officiique sit?*

Matthæus Mayr civis & ædilis in Sigenburg, officio pistor & ductor Electoralis vici.

2. *Utrum judicialiter citatus compareat, sciatq; sua citationis causam.*

Resp. Quod judicialiter citatus compareat, non certò citationis causam sciat.

3. *Vtrum non sit instructus, quid edicere, quid eloqui debeat?*

Resp. Nulla ratione sit de eo instructus.

4. *Annon sciat, Sigenburgi dominicâ tertiâ quadragesimæ concionem aliquam esse habitam?*

Resp. Omnino sciat concionem aliquam istic fuisse habitam.

5. *Quis hanc concionem, quave hora habuerit, quod illi nomen?*

Resp. P. Richardus Haug nomine, Iesuita ex Monasterio Biburgensi hanc concionem meridie hora 12. ceperit.

6. *Vtrum hic concionator adhuc sit in vivis, firmæ & integræ valetudinis, & ubi interea temporis commoretur?*

Resp. Sit adhuc in vivis, firmæ ac integræ valetudinis, & Biburgi commoretur.

7. *Vtrum hic concionator suggestum in Parochia Vmblstorff ejusque filiali Ecclesia Sigenburg adhuc administret, & proximo ab illo die Dominico quadragesimæ administrarit?*

Resp. Quod etiamnum administret officium divinum in Parochia Vmblstorff & Sigenburg, prout quartâ dominicâ quadragesimæ idem etiam administravit, & concionatus est, & quidem quòd in quadragesima duas habuerit singulis diebus Dominicis & festis conciones, unam in Umblstorff, alteram Sigenburgi.

8. *Vtrum meminerit, de quo vel qua materia Pater concionatus fuerit?*

Resp. Quod concio suâ memoriâ fuerit instituta de pœnitentia, & expositione omnium peccatorum ac viciorum.

9. *Vtrum non ipse aliquod exemplum de Lutheranis adduxerit?*

Resp. Non posse se affirmare, quòd aliquod exemplum de Lutheranis retulerit.

10. *Annon ad enarrationem hujus exempli mox intonuerit, cum antè nihil fuisset auditum, & an in Concionatoris capite ignitus radius visus?*

Resp. Auditum quidem tonitru, sed se non meminisse, quid tunc propositum fuerit, tonitru verò tempore concionis secundò fuisse auditum. Cæteroqui negari non posse; quod ex improviso, sed illæso ipsomet radius quidam ignitus visus fuerit, eumque in Ecclesia insecutus sonus haud secus ac media ex parte ex onerato sclopo audiri solet, mox tamen extinctus fuerit ac disparuerit.

11. *Annon ad ejusmodi radium & fulgetrum mox Pater in suggestu fuerit dejectus, vel in corpore læsus, suumque pileolum in populum projecerit?*

Resp. Patrem nequaquam fulgetro fuisse dejectum aut prostratum, sed senium se humi demisisse, atque ad tantum spatium temporis, quo Oratio Dominica & salutatio Angelica decurri posset, in suggestu consedisse, mox in concione progressurum, nisi populus templo excessisset, ipsum neq; in corpore læsum, birretum quoque penes ipsum in suggestu mansisse.

12. *Quam-*

12. *Quamdiu præfatus Pater ab hoc viso radio, & audito fulgetro non potuerit se recolligere.*

Resp. intellexisse, quod Pater post tantum temporis spatium, quo recitaretur Oratio Dominica & Salutatio Angelica, mox firmus & sanus resurrexerit, atque à suggestu in sacrarium se receperit.

13. *Quo Pater deductus fuerit, an solus sine ductore istuc iverit, vel quomodo illuc pervenerit.*

Resp. Ipsum cum Deponente ad suas ædes ex templo egressum, mox Biburgum se recepisse.

14. *Annon alii quoque auditores hac tempestate fuerint consternati?*

Resp. Audivisse quidem se, quod puer aliquis & puella extra Ecclesiam hoc fulgetro prostrati fuerint, non tamen ab eodem læsi.

Secundus Testis.

1. Vocetur Michaël Eisenman Civis & Ædituus in Sigenburg, ætatis annorum 33. prædium rusticum ibi possideat.

2. Iudicialiter citatus ejus causam conjicere non potuerit.

3. Nec sit instructus, quid deponere debeat.

4. Tertia die Dominica quadragesimæ, quæ fuit 20. Martij, Iesuita aliquis Sigenburgi concionatus fuerit.

5. Intellexerit, quod fuerit Iesuita, voceturque Pater Richardus, dixerit horâ 12. pomeridianâ.

6. Vivat etiamnum, sit firmæ ac bonæ valetudinis, degatque in Monasterio Biburg.

7. Concionetur in hanc usque horam in parochia Umblstorff & in Sigenburg. Dixerit continenter in quadragesima, prout etiam quarta illius Dominica, omnibusque Dominicis & festis diebus; In quadragesima duas habuerit conciones, alteram in Umblstorff & alteram in Sigenburg. Invitatus jentaculum non admiserit, sed usque ad tempus concionis deambulaverit.

8. Ante meridiem in Umblstorff Concionatus fuerit de superstitione, quamq; multæ fœminę propterea damnentur, quod vicium illud subticeant, nec confiteantur, prout exemplo aliquo adducto demonstrabat. Post prandium in Sigenburg Pater dixerit, quàm difficilis in Veteri Testamento fuerit pœnitentia, quàm facilis econtra in novo Testamento, quâ peccata aboleantur, ac quàm falsò Calvinistæ & Lutherani Catholicis Concionatoribus, quasi peccata, quam secundùm se sint, verbis augeant.

9. Non possit de ullo exemplo, nisi præmisso deponere.

10. Visum ipsi fuerit, ubi Concionator in suggestu dixisset, se suis auditoribus non aliter pœnitentiam proponere posse, quàm SS. Apostoli monimentis

nimentis suis consignassent, igniculus aliquis cœruleus instar crucis juxta Patrem prætervolasse, sonumque edidisse, non secus ac si quis sclopum non penitus oneratum exonerasset.

11. Audito fulgetri sono Pater sensim subsiderit, pedesque in suggesti gradus demiserit, ac tanto temporis spatio, quo Oratio Dominica & Salutatio Angelica recitari posset, consederit, mox verò consurgens in sacrarium concesserit, in vestibus & corpore illæsus, bireto apud se in suggestu retento.

12. Intellexerit ad tantum temporis spatium, quo decurri posset Oratio Dominica & Salutatio Angelica, consedisse, ac tum sine alicujus auxilio in sacrarium concessisse, ibique alicui rustico in Umblstorff, Khern nominato, cærusâ aliquid annotasse, prout ipse Deponens cum admiratione in sacrario vidit, quod Dominus Curio mox post illum terrorem scribere potuerit, quo nomine ipsum Patrem interpellaverit, qui ridenti ore respondeiit, sibi nihil esse.

13. Quod Pater concionem resumere paratus fuisset, nisi ipsimet populi discessus fuisset indicatus.

14. Audierit extra Ecclesiam etiam pueros ex isto fulgetro humi prostratos; alioquin in templo hæc tempestas præter modo nominatum terrorem nihil damni intulerit.

Tertius Testis.

1. Georgius Crondaler civis & figulus Sigenburgi, ætatis annorum 37. circiter.

2. Iudicialiter citatus, causam citationis nesciat.

3. Nec sit instructus.

4. Ipsemet concioni interfuerit.

5. Circa duodecimam horam pomeridianam Iesuita concionem ceperit, cujus non quidem nomen, attamen personam ipsam noverit.

6. Vivat adhuc pancraticè, commoreturque in Monasterio Biburgensi.

7. Etiamnum in Umblstorff & Sigenburgi proximè elapsa die Dominica concionatus fuerit, ac per totam quadragesimam quaque Dominicâ duas, quarum alteram mane, alteram pomeridiè habuerit.

8. Dominica tertia quadragesimæ Concionator dixerit, quàm gravem in antiquo Testamento debuerint peragere pœnitentiam.

9. Nullum Exemplum de Lutheranis attulerit, sed dixerit, Lutheranos asserere, à nostris Concionatoribus peccata, quam sint, augeri seu graviora proponi.

10. Affirmat, quod tempestatem sit expertus, duoque fulgetra sint audita,

audita, ad primum quivis cohorruerit, prout & ipsemet concionator territus fuerit, nihilominus mox progressus, ubi dixit, quod suis auditoribus pœnitentiam haud leviorem proponere possit, quàm à SS. Apostolis consignatam acceperit, alterum insonuerit fulgetrum, in quo aliquis visus est spargi radius, ad quem Pater in suggestu aliquantisper consederit, ac mox ipse consurgens sine ullius auxilio in sacrarium concesserit.

11. Hoc fulgetro neque Pater, neque alii ullatenus fuerint læsi, neque ipsius Patris biretus ex suggestu dejectus, sed in suggestu apud Patrem retentus fuerit.

12. Intellexerit, quod Pater paulò pòst sese recollegerit, concionemque resumere & absolvere voluerit, nisi jam populus ex templo discessisset.

13. Post populi discessum ipsemet quoq; pedes domum abierit, & equũ sibi oblatum recusaverit.

14. Hæc tempestas in Ecclesia præter incussum terrorem, nulli nocuerit.

Quod hæc ex officio accepta informatio & depositio, ita prout descripta præmittitur, indubitatè vera sit, Serenitatis suæ Electoralis Bavaricæ Clientelaris, arcaliæ ac Provincialis judicii Administratoris in Vohburg appresso sigillo & propriæ manus subscriptione ex abundanti est confirmata, Actum 12. Maij, Anno 1650.

L. S.

Sebastianus Dormor, J.U.L.

HInc patet, quàm falsa Ratisponensiũ 13. Martij informatio data, postmodum Argentorati publicis relationibus sub n. 13. Anno 1650. fuerit inserta; & *primò* quidem, *quasi illud in Monasterio Biburg accidisset*; Cum tamẽ in vico Sigenburgensi contigerit *Secundò*, quod *illud Iesuitæ mox ad narrationem alicujus exempli de Lutheranis obtigisset*; Cum tamen nullum ejusmodi exemplum tota concione propositum, sed hæc duntaxat verba allata fuerint. *Ita videtis charissimi & devotissimi, quàm injustè à nostris adversariis Lutheranis & Calvinistis insimulemur, quasi pœnitentiam tam difficilem afferamus, Cum tamen non aliter eam proponamus, quàm nobis SS. Apostoli consignarunt.* Ob quæ verba non illa exorta fuit aëris tempestas, sed jam ante in aëre animadversa, quin & terribile illud fulgetrum Patrem non attigit, ex quo tamen aliqui extra Ecclesiam humi sunt prostrati; *Tertiò, quod radius ignitus Patrem dejecerit, & biretum ex suggestu in populi multitudinem projecerit*; Cum tamen Pater sub fulgetro in suggestu substiterit, ac post aliquantisper subsiderit, biretum in suggestu secum retinuerit. *Postremò*, quod *Pater multo tẽpore quasi mortuus jacuerit, nec diu victurus credatur*; qui tamẽ, Deo sint laudes, hucusq; vivus & sanus ex suggestu in Umblstorff & Sigenburg juxta alia divina

ii officia,

officia etiamnum dicit, prout non solum tres coram Commissariis auditi testes, sed etiam tota multitudo parochianorum, qui huic concioni interfuerunt, medio corporali juramento testari debebit. Quod ego ipsi paulo enucleatius perscripsi, ut suis vicinis Ratisponensibus narrare, eosq; monere possit, ne imposterum tam cœce in ejusmodi relationibus procedant, sed oculatiores in rei veritatem inquirant, ne illorum fides adversus Catholicos, quæ tamen exigua est, aliisque in rebus omnino pereat, & eorum narrationes minus veræ censeantur.

§. 8.

De Ordinationibus Generalium &c.

Commenta Hayana.

DEnique F. Romanus *in horti confinibus sub allegat.* 496. *tit. Medicus, n.*12. *pag.*393.394.395. *tradit; & ipsis Generalibus Congregationibus Societatis Iesu, illiusve pro tempore Præpositis Generalibus, nedum aliis inferioribus & privatis personis Sp. sanctum non semper assistere, uti satis apertè docuerit Clemens VIII.* in Bulla, incip. Ad aures nostras pervenit; An. Domini 1596. *contra quasdam determinationes Generalis Societatis atq;* in Indice 4. lit. c. tradit, *Clementis VIII. bullâ, quædam capita Ordinationum Societatis Iesu, veluti, quæ doctrinam contineant, non consonam præcepto Divino & naturali, bullæq; Cœnæ Domini adversantem abrogari & proscribi* sub d. allegat. 496. tit. medicus, nu. 12. 13. fol. 393. 397. *quasi recensitum inibi primum & secundum caput, d. Ordinationum, videlicet* ne quis ex Societate sine consensu Superioris Romam eat vel recurrat, *adversetur Bullæ Cœnæ Domini, in qua Censura Ecclesiastica iis infliguntur, qui directè vel indirectè prohibent quibusvis personis in genere vel in specie, ne ad Romanam Curiam accedant seu recurrant.* Tertium *caput*, nimirum quod defectus alicujus inferioris in Societate propter renunciationem juris famæ suæ in sui in Societatem ingressus initio factam, extra confessionem Sacra-„mentalem acceptus, aut aliud secreto commissum, in Societatis exitium aut „perniciem vergens superiori posset per quemlibet manifestari: non verò „quod ab externo secretò sit commissum, nisi illud requirat operam ipsius cui „commisit; tunc enim illam nisi præviâ communicatione cum Superiori, de quo externus expressè monendus sit, præstare queat, *contineat doctrinam non consonam præcepto divino & naturali de secreto servando.* Quartum verò *caput*, ut superiores de concionatoribus, si quid fortè in concionibus erraverint, non patiantur nostros minus honorificè apud domesticos vel externos loqui, *non sit intelligendum de rebus ad religionem & fidem Catholicam pertinentibus: in his enim liberè ab omnibus damnari, denuntiari & ad Hæreticæ pravitatis inquisitores deferri oporteat.*

Diluuntur.

Verùm studiosè in illam Bullam Clementis VIII. inquisivi, & nusquam in Bul-

in Bullario descriptam, neque etiam, ut ordinavit Urbanus Papa VIII. *in Constit. In supremo justitiæ solio. 141. dat. Rom. 1635. 1. Iun.* eandem legitimè extractam reperi, ideoque hic obtinet, quod in d. Bulla Urbani Papæ VIII. constitutum est, *quod nonnulli scriptores, glossatores &c. ausi fuerant & audent asserere & affirmare, seu enunciare*, ut loquitur summus Pontifex, *à Nobis Romanisq́; Pontificibus prædecessoribus nostris emanasse &c. diversas dispositiones; Cum tales, non emanaverint; vel saltem aliter, quàm ipsi sive malitiosè sive erroneè suis commentis sive compositionibus tam calamo exaratis, quam typis impressis hactenus etiam antiquitus dixerunt & publicaverunt, dicuntque & publicant, &c. imò quod pejus est, etiam non erubuerunt, nec erubescunt, in suis scriptis ac tractatibus etiam impressis ponere assertos tenores prætensarum literarum Apostolicarum &c. ab hac sede expeditarum & illos vel falsos vel valde diminutos ac truncos inserere, omittendo restrictiones seu limitationes temporum & alias substantiales, ac diversa & plura alterata inserendo, ponendo, referendo seu enunciando, & ita fingendo concessiones, quæ factæ non fuerunt, ideo sane D. N. Urbanus VIII.* in d. Constit. 141. *his fraudibus & malitiis ac etiam erroribus ob præjudicium obviare volens, motu proprio certaq́; scientia ac matura deliberatione sua, de Apostolicæ potestatis plenitudine hac sua perpetuo valiturâ Constitutione declarat & decernit, omnes & singulas præfatas assertiones, narrationes, relationes &c. dispositionum Apostolicarum, ac alias quomodolibet à privatis & aliis quibuscunque scriptoribus & auctoribus etiam quoad alia receptis forsan & approbatis, etiam antiquis, antiquioribus, & antiquissimis factas scriptisq́; exaratas & typis impressas nullam fidem nec judicium aut probationis speciem seu adminiculum fecisse, nec facere in judicio nec extra judicium, in damnum, læsionem seu præjudicium sedis Apostolicæ, Ecclesiarum, & locorum piorum &c. nisi si & postquam constiterit de originalibus literarum Apostolicarum seu in defectum originalium nisi prius ipsa &c. dispositiones, quæ ut præfertur, per se ac Romanos Pontifices asseruntur factæ, fuerint recognitæ seu extractæ à Datario &c. ita ut quibuscunque scriptorum assertionibus narrativis &c. dispositorum, ut dicant, per se seu Romanos Pontifices prædecessores & successores &c. nulla fides unquam adhibeatur nec adhiberi possit, nisi constito prius de narrato &c. authentico &c. videlicet per originale exhibendum, vel per sumptum, ut præfertur, extrahendum, & respective recognoscendum*; Consequenter cum F. Romanus asserat à Clemente VIII. ejusmodi dispositionem Apostolicam in præjudicium Societatis emanasse, neque de ejus originali aut transumpto legitimè extracto & recognito doceat, ideo ejus narrationi & tenori assertarum literarum Apostolicarum nulla fides unquam erit adhibenda, neque adhiberi poterit, ipsaque bulla tanquam à F. Romano supposita, rejicienda, maximè cum alias etiam F. Romanus literas supposuerit, prout *supra in Tr. ĉt. 3.* vidimus; quod quidem hoc casu tantò verisimilius est, quod ipse Clemens VIII. in decretis suis pro Reformatione Regularium tam monachorum quàm Mendicantium, cujus-

Asserta Bulla F. Romani ostenditur esse suppositia.

Caput 1. & 2. asserta Bulla ostenditur falsum esse.

10. Es hab jhne gedunckt / wie der Prediger auff der Cantzel vermeldt / daß er die Buß seinen Zuhörern nicht anderst vortragen könte / als wie es die Heil. Apostel hinterlassen/ daß ein blawlecht Creutzweiß Fewrle bey dem Herrn Pater vorüber geflogen / vnd einen Knall gethan / als wann einer ein Pistohl abschießte/ die nicht recht geladen wer.

11. So bald der Streich vnd Knall geschehen / hab sich der Pater allgemach niedergesetzt / vnd die Füß allgemach auff die Cantzelstiegen herab gelassen/ auch bey einem Vatter vnser vnd AveMaria lang also sitzend blieben/ alsdann auffgestanden / vnd in die Sacristey gangen / weder am Leib noch an Kleydern verletzt gewest/ das Pyreth sey bey jhme auff der Cantzel gewest.

12. Verstanden bey einem Vatter vnser vnd Ave Maria seye er sitzen blieben / alsdann ohne Hülff herab in die Sacristey gangen / vnd darinnen einem Bawrn zu Vmblstorff/ der Khern genant / mit dem Bleyweiß etwas auffgeschrieben / so er Deponent selbsten in der Sacristey mit Verwunderung gesehen/ daß der Herr Pfarrer gleich auff diesen Schröcken wider schreiben könten/ darauff deßwegen den Herrn Pater angeredt/ der jhme mit lachendem Mund geantwortet/ daß jhme nichts seye.

13. Der Pater hette sein Predig gleich widerholet/ wann man deme nicht gesagt/ daß die Leut bereit vast alle auß der Kirchen geloffen.

14. Habe darvon sagen hören/ daß ausser der Kirchen auch Kinder von diesem Donnerstreich seyen zu Boden gefallen / in der Kirchen vnd sonst seye diß Wetter ausser gemelten Schröckens gantz ohne Schaden abgangen.

Dritter Zeug.

1. Georg Crondaler Burger vnd Haffner zu Sigenburg / Alters bey 37. Jahren.

2. Gerichtlich verschafft / wiß nicht warumb.

3. Sey nicht angelernt worden.

4. Ja seye selbst in der Predig gewest.

5. Vmb 12. Vhr Nachmittag hab ein Jesuiter die Predig angefangen / wiß seinen Namen nicht/ jhme aber von Person wol bekant.

6. Lebe noch frisch vnd gesund / vnd befind sich im Closter Biburg.

7. Predige allweil zu Vmblstorff vnd Sigenburg / hab erst nechstvergangenen Sontag zu Sigeburg geprediget / vnd durch die gantze Fasten allzeit zwo Predig / am Sontag eine Vor- vnnd die ander Nachmittag verricht.

8. Am dritten Sontag in der Fasten / seye deß Predigers sagen gewest/ wie schwere Buß die im alten Testament vber die Sünden thun müsten.

9. Habe kein Exempel von den Lutherischen gesagt / sonder daß die Lutheri-

therischen sagen / vnsere Prediger machen den ihrigen die Sünden schwerer als sie seyen.

10. Ja / hab ein Wetter gehabt / vnd seyen zween Donnerstreich gehört worden / ab dem ersten sey jederman erschrocken / wie dann der Prediger selbst daran verhofft hab / gleichwol vngehindert dessen wider fort gefahren / bald hernach / als er vermelt / er köndte seinen Zuhörern die Buß nicht ringer machen / als wie es die heiligen Apostel hinterlassen / habe es abermahl ein Streich gethan / auff welchen ein vnversehener Stral gesehen worden / auff welchen der Pater auff der Cantzel nider gesessen / daselbst gar ein kleine weil sitzen blieben / alsdann selbst wider auffgestanden / vnnd ohne alle Hülff in die Sacristey gangen.

11. Durch den Streich ist weder Herr Pater / noch andere vmb kein Härlein verletzt worden / vnd sein Predighauben sey nicht vber die Cantzel hinab / sonder bey ihme ob der Cantzel blieben.

12. Verstanden / daß sich der Pater gleich in einer kurtzen Zeit wider erholet / vnd die Predig vollenden wollen / woferr die Leuth nicht auß der Kirchen geloffen weren

13. Dieweilen sich die Leut verloffen / ist er alsdann auch zu Hauß gangen / vnd das Pferdt so man jhme herumb zureiten angebotten / abgeschlagen.

14. Dieses Wetter seye in der Kirchen ausser deß Schreckens niemand schädlich gewest.

Daß diese von Ambtswegen eingeholte Erfahrung solcher gestalten / wie nach längs beschrieben / vnwidersprechlich war sey / würdet mit jhrer Churf. Durchleucht. in Beyern / rc. Pfleg: Castens: vnd Landgerichts Ambts Verwaltern zu Vohburg eygnen hiefürgetruckter Insigel vnd vnterzogner Handschrifft zum Vberfluß bekräfftiget. Geschehen den 12. May. Anno 1650.

L. S.

Sebastianus Dormor I. V. L.

Darauß derselb zuersehen / wie fälschlich von Regenspurg auff den 13. Martij bericht / vnnd hernach zu Straßburg in offentlichen Zeitungen sub numer. 13. Anno 1650. nachgetruckt worden / vnnd erstlichen zwar das solches solte geschehen seyn in dem Closter Viburg / da es doch in dem Marckt Sigenburg fürgangen / zum andern daß solches dem Jesuiter gleich auff Erzehlung eines Exempels von den Lutheranern begegnet / so doch von keinem dergleichen Exempel in der gantzen Predig / sonder alleinig folgende Wort gemeldet worden / Also sehen Ewr: L. vnnd Andacht / wie vnrecht vn-„ sere Widersacher die Lutheraner vnnd Calvinisten wider vns verfahren / in „ dem die vns bezüchtigen / daß wir die Buß / so schwer machen / da wirs doch „

ihnen anders nicht fürhalten / als vns die H. H. Apostel hinterlassen / welcher Wort halber gemeltes Hochgewitter keines wegs entstanden / sonder bereit vorhero an dem Himmel gewesen / vnnd einen starcken Donnerstreich / ohne Berührung gedachten Patris gethan / darvon aber ausserhalb der Kirchen / etliche zu Boden gefallen / widerumb drittens / daß der Fewrstral den Patrem solte darnider geschlagen / vnd die Kappen vnter das Volck herunter geworffen haben / so doch gedachter Pater vnter wehrendem Fewrstral auff der Cantzel stehend verblieben / vnd sich alsdann selbsten erst ein wenig nidergesetzt / die Kappen oder vielmehr das Pyreth niemahlen von der Cantzel kommen / letzlichen daß er lang für Todt da gelegen / vnnd nicht lang mehr leben werde / welcher aber Gott sey gedanckt auff diese Stund frisch vnd gesund / vnnd biß dato die Cantzel zu Vmbltorff vnd Eigenburg neben anderm gewöhnlichen Gottesdienst versehen vnd verrichten thut / massen nicht allein vor den Außschuß die abgehörte drey Zeugen / sonder ein gantze Pfarr Menig / welche dieser Predig beygewohnt / bey ihrem leiblichen Eyd werden bezeugen müssen / welches demselben ich darumb etwas außführlichers vberschreiben wollen / damit ers seinen Nachbarn den Regenspurgern vorhalten / vnnd zugleich gewarnen künde / wann sie hinfüran widerumb dergleichen Zeitungen außschreiben / nicht so plumb darein gehn / sonder vorhero bessere Kundschafft einholen solten / im widerigen fall sie ihr Credit / nicht allein in dergleichen Zeitungen wider die Catholischen / welches ohne das schlecht bestelle ist / sonder auch in andern Sachen gäntzlich verliehren / vnd ins künfftig für falsche vnwarhaffte Regenspurger Zeitung gehalten werden.

Responsum ad cuiusdam amici literas, ex quo clarè patet,

Quàm falsò, quamque infirmo fundamento Ratisbonensium Relatorum hoc anno 1650. de quodam Iesuita confictа fabula nitatur.

Cum facultate superiorum.

Impressum Ingolstadii apud Georgium Hänlin Anno 1650.

EX ipsius literis non sine admiratione cognovi, quàm perperam Ratisbonâ sparsum, Argentinæque in publicis relationibus impressum, quod die dominico, qui erat 10. *Martii* Stylo Vet. *Iesuita* quidam Collegii Biburgensis in Bavaria, sub concione, ubi exemplum de Evangelicis adducebat, & in eosdẽ vehementibus calumniis invehebatur, ex improviso fulgetro in ipso suggestu humi prostratus, ita ut ipsius pileolus ex suggestu in populum deflu-

defluxerit, ipse veluti mortuus aliquamdiu jacuerit, habitusque fuerit, tandem viribus recollectis ad se redierit, putetur autem non diu victurus. Ut verò penitius rei veritatem intelligerem, captavi occasionem, quâ cum præfato Iesuita, cui nomen est P. Richardus Haug, ipsemet ea de re conferrem; Contuli intellexique valde confidenter, quòd supra memorato die dominico in Parochia Umblstorfiensi ante meridiem sub sacro concionem habuerit, in eaque ex probatis authoribus Exemplum aliquod contra superstitionem & Magiam adduxerit, in quo productæ mulieres confessæ sunt, maximũ earundem numerum propterea damnari, quod vicium superstitionis ex verecundia subticeant, nec confiteantur, vel non æstiment peccatum. Qua occasione auditores omnes ad concionem vespertinam in Sigenburg, quæ est filialis Ecclesia ad Umblstorff pertinens, invitavit, narraturus & probaturus, quàm facilè omnes hoc vicio affectæ personæ pœnitentiam agere possent & salvari. Ubi memoratus Pater in ea concione vespertina inter horam 12. & 1. habita induxit ac probavit, quam graves olim initio Ecclesiæ Catholicæ fuerint injunctæ pœnitentiæ; Econtra quàm leve sit hisce nostris temporibus à peccatis absolvi, eò quod nihil aliud requiratur, quàm vera confessio peccatorum, eorumque con- & attritio; tum injunctæ pœnitentiæ satisfactio; ex improviso sub cõcione radius aliquis ignitus ex fulgurationibus concionem istam antecedentibus & sub eadem continuantibus ad suggestum ipsum delatus, quo conspecto P. Concionator aliquamdiu constitit, paulo post consedit, ac tanto temporis spatio, quo Dominica Oratio, & Salutatio Angelica recitari posset, conquievit, & quia interea territi auditores templo excesserant, de suggestu descendit, illæsusque Biburgũ abivit, ibique usque in hanc horam sanus & integer permansit. Pro pleniori & certiori informatione Electorale judicium Provinciale, quo vicus Sigenburgensis spectat, medio juramento corporali notitiam hausit, mihiq; desuper confectum instrumentum impertivit, quod ad manum habeo, ejusdemque exemplum communicabo, prout ex seqq. percipere est.

Interrogatoria ad quæ praviâ monitione perjurii, interveniente corporali juramento juxta stylum & Ordinationem judicii receptam, ex officio judicis informatio est capienda 12. Maij 1650.

Iuratoria informatio & depositio, qua ratione dominicâ tertia quadragesimæ, concio per P. Richardum Haug Societatis Iesu Presbyterum Sigenburgi habita, & sub ipsa concione fulgurationes, aliaq; acciderint, 12. Maij, 1650.

1. *Cujus nominis, ætatis, facultatis, officiique sit?*

Matthæus Mayr civis & ædilis in Sigenburg, officio pistor & ductor Electoralis vici.

2. *Utrum judicialiter citatus compareat, sciatq; suæ citationis causam.*

Resp. Quod judicialiter citatus compareat, non certò citationis causam sciat.

3. *Vtrum non sit instructus, quid edicere, quid eloqui debeat?*

Resp. Nulla ratione sit de eo instructus.

4. *Annon sciat, Sigenburgi dominicâ tertiâ quadragesimæ concionem aliquam esse habitam?*

Resp. Omnino sciat concionem aliquam istic fuisse habitam.

5. *Quis hanc concionem, quave hora habuerit, quod illi nomen?*

Resp. P. Richardus Haug nomine, Iesuita ex Monasterio Biburgensi hanc concionem meridie hora 12. ceperit.

6. *Vtrum hic concionator adhuc sit in vivis, firmæ & integræ valetudinis, & ubi interea temporis commoretur?*

Resp. Sit adhuc in vivis, firmæ ac integræ valetudinis, & Biburgi commoretur.

7. *Vtrum hic concionator suggestum in Parochia Vmblstorff, ejusque filiali Ecclesia Sigenburg adhuc administret, & proximo ab illo die Dominico quadragesimæ administrarit?*

Resp. Quod etiamnum administret officium divinum in Parochia Vmblstorff & Sigenburg. prout quartâ dominicâ quadragesimæ idem etiam administravit, & concionatus est, & quidem quòd in quadragesima duas habuerit singulis diebus Dominicis & festis conciones, unam in Umblstorff, alteram Sigenburgi.

8. *Vtrum meminerit, de quo vel qua materia Pater concionatus fuerit?*

Resp. Quod concio suâ memoriâ fuerit instituta de pœnitentia, & expositione omnium peccatorum ac viciorum.

9. *Vtrum non ipse aliquod exemplum de Lutheranis adduxerit?*

Resp. Non posse se affirmare, quòd aliquod exemplum de Lutheranis retulerit.

10. *Annon ad enarrationem hujus exempli mox intonuerit, cum antè nihil fuisset auditum, & an in Concionatoris capite ignitus radius visus?*

Resp. Auditum quidem tonitru, sed se non meminisse, quid tunc propositum fuerit, tonitru verò tempore concionis secundò fuisse auditum. Cæteroqui negari non posse; quod ex improviso, sed illæso ipsomet radius quidam ignitus visus fuerit, eumque in Ecclesia insecutus sonus haud secus ac media ex parte ex onerato sclopo audiri solet, mox tamen extinctus fuerit ac disparuerit.

11. *Annon ad ejusmodi radium & fulgetrum mox Pater in suggestu fuerit dejectus, vel in corpore læsus, suumque pileolum in populum projecerit?*

Resp. Patrem nequaquam fulgetro fuisse dejectum aut prostratum, sed senium se humi demisisse, atque ad tantum spatium temporis, quo Oratio Dominica & salutatio Angelica decurri posset, in suggestu consedisse, mox in concione progressurum, nisi populus templo excessisset, ipsum neq; in corpore læsum, birretum quoque penes ipsum in suggestu mansisse.

12. *Quam-*

12. *Quamdiu præfatus Pater ab hoc viso radio, & audito fulgetro non potuerit se recolligere.*

Resp. intellexisse, quod Pater post tantum temporis spatium, quo recitaretur Oratio Dominica & Salutario Angelica, mox firmus & sanus resurrexerit, atque à suggestu in sacrarium se receperit.

13. *Quò Pater deductus fuerit, an solus sine ductore istuc iverit, vel quomodo illuc pervenerit.*

Resp. Ipsum cum Deponente ad suas ædes ex templo egressum, mox Biburgum se recepisse.

14. *Annon alii quoque auditores hac tempestate fuerint consternati?*

Resp. Audivisse quidem se, quod puer aliquis & puella extra Ecclesiam hoc fulgetro prostrati fuerint, non tamen ab eodem læsi.

Secundus Testis.

1. Vocetur Michaël Eisenman Civis & Æditus in Sigenburg, ætatis annorum 33. prædium rusticum ibi possideat.

2. Iudicialiter citatus ejus causam conjicere non potuerit.

3. Nec sit instructus, quid deponere debeat.

4. Tertia die Dominica quadragesimæ, quæ fuit 20. Martij, Iesuita aliquis Sigenburgi concionatus fuerit.

5. Intellexerit, quod fuerit Iesuita, voceturque Pater Richardus, dixerit horâ 12. pomeridianâ.

6. Vivat etiamnum, sit firmæ ac bonæ valetudinis, degatque in Monasterio Biburg.

7. Concionetur in hanc usque horam in parochia Umblstorff & in Sigenburg. Dixerit continenter in quadragesima, prout etiam quarta illius Dominica, omnibusque Dominicis & festis diebus; In quadragesima duas habuerit conciones, alteram in Umblstorff & alteram in Sigenburg. Invitatus jentaculum non admiserit, sed usque ad tempus concionis deambulaverit.

8. Ante meridiem in Umblstorff Concionatus fuerit de superstitione, quamq; multæ fœminę propterea damnentur, quod vicium illud subticeant, nec confiteantur, prout exemplo aliquo adducto demonstrabat. Post prandium in Sigenburg Pater dixerit, quàm difficilis in Veteri Testamento fuerit pœnitentia, quàm facilis e contra in novo Testamento, quâ peccata aboleantur, ac quàm falsò Calvinistæ & Lutherani Catholicis Concionatoribus, quasi peccata, quam secundùm se sint, verbis augeant.

9. Non possit de ullo exemplo, nisi præmisso deponere.

10. Visum ipsi fuerit, ubi Concionator in suggestu dixisset, se suis auditoribus non aliter pœnitentiam proponere posse, quàm SS. Apostoli monimentis

nimentis suis consignassent, igniculus aliquis cœruleus instar crucis juxta Patrem prætervolasse, sonumque edidisse, non secus ac si quis sclopum non penitus oneratum exonerasset.

11. Audito fulgetri sono Pater sensim subsiderit, pedesque in suggesti gradus demiserit, ac tanto temporis spatio, quo Oratio Dominica & Salutatio Angelica recitari posset, consederit, mox verò consurgens in sacrarium concesserit, in vestibus & corpore illæsus, bireto apud se in suggestu retento.

12. Intellexerit ad tantum temporis spatium, quo decurri posset Oratio Dominica & Salutatio Angelica, consedisse, ac tum sine alicujus auxilio in sacrarium concessisse, ibique alicui rustico in Umblstorff, Khetn nominato, cærulsâ aliquid annotasse, prout ipse Deponens cum admiratione in sacrario vidit, quod Dominus Curio mox post illum terrorem scribere potuerit, quo nomine ipsum Patrem interpellaverit, qui ridenti ore respondeiit, sibi nihil esse.

13. Quod Pater concionem resumere paratus fuisset, nisi ipsimet populi discessus fuisset indicatus.

14. Audierit extra Ecclesiam etiam pueros ex isto fulgetro humi prostratos; alioquin in templo hæc tempestas præter modo nominatum terrorem nihil damni intulerit.

Tertius Testis.

1. Georgius Crondaler civis & figulus Sigenburgi, ætatis annorum 37. circiter.

2. Iudicialiter citatus, causam citationis nesciat.

3. Nec sit instructus.

4. Ipsemet concioni interfuerit.

5. Circa duodecimam horam pomeridianam Iesuita concionem ceperit, cujus non quidem nomen, attamen personam ipsam noverit.

6. Vivat adhuc pancraticè, commoreturque in Monasterio Biburgensi.

7. Etiamnum in Umblstorff & Sigenburgi proximè elapsa die Dominica concionatus fuerit, ac per totam quadragesimam quaque Dominicâ duas, quarum alteram mane, alteram pomeridiè habuerit.

8. Dominica tertia quadragesimæ Concionator dixerit, quàm gravem in antiquo Testamento debuerint peragere pœnitentiam.

9. Nullum Exemplum de Lutheranis attulerit, sed dixerit, Lutheranos asserere, à nostris Concionatoribus peccata, quam sint, augeri seu graviora proponi.

10. Affirmat, quod tempestatem sit expertus, duoque fulgetra sine audita,

audita, ad primum quivis cohorruerit, prout & ipsemet concionator territus fuerit, nihilominus mox progressus, ubi dixit, quod suis auditoribus pœnitentiam haud leviorem proponere possit, quàm à SS. Apostolis consignatam acceperit, alterum insonuerit fulgetrum, in quo aliquis visus est spargi radius, ad quem Pater in suggestu aliquantisper consederit, ac mox ipse consurgens sine ullius auxilio in sacrarium concesserit.

11. Hoc fulgetro neque Pater, neque alii ullatenus fuerint læsi, neque ipsius Patris biretus ex suggestu dejectus, sed in suggestu apud Patrem retentus fuerit.

12. Intellexerit, quod Pater paulò pòst sese recollegerit, concionemque resumere & absolvere voluerit, nisi jam populus ex templo discessisset.

13. Post populi discessum ipsemet quoq; pedes domum abierit, & equũ sibi oblatum recusaverit.

14. Hæc tempestas in Ecclesia præter incussum terrorem, nulli nocuerit.

Quod hæc ex officio accepta informatio & depositio, ita prout descripta præmittitur, indubitatè vera sit, Serenitatis suæ Electoralis Bavaricæ Clientelaris, arcaliæ ac Provincialis judicii Administratoris in Vohburg appresso sigillo & propriæ manus subscriptione ex abundanti est confirmata, Actum 12. Maij, Anno 1650.

L. S.

Sebastianus Dormor, J.U.L.

HInc patet, quàm falsa Ratisponensiũ 13. Martij informatio data, postmodum Argentorati publicis relationibus sub n. 13. Anno 1650. fuerit inserta; & *primò* quidem, *quasi illud in Monasterio Biburg accidisset*; Cum tamẽ in vico Sigenburgensi contigerit *Secundò*, quod *illud Iesuitæ mox ad narrationem alicujus exempli de Lutheranis obtigisset*; Cum tamen nullum ejusmodi exemplum tota concione propositum, sed hæc duntaxat verba allata fuerint. *Ita videtis charissimi & devotissimi, quàm injustè à nostris adversariis Lutheranis & Calvinistis insimulemur, quasi pœnitentiam tam difficilem afferamus, Cum tamen non aliter eam proponamus, quàm nobis SS. Apostoli consignarunt.* Ob quæ verba non illa exorta fuit aëris tempestas, sed jam ante in aëre animadversa, quin & terribile illud fulgetrum Patrem non attigit, ex quo tamen aliqui extra Ecclesiam humi sunt prostrati; *Tertiò, quod radius igniteus Patrem dejecerit, & biretum ex suggestu in populi multitudinem projecerit*; Cum tamen Pater sub fulgetro in suggestu substiterit, ac post aliquantisper subsiderit, biretum in suggestu secum retinuerit. *Postremò*, quod *Pater multo tẽpore quasi mortuus jacuerit, nec diu victurus credatur*; qui tamẽ, Deo sint laudes, hucusq; vivus & sanus ex suggestu in Umblstorff & Sigenburg juxta alia divina

ii officia,

officia etiamnum dicit, prout non solum tres coram Commissariis auditi testes, sed etiam tota multitudo parochianorum, qui huic concioni interfuerunt, medio corporali juramento testari debebit. Quod ego ipsi paulo enucleatius perscripsi, ut suis vicinis Ratisponensibus narrare, eosq; monere possit, ne imposterum tam cœce in ejusmodi relationibus procedant, sed oculatiores in rei veritatem inquirant, ne illorum fides adversus Catholicos, quæ tamen exigua est, aliisque in rebus omnino pereat, & eorum narrationes minus veræ censeantur.

§. 8.

De Ordinationibus Generalium &c.

Commenta Hayana.

DEnique F. Romanus *in horti confinibus sub allegat.* 496. *tit. Medicus, n.* 12. *pag.* 393. 394. 395. *tradit; & ipsis Generalibus Congregationibus Societatis Iesu, illiusvè pro tempore Præpositis Generalibus, nedum aliis inferioribus & privatis personis Sp. sanctum non semper assistere, uti satis apertè docuerit Clemens VIII.* in Bulla, incip. Ad aures nostras pervenit; An. Domini 1596. *contra quasdam determinationes Generalis Societatis atq;* in Indice 4. lit. c. tradit, *Clementis VIII. bullâ, quadam capita Ordinationum Societatis Iesu, veluti, quæ doctrinam contineant, non consonam præcepto Divino & naturali, bullæq; Cœna Domini adversantem abrogari & proscribi* sub d. allegat. 496. tit. medicus, nu. 12. 13. fol. 393. 397. *quasi recensitum inibi primum & secundum caput, d. Ordinationum, videlicet* ne quis ex Societate sine consensu Superioris Romam eat vel recurrat, *adversetur Bullæ Cœnæ Domini, in qua Censura Ecclesiastica iis infliguntur, qui directè vel indirectè prohibent quibusvis personis in genere vel in specie, ne ad Romanam Curiam accedant seu recurrant.* Tertium *caput*, nimirum quod defectus alicujus inferioris in Societate propter renunciationem juris famæ suæ in sui in Societatem ingressus initio factam, extra confessionem Sacra-„ mentalem acceptus, aut aliud secreto commissum, in Societatis exitium aut „ perniciem vergens superiori posset per quemlibet manifestari: non verò „ quod ab externo secretò sit commissum, nisi illud requirat operam ipsius cui „ commisit; tunc enim illam nisi prævià communicatione cum Superiori, de quo externus expressè monendus sit, præstare queat, *contineat doctrinam non consonam præcepto divino & naturali de secreto servando.* Quartum verò *caput*, ut superiores de concionatoribus, si quid fortè in concionibus erraverint, non patiantur nostros minus honorificè apud domesticos vel externos loqui, *non sit intelligendum de rebus ad religionem & fidem Catholicam pertinentibus: in his enim liberè ab omnibus damnari, denuntiari & ad Hæretica pravitatis inquisitores deferri oporteat.*

Diluuntur.

Verùm studiosè in illam Bullam Clementis VIII, inquisivi, & nusquam in Bul-

in Bullario descriptam, neque etiam, ut ordinavit Urbanus Papa VIII. *in Constit. In supremo justitia solio.* 141. *dat. Rom.* 1635. 1. *Iun.* eandem legitimè extractam reperi, ideoque hic obtinet, quod in d. Bulla Urbani Papæ VIII. constitutum est, *quod nonnulli scriptores, glossatores &c. ausi fuerant & audent asserere & affirmare, seu enunciare*, ut loquitur summus Pontifex, *à Nobis Romanisq; Pontificibus prædecessoribus nostris emanasse &c. diversas dispositiones; Cum tales, non emanaverint; vel saltem aliter, quàm ipsi sive malitiosè sive erroneè suis commentis sive compositionibus tam calamo exaratis, quàm typis impressis hactenus etiam antiquitus dixerunt & publicaverunt, dicuntque & publicant, &c. imò quod pejus est, etiam non erubuerunt, nec erubescunt, in suis scriptis ac tractatibus etiam impressis ponere assertos tenores prætensarum literarum Apostolicarum &c. ab hac sede expeditarum & illos vel falsos vel valde diminutos ac truncos inserere, omittendo restrictiones seu limitationes temporum & alias substantiales, ac diversa & plura alterata inserendo, ponendo, referendo seu enunciando, & ita fingendo concessiones, quæ factæ non fuerunt*, ideo sanè D. N. Urbanus VIII. in d. Constit. 141. *his fraudibus & malitiis ac etiam erroribus ob præjudicium obviare volens, motu proprio certaq; scientia ac matura deliberatione sua, de Apostolicæ potestatis plenitudine hac sua perpetuo valiturâ Constitutione declarat & decernit, omnes & singulas præfatas assertiones, narrationes, relationes &c. dispositionum Apostolicarum, ac alias quomodolibet à privatis & aliis quibuscunque scriptoribus & auctoribus etiam quoad alia receptis forsan & approbatis, etiam antiquis, antiquioribus, & antiquissimis factas scriptisq; exaratas & typis impressas nullam fidem nec judicium aut probationis speciem seu adminiculum fecisse, nec facere in judicio nec extra judicium, in damnum, læsionem seu præjudicium sedis Apostolicæ, Ecclesiarum, & locorum piorum &c. nisi si & postquam constiterit de originalibus literarum Apostolicarum seu in defectum originalium nisi prius ipsæ &c. dispositiones, quæ ut præfertur, per se ac Romanos Pontifices asseruntur factæ, fuerint recognitæ seu extractæ à Datario &c. ita ut quibuscunque scriptorum assertionibus narrativis &c. dispositorum, ut dicant, per se seu Romanos Pontifices prædecessores & successores &c. nulla fides unquam adhibeatur nec adhiberi possit, nisi constito prius de narrato &c. authentico &c. videlicet per originale exhibendum, vel per sumptum, ut præfertur, extrahendum, & respective recognoscendum*; Consequenter cum F. Romanus asserat à Clemente VIII. ejusmodi dispositionem Apostolicam in præjudicium Societatis emanasse, neque de ejus originali aut transumpto legitimè extracto & recognito doceat, ideo ejus narrationi & tenori assertarum literarum Apostolicarum nulla fides unquam erit adhibenda, neque adhiberi poterit, ipsaque bulla tanquam à F. Romano supposita, rejicienda, maximè cum alias etiam F. Romanus literas supposuerit, prout *supra in Tr. Et. 3.* vidimus; quod quidem hoc casu tantò verisimilius est, quod ipse Clemens VIII. in decretis suis pro Reformatione Regularium tam monachorum quàm Mendicantium, cujus- *Asserta Bulla F. Romani ostenditur esse suppositia. Caput 1. & 2. asserta Bulla ostenditur falsum esse.*

 cunque

cunque Ordinis & instituti, *datis Romæ apud S. Petrum die 25. Mensis Iunij* 1599. §.21. *&* 23. (quæ apud Vrbanum Papam VIII. *in Constitutione sua 26. Anno* 1624. 26. *Octobr.* publicata confirmatur) planè contrarium Hajanæ Bullæ, *Ad aures nostras, asserti c.*1. *&* 2. dispositioni statuerit; Nam ita Pontifex *in cit.* §.22. *nullos*, inquit, *Fratres Romam Superiores venire permittant, nisi prius à Generali vel protectore duntaxat, licentiam in scriptis impetraverint.*

§. verò 23. ait; *Si quis a. sine hujusmodi facultate Romam venire præsumpserit, voce activa & passiva biennio privatus existat, subiturus etiam alias arbitratu superiorum infligendas pœnas, quæ item omnia adversus eos, qui supradictos admiserint, & receperint, sine ulla exceptione locum habeant.*

Resp. ad Bullam Cœnæ. Deinde nec casui proposito *in. d. cap.* 1. *&* 2. possunt adaptari verba bullæ Cœnæ de impedientibus recurrentes ad Romanam curiam pro negotio expediendo, per ea quæ Bonac. *de censur. in Bulla Cœnæ content. disp.*1. *q.*13. *punct.*2.3. aliiq; tradunt, Vt proinde nec in proposito Casu ipsius Bullæ Cœnæ dispositio locum invenire queat; Cui enim non conveniunt verba dispositionis, illi nec convenit ipsa dispositio, *l.*4. *ff. toties. de damn. infect. l. constitutum de milit. testam.*

Tertium Caput Bullæ. Tertium supra recensitum suppositæ à F. Romano Bullæ caput gratis assumitur, Siquidem *in Congreg.* 6. *Generali Societ. Decret.* 54. De *occultis peccatis, quæ ipsimet peccantes in Societate secretò & consilii causa ut dirigantur vel juventur, cum alio communicaverunt*, disponitur, *quod ista audiens teneatur ad servandum secretum, nisi aliud graves exigant circumstantiæ*; Cujusmodi dispositio & constitutio conformis est doctrinæ Theologorum, qui tradunt, occulta alicujus peccata secretò accepta, si non evadant publica nec sint scandalosa, vel perniciosa reip. aut communitati, ac certa spes sit emendationis, si privatim moneatur delinquens, secretò etiam esse servanda; secus si publica, perniciosa &c. forent. *Vid.* Sylvest. *denunciatio. q.*4. *& alii inf. cit.* De aliis verò occultis peccatis, quæ extra confessionem si ab alio alio fuerint intellecta, secretò revelandis Superiori, statuitur, *quod possint ea stante renunciatione juris famæ, sub initium ingressus in Societatem facta, ob majorem sui emendationem vel humiliationem, in spiritu profectum atque meliorem gubernationem sine ulla alia praviâ monitione fraterna Superiori ut Patri immediate denunciari, juxta Regulam* 9. Summarii Constitutionum c.4. Exam. General. dd. decret. 54. cum seqq. Congreg. 6. General. Cujusmodi Constitutionem tanq̃ justam & licitam defendunt Suarez. *Tom.* 4 *de Religion. Tract.*10. *lib.*10. *c.*9. Sanchez. *tom. poster. Consil. moral lib.*6. *c.*8. *dub.*1. *n.*4. Tanner. *tom.*3. *Theol. Scholast. disput.* 2. *de spe & charitate q.*5. *dub.*5. *assert.* 3. *n.* 103. Turtian. *in* 2.2. *ad q.*33. *art.*8. *disp.*89. *dub.*4. Amicus *in* 2.2. *disp.*32. *sect.*7. *n.*94 *& seqq.* Valent. *tom.*3. *disp.*3 *q.*10. *p.*5. Layman. *lib.*3. *tr.*3 *c.*2 *&* 4. Köning. *disp.*28. *de Corrept. Frat. dub.*12. Francisc. Sylvius *in* 2.2. *d. q.*33. *Art.*7. *conclus.* 3. *circa respons. ad* 5. Wigers. *in d.* 2.2. *quæst.* 3. *art.* 7. *conclus* 3 *casu* 3.

De secretis defectibus Superiori ut Patri sine praviâ monitione fraterna in Societate revelãdis.

Cara-

Caramuel *Lobkovviz in Theol. Regular. vel ad Regulam S. Benedicti disput.* 136. *num.* 1688. 1690. Sayr. *in Clave Regia lib.* 11. *c.* 4. *n.* 20. iisque favent Dominicus Soto. *in* 4. *dist.* 18. *q.* 4. *art.* 6. *ad* 1. Nicolaus de Orbellisin 4. *dist.* 19. *q.* 1. Angel. *Verb. denunciatio. num.* 10. Durand. *in d.* 4. *dist.* 19. *q.* 4. Cordubés. *lib.* 1. *qq. q.* 43. *dub.* 1. *fol.* 345. S. Bonavent. *in c.* 17. *Lucæ.* contra Lorcam, *in* 2. 2. *disput.* 47. *n.* 8. 9. uti ab Amico, Kôning & Tannero cit. locis allegatur, & *contra* Domin. Bannez. *d.* 2. 2. *q.* 33. *art.* 3. *post. conclu.* 5. *ad* 7. *Argum. vers. jam ad alind,* ubi decretum & statutum Societatis justum quidem & licitum pronunciat, at durum existimat, ob imperfectionem aliquorum non expedire; nec ad Gubernationem simpliciter necessarium esse, quia alias Christus, *Matth.* 18. contrarium non statuisset. *Bannez opinio*

Ast verè Religioso non dura, sed omnino jucunda accidet, atque expediet sua ipsius humiliatio, *oratio enim humiliantis se penetrat nubes*; tum in Spiritu profectus atque commodior securiorq; Superiorum in Societate evadet gubernatio; Cuiusmodi fructus & utilitates ex prævia renunciatione juris famæ & statuto denunciandi etiam occultos defectus Superiori tanquam Patri, in ordine ad emendationem & meliorem gubernationem dimanant, uti benè advertit Francis. Sylvius præclarum Academiæ Duacensis lumen & Columen, *supr. cit. loc.* *Refellitur. Eccl.* 35. 21.

Tum contra Duvall. *in* 2. 2. *Tract. de Charitate. disp.* 3. *q.* 9. *art.* 5. *ad* 4. qui statutum in Societate denuntiandi occultos peccatores Superiori tanquam Patri, *eatenus putat justum, quatenus spes non est certa emendationis, si privatim à socio, cui noti sint eorum defectus occulti, moneantur: secus verò existimat, si spes adsit certa emendationis: tunc enim statuit ipse ordinem correptionis fraternæ à Christo Matth.* 18. *præscriptum esse observandum*, sed erroneè, prout ex infra deducendis rationibus & Constitutionibus Apostolicis patebit. *Duvallii opinio reiicitur.*

Alios Dd. qui in contrarium sed perperam allegari solent, prætereo; Cum ad rem præsentem non loquantur. Nam Abulensis *in c.* 18. *Matth. q.* 94. Antonin. *part.* 2 *tit.* 9. *cap.* 6. §. 4. Navarrus, *in manual. c.* 24 *num.* 14. Sylvester. *verb. denuntiatio q.* 4. Henric. *quodlibet.* 9 *quæst.* 27. 28. Navarra *de restit. lib.* 2. *c.* 4. *part.* 2. *dub.* 1. *assert.* 2. Paludan. *in* 4. *dist.* 19. *q.* 4. Baccho *ibidem dist.* 19. *part.* 2 §. 1. Gabriel. *in Canon. Missæ. lect.* 74. *lib. c.* 2. Adrian. Rosell. *verb. correctio* 2. *n* 3. 4. non agunt de hoc nostro casu, quo quis cœtum religiosum ingrediens juri famæ ob maiorem sui humiliationem, in spiritu profectum, ac meliorem securioremque gubernationem, expressè renuntiavit, aut ubi ex prædictis causis generatim & universaliter est *statutum*, *ut quisquis eiusmodi Ordinem Religiosum est ingressurus, contentus sit futurus, si ipsius defectus Superiori tanquam Patri in ordine ad emendationem & meliorem gubernationem denuntientur*, quemadmodum rectè observavit Turrianus *supr cit. loc.* sed vel agunt *abstractè* à prioribus circumstantiis de denuntiatione paterna, quam Nicolaus Orbellus *d. loc. & ibi cit.* Richard. Angel. Sylve- *Ad aliorum Dd. authoritates Respondetur.*

 ster,

ſim inter Religioſos approbat. Probatur 3. *Ratione.* Quia ejusmodi ſtatutum religioſum *nec eſt contrarium juri juſtitiæ*; Cum quisque juri ſuo pro ſe introducto poſſit renunciare, *l. ſi quis in conſcribendo.* 19. *C. de pact.* adeoque & Religioſus juri, quod habet in vel ad famam ſuam, ſi id cedat in bonum Religionis vel Religioſi, uti concedit Bannez *d. loc.* Turrianus 2. 2. *diſp.* 89. *dub.* 4. *§.* 5. *not. &* Sayr. *in Clav. Reg. lib.* 21. ſive jus illud ſit in fama, ac poſſideat quis eam tanquam Dominus; ſive ſit duntaxat jus ad famam ac poſſideat eam tanquam prudens cuſtos ſuæ famæ. Amicus, *d. diſp.* 32. *ſect.* 7. *n.* 90. Ita S. Auguſtinus ſuæ renunciavit famæ, quando tredecim libros Confeſſionum conſcripſit, in quibus ſuos defectus enarrat. Tanner. Et ingrediens Societatem Jeſu prius certior factus de præcepto *divino*, præſertim quoad ordinem ſervandum, & *naturali* quoad ſecretum ſervandum, illi, *propoſitâ Regula* 9. *Summarij Conſtitutionum* expresſè renunciat: juxta *Can.* 16. *Congregat.* 6. *General.* & aliàs quisquis ingreditur religionem, ubi ſcit ejuſmodi ſtatutum aut Conſtitutionem vel etiam conſuetudinem vigere, ut ſinguli ſint contenti, ſuos defectus ad Superiorem tanquam Patrem ob majorem in ſpiritu profectum deferri, illam ipſam conſtitutionem vel conſuetudinem ingrediendo acceptare, adeoque juri ſuo renunciare videtur. Turrian. & Sylveſt. *ſup. cit. loc.*

Qui verò ſciens juri ſuo renunciat & conſentit, illi non fit injuria; Scienti enim & conſentienti non fit injuria. *c. ſcienti de R. J. in* 6.

Deinde *nec* ejuſmodi ſtatutum eſt *contrarium juri Charitatis ſui ipſius.* Cum & illi quis renunciare poſſit, caſu, quo per illud ducatur ad majorem humiliationem ſui, in ſpiritu profectum, atq; ut quis melius in Religione gubernetur. Tann. Duvall. *ſup. cit. loc.*

Unde ſi quis in Societate Jeſu alterius defectus occultos extra confeſſionē cognitos, ipſo nō prius monito, ad Superiorē deferret, vel etiā Superior imediatus cum mediato Superiore, q de omnibus perſonis vel Societatis vel Provinciæ haberet diſponere, quando res ita exigeret, communicaret, *juxta decretum.* 63. *Congregat.* 6. vel etiam cum Conſultoribus impoſito iis ſecreto, de remedio ageret, uti habetur *decreto* 62. *&* 64. *d. Congregat.* 6. Turrian. *d. diſput.* 89. *dub.* 4. §. *tertio notandum*, non faceret Perſonæ peccanti injuriam; ſecus ac Caramuel *in Regul. S. Benedicti diſp.* 136. *art.* 1. *num.* 1689. de communicatione cum conſultoribus facienda exiſtimat, hocque ſtatutum à ſummis Pontificibus Paulo III. *in Conſtit. Injunctum nobis. dat. Anno* 1543. *prid. idus Martij* non minus, quam quæcunque Conſtitutiones in Societate jam factæ vel etiam impoſterum faciendæ &c. Auctoritate Apoſtolicâ approbatæ confirmantur à Julio III. *in Conſtit. Expoſcit debitum, dat. Anno* 1550. 17. *Cal. Aug.* Gregorio XIII. *Conſtit. Quantofructuoſius, dat. An.* 1582. *Cal. Febr. Conſtit. Aſcendente Domino, dat.* 1584. 8. *Cal. Iun.* Vbi Societatis Inſtitutum, Conſtitutiones & quivis earum articulus confirmatur, ita ut etiam ſub Ex- *Caramuelis Reſp.*

commu-

communicatione majore latæ ſententiæ, ſedi Apoſtolicæ reſervata, contrarium doceri prohibeatur, à Gregor. XIV. *in Conſtit. Eccleſia Cath. dat.* 1591. 4. *Calen. Iul.* Paulo V. *in Conſtit. Quantum Religio. dat.* 1606. *prid. Non. Septembris.*

Unde fit, ut cum ex dd. Conſtitutionibus Societatis unus articulus ſit *manifeſtandi vel denunciandi Superiori tanquam Patri delictum occultum alterius non præviâ monitione Charitativa* juxta *Regulam* 9. *Summarii Conſtitut. Societatis Ieſu, & Exam. cap.* 4. §. 8. *decret.* 52. *Congregat.* 6. *General, & Can.* 10. 11. & quidem ſubſtantialis, uti *in Congregatione* 5. *General. Societatis, Can.* 17. definitum eſt, nemini poſſet dubium eſſe, quin idem ipſe articulus in dd. Conſtitutionibus Apoſtolicis expreſsè ſit & cenſeatur approbatus, & quidem ſpeciatim propter clauſulam hanc æquipollentem conſtitutionibus Apoſtolicis inſertam, *ac ſi ad verbum præſentibus insereretur, pro expreſſis habentes, tenore præſentium approbamus*; hujusmodi enim clauſula habet vim *ſpecialis & individuæ expreſſionis* cum omnibus ſuis qualitatibus. Barboſ. *de clauſul. uſu freq. clauſ. pro expreſſis* 102. *num.* 2. *Mart. de clauſ. part. clauſ.* 101. *num.* 2. Flam. *de reſign. tom.* 2. *lib.* 12. *q.* 13. *num.* 16. Gemin. *Conſ.* 65. *num.* 21. *verſ. illud reſcriptum.* Card. Tuſch. *tom.* 1. *lit. C. conclu.* 339. *num.* 6. adeo ut aliquis ad allegandum vel probandum contrarium non admittatur. Barboſ. *d. loc. num.* 4. Anton. de Butr. *conſ.* 2. *&* 49. *in fin.* Gemin. *Conſ.* 120. *n.* 7. *verſ. item ex quo Papa.* Tuſch. *d. loc. num.* 8. 9. Conſequenter hîc ceſſat argumentum à quibusdam formari ſolitum, quaſi Societatis inſtitutum, ejusq; Conſtitutiones generatim & non ſpeciatim quoad ſingulos articulos in Bullis Apoſtolicis eſſent approbatæ; Cum eas ſpeciatim quoad ſingulos articulos approbatas eſſe oſtenderimus.

Clauſula, Ac ſi ad verbum &c.

Objectioni Reſp.

Quod ſi igitur Conſtitutiones earumque ſinguli articuli, interq; illos manifeſtatio ſeu denunciatio delinquentis, omiſsâ monitione charitativâ, apud Superiores Societatis facienda, à ſede Apoſtolica approbantur, haud dubiè quisquis contrà ſentiet, temere ſentiet, ut Tañ. & Duvall *ſup. cit. l.* rectè notarunt: maximè, cum & pro eadem ſententia contra aliquem ſacerdotem è Societate dimiſſum, qui in ſumma caſuum illam ſententiam & regulam ſugillarat, tanquam Catholicæ doctrinæ repugnantem, ſummus Pontifex ab adm. R. P. N. Everardo Mercuriano Præpoſito Generali poſt diligens examen reſponderit, ac contrariam Sacerdotis illius opinionem per Cardinalem Servetum ex d. ſumma expungi curarit; Amic. *d. loc.* Forer. *in anatomia anatomiæ, ſect.* 5. *num.* 20. 21. *& ſeqq. ad pag.* 34. *Anatom. num.* 24. Alphonſ. Roderic. *part.* 3. *Exercitii perfection. Tract.* 8. *de Correctione Fraterna cap.* 5. 6. Suar. *tom.* 4. *de Relig. tract.* 9. *lib.* 10. *c* 10. *n.* 1. *circa fin.*

An ſolo ſtatuto ſine expreſsâ renunciati-

Alia ſolet hic quoque quæſtio moveri, *utrum nim. citra expreſſam renuntiationem juris propria famæ Conſtitutio aliqua præcipiens defectus occultos alterius Superiori ut Patri ſine præviâ monitione Charitativa denuntiari, ſit juſta*

& licita,

& licita, eaque ad sui observantiam subditos obliget, etiam quando per ordinem à Christo præscriptum speraretur Fratris Correctio, antequam Prælato ut Patri denuntiaretur. *one pravià possit introduci manifestatio alterius occulti delicti Superiori facienda.*

Quæ quæstio in utramq; partem valde agitatur, & utrinq; probabiles habet rationes, & magnos authores, ut videre est apud Amicū & Turrianum, *cit. loc.* Ego cum Amico, Suar, *contra* Tanner. & alios in affirmantium sententiam inclinarem ex ratione nostra supra allata, *quòd ingrediens Religionem, in qua quis sciret, ejusmodi vigere constitutionem, amplectendo illam religionem, videretur tacitè juri suo renuntiare; & consequenter illam constitutionem approbare*, sed ista accuratius apud præfatos authores excutiuntur. *Affirmantiū Ratio.*

Priori vero quæstioni ejusque decisioni non obest, quod adducitur, *quasi illa sententia divino præcepto*, Matth, 18. *& juri naturali de secreto servando* videatur adversari; Siquidem illud gratis assumitur; eò quod præceptum divinum de ordine Correptionis Fraternæ servando sit positivum; & illud naturale de secreto servando sit tantum conclusio quædam deducta ex primis generalissimis præceptis naturæ; Cujusmodi præceptum inadæquatè & in genere sumptum cum sit affirmativum, non semper nec omni casu obligabit, sed ex aliis & aliis circumstantiis particularibus immutari poterit Amic. *d. disp.* 32. *Sect.* 7. *n.* 92. ut patet in occultis peccatis scandalosis, aut in detrimentum vel perniciem reip. vel Ordinis alicujus religiosi aut etiam tertiæ Personę tendentibus, aut publicis, quæ citra ullam admonitionem charitativam præviam possunt, imò debent Superioribus, ut corrigantur, denuntiari, ut notatur *decret.* 37. *Congreg.* 6. *General. & can.* 14. *d. Congr.* 6. Amic. *d. disp.* 32. *Sect.* 7. *n.* 104. Tanner. *tom.* 3. *disp.* 2. *q.* 5. *dub.* 5. *assert.* 3. *n.* 99. 100. 101. Turr. *in disp.* 89. *dub.* 2. *concl.* 3. *& in Resp. ad* 2. *& dub.* 5. *ad* 3. Sylvi. *d. q.* 33. *art.* 7. *concl.* 12. *Difficultatib. præcedentis quæstionis Resp.*

In præsenti verò casu cum ejusmodi interveniant circumstantiæ, ex quibus vel de expressâ vel tacitâ appareat renuntiatione juris propriæ famæ, non est, quod hic dicatur ullum jus violari, attento, quod per ejusmodi renunciationem fama non lædatur, sed potius pro majori bono inducendo conservetur, vel etiam augeatur.

Deinde denuntiatio, quæ ex *d. loc. Matthæi* 18. facienda est prælato post correptionem secretam vel coram uno vel altero teste, intelligitur de judiciali, non extrajudiciali omnino & paterna, ut communiter Scholastici tradunt: *præcipuè* S. Thom. 2. 2. *q.* 33. *art.* 8. *ad* 4. & colligitur ex ipsis verbis Christi, quibus denunciatus *Ecclesiæ, si eàm non audierit, habetur tanquam Ethnicus & publicanus*, id est, à communione fidelium per Excommunicationem segregatus, ut passim interpretes Sacræ Scripturæ explicant. Vid. Amic. *d. disp.* 32. *Sect.* 7. *n.* 85. *Matth.* 18. 17.

De secreto accepto servando vel manifestando.

Quod verò spectat ad ea, *quæ secretò alicui ex nostra Societate ab externo committuntur*, haud dubiè distinctio allata erit servanda, nim. quod si ea, quæ secretò committuntur, spectent ad bonam Societatis gubernationem, vel etiã ad ejus aut alterius alicujus cõmunitatis vel Reip. eversionem aut detrimentum, non cadant sub secretum; sed possint aperiri iis, quorum interest; Cum jus singulorum & privatum debeat cedere & postponi juri publico, *l.1.C. de primip. lib.12.* Sin verò sit particulare negotium, quod solum tangat externos, nec tamen sit alicui communitati noxium, tunc poterit accipi sub secreto, ac secretum illi servandum est, ut tradunt omnes.

Quod si verò externus in negotio illo particulari non noxio requirat, etiam operam & industriam Religiosi ex Societate nostra, tunc hic sua sponte non potest eam nisi monito suo Superiore suscipere; Cum sub ejus vivat obedientia, atque ex ejus nutu & voluntate juxta suam vocationem & vota nuncupata, negotium aliquod habeat administrare, nec se sine Superiorum voluntate maximè externorum negotiis implicare; ne à spiritualibus, quibus præcipuè vacare debet, avocetur, aut in iis detrimentum capessat, Prudens igitur cautio est, ut Religiosus opem suam externis in negotio particulari implorantibus indicet, id prius cum Superiore cõmunicandum esse, quàm suscipi possit, ne postea de communicatione cum Superiore facta conquerantur; Hæcque sunt non tantum *Regula 41. commun. & ibi not.* Nigron. *in comment. part. 6. Constit. c. 3. §. 7. Regul. summar. 45.* sed & juri divino & Christianæ Charitati bene ordinatæ conformia; *Vt nemo militans Deo implicet se negotiis sæcularibus, 2. Tim. 2. v. 4.* In his, quid F. Romanus aut reprehendere velit aut possit, nemo est, qui videat; nisi forte à rectâ ratione, cui modo allatæ regulæ sunt vel maximè conformes, recedere velit.

Caput ultimũ assertæ Bullæ de concionatoribus.

Ultimum caput suppositiæ Bullæ Clementis Papæ VIII. quod *in hortis confinib. allegat. 496. sub n. 12. pag. 395. 396.* movetur circa instructionem pro concionatoribus Societatis ex deputatione, quæ de iisdem habita atque *in quinta Congregatione Generali à R.P.N. Claudio Aquaviva Præposito Generali juxta ejusdem Congregationis Decretum* 98. recognita est, atque inter alia habet; *ne intermittant Superiores juxta regulam 23. Præfecti Ecclesiæ aliquem designare, qui Concionatores observet, ut quantum opus fuerit, debitè moneantur, si qua in eorum concionibus minus probentur; tum circa res, tum circa modum, quo Societas utitur. Nulla a. ratione patiantur de concionatoribus, si quid fortè in concionibus erraverint, nostros minus honorificè apud domesticos vel externos loqui &c.*

Cujusmodi instructionis *postrema pars asseritur in d. suppositìtia Bulla* indefinitè proponi & ambiguitate laborare, adeoq; dubitationẽ aliquã afferre posse; ad quã tollendã declaratione sit opus, quò dãni & erroris causa cavea-

tur,

tur, itaque declaretur, quod *prohibetur in d. instructione, ne de concionatoribus, si quid forte in concionibus erraverint, minus honorificè apud domesticos vel externos loquantur, minime de rebus ad religionem & fidem Catholicam pertinentibus intelligi debeat; Nam si concionatores secus ac par est, de illis in concionibus sermonem habuerint, ab omnibus libere damnari, denuntiari & ad Hæreticæ pravitatis inquisitores deferri oportebit*; At F. Romanus quando in sua supposititia Bulla *citata instructionis* §. 9. caudam à capite separat, ut lectori persuadeat, in cauda venenum delitescere, vehementer fallit & fallitur. Nam caput à cauda non est saparandum; Everard. *in praamb. top. num.* 28. & si caput ipsius instructionis inspiciatur, patet, in cauda minime aliquid veneni esse reconditum. Siquidem *in §. 8. dictæ instructionis Concionatorum immediatè præcedente ante* §. 9. exadversum *citatum*, sufficienter de doctrina cautum erat, ut ea sit exacta & solida, qualis non est error in fide. Instruuntur enim istic nostri concionatores, ut fructuosius suum munus exequi meminerint. *Regula* 2. *Concionatorum*, quæ desumpta est *ex parte* 10. *Constitutionum.* §. 2. & §. 3. quaque ipsis virtutum solidarum ac perfectarum & spiritualium rerum studium & exercitium, tum etiam inter media humana, vel per industriam acquisita, præcipuè *doctrina* exacta & solida, modusque eam proponendi populo in concionibus & lectionibus & forma agendi cum hominibus eosdemque tractandi diligenter commendatur. Ut proinde quando subsequente §. 9. subjicitur clausula quasi generalis de errore, non publicè per quemvis corrigendo, ne videlicet ulla ratione patiantur Superiores de concionatoribus, si quid fortè in concionibus erraverint, nostros minus honorifice apud domesticos vel externos loqui, &c. minimè ea clausula de errore contra sanam Ecclesiæ Catholicæ doctrinam admisso intelligatur; Cum etiam doli, nedum erroris clausula generalis subsequens, minimè ad ea, de quibus prius speciatim ac nominatim, uti hîc accidit, cautum est, pertineat, text. not. junct. glo. *in l. doli clausula* 119. *ff. de V. O.*

Discutitur commentum Romanum.

Ex quibus manifestè relinquitur, quod Societas nostra nihil adversus ullam Constitutionem Apostolicam decreverit, nec à suis quippiam Constitutionibus Apostolicis aut sacris Canonibus adversum doceri patiatur, adeoque quando F. Romanus Societati impingit, quasi Societatis nostræ Scriptores doctrinas non satis Ecclesiæ Catholicæ dogmatibus conformes tradidissent, gravem Societati calumniam impingat; Ut proinde fides ei nequaquam sit adhibenda.

EPILOGUS.

QUare ut huic operi tandem colophonem imponam, nonnullis, quæ adversum Barnabam deducere constitueram, ne formam legitimi operis excederem, prætermissis, ea, quæ hactenus à me prolixius dicta sunt, paucis repetam verbis. Cum F. Romanus Hay Horto suo (ad cuius limina Georgius Dorscheus Argentinensis, ac Wilhelmus Hulsius VVesaliensis Prædicantes feralem constituerunt taxum, inutili fructu supervacaneam, diratum baccis torvam, verborum foliis amaram, fabularum odore violentam) manu propria consito alienum nomen non absque fraude imposuerit, præfixeritque, ac Reverendorum admodum & Eximiorum, Nobilium ac Clarissimorum Almæ Universitatis *Duacenæ* Doctorum suffragationes, quibus Astri Eclipsis commendabatur, subsecutâ ipsius Astri, utpote nihil fidei Catholicæ adversum continentis, approbatione, revocatas & reprobatas, quas tamen ipsi in suo vigore relictas volunt, tum etiam Monasteria Conventibus ob mortem omnium omnino incolarum Religiosorum destituta, per se actu & habitu exstincta, habitualiter perseverare, ac dormire, eaque à Pontifice, potestate ipsius catenis per ludibrium constrictâ non nisi eiusdem Ordinis Religiosis, ex fundationum tabulis, Germaniæ Concordatis, juriumque dispositione; aliis autem per sub- & obreptionem conferri confinxerit, nemo sanè mihi succensuerit, si Hortum illum F. Romani suppositititium COMMENTA HAYANA indigitarim. Illa enim hocce in opere latius prosecutus discussi, ostendique non obstantibus variorum Doctorum, à F. Romano citatorum authoritatibus, quippe qui de authoribus à me allegatis atque à se nec inspectis, nec lectis judicarint, cum sacræ Rotæ Romanæ Auditoribus, aliisque Summis Tribunalibus & Doctoribus sentiendum esse, nihil impedire, quo minus Monasteria Conventibus ob mortem omnium omnino incolarum Religiosorum, qui eorundem dominium & possessionem quondam obtinuerant, destituta, nec ab ullo domino ac possessore occupata, sed vacantia possint à Pontifice, vel iis, qui à Pontifice facultatem acceperunt, potestate ordinariâ, vel etiam delegatâ sufficiente, Minori 14. annorum, Religiosi Status ea in ætatula minimè capaci, multoque magis alterius Ordinis Religiosis, veris Ecclesiæ membris & cũ Religiosis defunctis *in substantia votorum* (licet individualibus quibusdam differentiis discrepent) convenientibus, pro majore Dei gloria, animarumque salute promovenda zelosis in Ecclesiæ Catholicæ bonum & utilitatem, quam fundatores præcipuè intenderunt, juraque comprobarunt, absque ulla Ordinis aut Regularis disciplinæ confusione, Concordatorum huc non facientium violatione, atque aliorum ejusdem Ordinis Religiosorum, ex Consti-

Concil. Trid. sess. 25. c. 8. de Reform.

Constitutione Apostolicâ Alexandri VI. & doctrinâ Abbatis Trithemii nihil sibi juris in ea vendicare valentium, injuriâ, liberè, licitè ac validè conferri, quin imo conventibus plena ob facinorosam incolentium vitam iis auferri, aliisque divina officia peracturis attribui possint. Siquidem hoc pacto ex mente Antisthenis *malorum & bonorum discrimine observato, virtuti constat honos, pœna verò sceleroses manet, ne civitas aut Respubl. detrimentum patiatur.* Hæc causa fuit, ut Pontifices, Imperatores, Reges, Principes Societatem nostram etiam reluctantem ad quædam Monasteria conventibus destituta, vel minus bene instructa acceptanda compulerint: *Quid est*, inquientes cum Cæsare Sigismundo, *cur nihil petitis? an nos vobis vultis fieri debitores?* Agnoscebant scilicet ipsi Principes se debitores constitui rectè suo fungentibus officio, & juxta Ordinis sui leges, piè, religiosè, utiliterque Reip. viventibus, qui juventutem in bonis literis ac moribus instituerent atq; in Reipubl. plantaria educarent, populum subditum pro concione in frequenti sacramentorum pænitentiæ & Eucharistiæ usu exstimulatum coadunarent. Itaque Societas nostra ex pia Superiorum & legitima disponentium voluntate sibi oblata rectissimè acceptavit, *& si benignitas donantis prædicatur, ecquidnam & accipiens laudibus concelebratur, qui accipere meruit.* Admittendo Monasteria conventibus destituta, & vacua nihil alienum appetit Societas, quemadmodū appetere convincitur, quisquis ea sibi nullo titulo, inverso ordine contra legitimam Summi Pontificis, Episcoporum, Imperatorum ac Regum voluntatem asserere, vendicare & attribuere non dubitaret. Hallucinatur autem gravissimè, quisquis Summorum in orbe Christiano Tribunalium, Apostolici, Cæsarei ac Regii decisiones, diu multumque examinatas, temere carpit, impugnatque mordicus, & latas jam definitasque sententias, queis in assignatis Monasteriis *conventu* destitutis Societas manuteneri ac defendi jubetur, seriò vel illusoriè vellicat. Quod si quis pertinaciter contra torrentem nititur, existimet is sibi responderi, quod Archelaus olim poculum quoddam non petenti Amico familiari, sed Euripidi dari jubens: *Tu quidem*, inquit, *dignus eras qui peteres nec acciperes; at hic dignus erat qui acciperet vel non petens.* Scias, velim, quòd Societas haud unquam se ipsa ingessit, sed vocata, rogata, quod liberalissima Summi Pontificis, S. C. Majestatis, Regum, ac Principum voluntas & munifica manus obtulit, solum admisit, atque non in suam, sed proximorum suorum utilitatem acceptavit.

Erasm. in apophthegm.

Diogenes.

Faveto igitur Societati F. Romane, quod Deus, quod Papa, quod Ecclesiæ utilitas, quod Imperatores, Reges, Principes, Societati unicè favent, liberalissimè donant, imò legitimè ac sponte offerunt, Tuumque erit beneficium, quod in Fratrib9 tuis simili charitatis Religiosæ vinculo unitis, & ex Ordine sacro Patribus Soc^{tis} Iesu amas, foves, ac faves. Et ut porrò a-

mes ac faveas, Deum, Deiparam Virginem semper immaculatam sanctosque omnes rogo invocoque, ut sua te illuminent gratię cælestis luce, quâ perfusus divinam in Sociis Religiosis agnoscas benignitatem, eamque defunctus sæculo æternis laudibus & gratulationibus prosequaris, quod sincero Christianę & Religiosæ charitatis spiritu opto ac voveo!

Tibi, Tuo & reliquis Ordinibus Religiosis addictissimus. J. C.

FINIS TOMI QVARTI.



INDICULUS QUARUNDAM RERVM IN HOC TRACTAtu 4. comprehensarum.

E.

F.

G.

H.

I.

L.

Li-

Errata quædam in hoc tractatu 4. sic corrigenda & legenda.

Pag. 5. *lin.* 22. existimarim, *ibid. lin.* 35. mendaci
Pag. 10. *lin.* 22. Monachus
Pag. 14. *lin.* 20. habere
Pag. 32. *in fin. & p.* 33. *in princ.* mares
Pag. 52. *lin. pen.* dicit
Pag. 58. *lin.* 6. 7. emigraverit
Pag. 67. *lin.* 24. רמ׳
Pag. 68. *lin.* 29. constit. princ.
Pag. 98. *lin.* 3. his
Pag. 111 *lin. ult.* observarent
Pag. 138. *lin.* 28. 29. pertinent
Pag. 140. *lin.* 11. tres esse

In Marg.

Pag. 16. *lin.* 14. servo
Pag. 63. Benedictini

His adde quædam ex tractatu I.

In Indice tractatuum

Pag. ult. *lin.* 26. Biburgensi, *ibid. lin.* 30. manifestandis.

Ex tractatu 2. Tom. I.

Pag. 705. *lin.* 28. suo adjecto glossemate. *p.* 716. *lin.* 11. juris naturalis.

Ex tract. 3.

Pag. 184. *lin.* 12. associationes. *lin. ult.* Tractatus.

NB. Cum *pag.* 219. indicarim, quasdam Iansenianorum propositiones à sede Apostolica fuisse damnatas, neque eas designarim, placuit nonnullis, ut easdem hisce adjicerem. Quare ipsam Bullam Apostolicam, quâ eædem damnantur, hic adjicio, quæ ita se habet.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI,

Vniversis Christifidelibus Salutem, & Apostolicam Benedictionem.

CVm occasione Impressionis libri, cui Titulus, Augustinus Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis, inter alias ejus opiniones orta fuerit, præsertim in Galliis, controversia super quinque ex illis; complures Galliarum Episcopi apud Nos institerunt, ut easdem Propositiones Nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam, & perspicuam ferremus sententiam.

Tenor verò præfatarum Propositionum est prout sequitur.

Prima: Aliqua Dei præcepta Hominibus justis volentibus, & conantibus secundùm præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis Gratia, qua possibilia fiant.

Secunda: Interiori Gratiæ in statu Naturæ lapsæ nunquam resistitur.

Tertia: Ad merendum, & demerendum in statu Naturæ lapsæ non requiritur in Homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à Coactione.

Quarta: Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant Hæretici, quòd vellent eam Gratiam talem esse, cui posset Humana voluntas resistere, vel obtemperare.

Quinta: Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omninò Hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.

Nos quibus inter multiplices curas, quæ animum nostrum assiduè pulsant, illa in primis cordi est, ut Ecclesia Dei Nobis ex Alto commissa, purgatis pravarum Opinionum erroribus, tutò militare, & tanquam Navis in tranquillo Mari, sedatis omnium tempestatum fluctibus ac procellis, securè navigare, & ad optatum salutis Portum pervenire possit.

Pro rei gravitate, coram aliquibus S. R. E. Cardinalibus ad id specialiter sæpius congregatis, à pluribus in Sacra Theologia Magistris, easdem

Quinqu-

Quinque Propoſitiones, ut ſuprà, Nobis oblatas, fecimus ſingillatim diligenter examinari, eorumque ſuffragia, tùm voce, tùm ſcripto relata maturè conſideravimus, eoſdem Magiſtros, variis coram Nobis actis Congregationibus, prolixè ſuper eiſdem, ac ſuper earum qualibet differentes audivimus:

Cùm autem ab initio hujuſcemodi diſcuſſionis ad Divinum implorandum Auxilium multorum Chriſtifidelium preces, tùm privatim, tùm publicè indixiſſemus, poſtmodùm iteratis eiſdem ferventiùs, ac per Nos ſolicitè implorata Sancti Spiritus Aſſiſtentia, tandem Divino Numine favente, ad infraſcriptam devenimus Declarationem, & Definitionem.

Primam prædictarum Propoſitionum: Aliqua Dei præcepta Hominibus juſtis volentibus, & conantibus, ſecundùm præſentes, quas habent Vires, ſunt impoſſibilia, deeſt quoque illis Gratia, qua poſſibilia fiant: Temerariam, Impiam, Blaſphemam, Anathemate damnatam, & Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Secundam: Interiori Gratiæ in ſtatu Naturæ lapſæ nunquam reſiſtitur: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Tertiam: Ad merendum, & demerendum in ſtatu Naturæ lapſæ non requiritur in Homine libertas à neceſſitate, ſed ſufficit libertas à Coactione: Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Quartam: Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ Interioris neceſſitatem ad ſingulos actus, etiam ad initium Fidei, & in hoc erant Hæretici, quòd vellent eam Gratiam talem eſſe, cui poſſet humana Voluntas reſiſtere, vel obtemperare: Falſam & Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Quintam: Semipelagianum eſt dicere, Chriſtum pro omnibus omninò hominibus mortuum eſſe, aut ſanguinem fudiſſe; Falſam, Temerariam, Scandaloſam; & intellectam eo ſenſu, ut Chriſtus pro ſalute duntaxat Prædeſtinatorum mortuus ſit, Impiam, Blaſphemam, Contumelioſam, Divinæ Pietati derogantem, & Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Mandamus igitur omnibus Chriſtifidelibus utriuſque ſexus, ne de di[illegible]s Propoſitionibus ſentire, docere, prædicare aliter præſumant, quàm in hac præſenti noſtra Declaratione, & Definitione continetur ſub cenſuris, & pœnis contra Hæreticos, & eorum autores in jure expreſſis.

Præcipimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, [illegible]que locorum Ordinariis, nec non hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus,

ut Con-

ut Contradictores,& Rebelles quoſcumque per cenſuras, & pœnas prædictas,cæteraq; juris, & facti remedia oportuna, invocato etiam ad hoc (ſi opus fuerit) Auxilio Brachii Sæcularis, omninò coerceant, & compeſcant.

Non intendentes tamen per hanc Declarationem, & Definitionem ſuper prædictis Quinque Propoſitionibus factam, approbare ullatenus aliàs opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelii Ianſenii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo tertio, pridie Kal. Iunii, Pontificatus Noſtri Anno Nono.

Hi. Datarius.

G Gualterius.
P.Ciampinus.

Anno à Nativitate D. N. IESV Chriſti Milleſimo ſexcenteſimo quinquageſim tertio, Indictione ſexta, Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & D.N.I INNOCENTII Divina Providentia Papæ X. Anno ejus Nono, die ver nona menſis Iunii, ſupradicta Conſtitutio affixa, & publicata fuit in Eccleſ Lateranen. ac Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, nec non Cancellar Apoſtolicæ valvis, ac in acie Campi Floræ per me Hieronymum Maſcellan Sanctiſſimi D.N. Papæ Curſorem.

Pro D.Mag.Curſorum
P.Paulus Deſiderius Curſor.